BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 B
15
M
13.6.e.38

~~111 Bg 2 2~~

Sept. [illegible] Anno 1641.
8.503

4. C. 127.

A. C. 28.

2. 20:

[illegible]

SALLVSTII TIBERII
A CORNETO.

DE MODIS PROCEDENDI IN CAVSIS, QVAE coram Auditore Cameræ aguntur.

PRACTICA IVDICIARIA.

NVNC DEMVM MVLTO AVCTIOR & certior, quam antea reddita.

Quibus acceſſerunt plures Sacræ Rotæ Romanæ Deciſiones, & Practica eiuſdem, Rotæ Terminorum.

Cum ſingularum materiarum locupletiſſimo Indice.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISS. D.

D. HIERONYMVM BONVISIVM,

Cameræ Apoſt. Clericum Decanum, & Annonæ Præfectum.



BRACCIANI,
Apud Andream Phæum Tipographum Ducalem.
M. DC. XLIII.

Cum Priuilegio, & Superiorum permiſſu.

Ad inſtantiam Dominici Grialdi.

SALLVSTII TIBERII
A CORNETO.
DE MODIS PROCEDENDI IN CAVSIS, QVAE coram Auditore Cameræ aguntur.

PRACTICA IVDICIARIA.
NVNC DEMVM MVLTO AVCTIOR & certior, quam antea reddita.

Quibus acceſſerunt plures Sacræ Rotæ Romanæ Deciſiones, & Practica eiuſdem Rotæ Terminorum.

Cum ſingularum materiarum locupletiſſimo Indice.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISS. D.
D. HIERONYMVM BONVISIVM,
Cameræ Apoſt. Clericum Decanum, & Annonæ Præfectum.

Ex libris Caroli



Antonij de Rileinz

BRACCIANI,
Apud Andream Phæum Tipographum Ducalem.
M. DC. XLIII.

Cum Priuilegio, & Superiorum permiſſu.

Ad inſtantiam Dominici Grialdi.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. M. S. Pal. Apoſt.

Fr. Nicolaus de Bracciano Auguſtinianus Magiſter, & Reuerendiſs. Epiſcopi Sutrini, & Nepeſini Subſtitutus.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Serronius Mag. & Reuerendiſs. P. F. Michaelis Mazarini Sac. Apoſt. Pal. Mag. Socius Ord. Prædic.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

D. HIERONYMVM BONVISIVM

CAM. APOST. CLERICVM DECANVM, ET ANNONAE PRAEFECTVM.

ANDREAS PHAEVS F.

COgitanti mihi, cui potiſſimum hoc opus *Salluſtij Tiberij de modis procedendi in cauſis, quæ coram A. C. aguntur,* dicarem; ſtatim obuius mẽti fuiſti, Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. HIERONYME BONVISI. Nec verò id mirùm videri debet, potiſſimum enim, ac præcipuum locum in meorum memoria tuæ Familiæ obtinet benignitas, multumq; apud me pollet tua animi magnitudo, ac modeſtia illa, quæ virtutũ ſplendor eſt. Quis enim te prudentior, te conſtantior, te magis iuſti, rectiq; amator eſſet in hac ampliſſima Vrbe, atq; adeò in Orbe terrarum vniuerſo, ſi tibi adminiſtranda Reſpublica foret. Faxit præpotens ille

Deus

Deus, & mundi arbiter, vt ante meum obitum hæc humani generis contingat felicitas. Sed video in illa innata Indole, quæ virtutum omnium Theſaurus eſt, ſpiritus quoſdam abhorrentes á laudibus. Precor ne abſint à munere. Imò verò ſpero qualecunq; hoc meum munuſculum, gratum fore. Accipe igitur, vir bonarum artium ſtudioſiſſime, vir nobiliſſime, vir ad omnia ſumma nate, volumen hoc Salluſtij Tiberij, quod tibi dico; & excipe animo benigno, atque hilari. Summa iucunditas Oratoris eſt agnoſcere grata eſſe, quæ dono lubens offert. Vale, & te Deus ad ſublimia incolumem ſeruet.

SALLVSTII TIBERII A CORNETO

DE MODIS PROCEDENDI IN CAVSIS QVÆ CORAM AVDITORE CAMERAE AGVNTVR

LIBER PRIMVS.

CAP. I.

1 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
2 *Artes efficit.*
3 *Scientiã magiſtrorum inter dum ſuperat.*
4 *Stylus eſt quid facti.*
5 *Ignorantia facti fallit etiam prudentes.*
6 *Stylus vim legis obtinet, & iuri comparatur.*
7 *Sententia lata contra ſtylum nulla eſt.*
8 *Stylus habetur pro forma, quæ à Iudice remitti non poteſt.*
9 *Stylus, qui tendit ad cauſæ deciſionem, eſt plenè probandus.*
10 *Secus, ſi ad ordinationem iudicij, & quæ probationes ſufficiant.*
11 *Stylus, qui iuri communi aduerſatur, non valet, & quare.*
12 *Stylus etiam contra ius præſcribi poteſt.*
13 *Stylus quando vim habeat conſuetudinis.*

PROOEMIVM.

1 NVLLVM experientię aptius magiſque proprium nomen inueniri poterat, quàm, quod ei Summ. Pont. Gregor. X. Cæſarem lib. 2. de bello ciuili imitatur impoſuit, dum eam in c. quam ſit de elect. in 6. rerum omnium efficacem magiſtram appellat. Experientia enim artes
2 efficit, ſi Philoſof. 1. Metaph. ſub initium, aſſentimur. Sed neminem profecto arbitror fore, quia ab eo diſſentiar, ſi de artibus; quæ non in ſola ſpeculatione, meditatione quæ conſiſtunt: ſed actu perficiuntur, eum verba facere intellexerit. Actione namque noſtræ, vt plurimum, ab experientia pendent, in quibus magis præſtat expertus, quam qui nudam rationem nouit, vt D. Thomas in procem.
3 lib. 1. Metaph. c. 1. memoriæ prodidit. Et Cicerone authore, de Orat. Vſus frequens omnium magiſtrorum ſcientiam, & præcepta ſuperat interdum, vt nos quotidie in iudicialibus actionibus experimur. Videmus enim homines alioquin iuris conſultiſſimos quique legibus in gymnaſio explicandis ætatis omne tempus conſumpſerunt, ſi in iudicium vocentur, hęreſitare, titubare, aliquem denique ex tabellionibus monitorem ſui officij, & præceptorem quærere, ex eoque magis, quam ex Bartholo ſapere, quanquam minime mirum, hoc ijs videatur, qui modos omnes (quos ſtylos vocãt) in multis varijſque Vrbis tribunalibus cauſas agitandi diuturno vſu, & litium longa tractatione didicerint. Et enim quot magiſtratus in hac curia ſunt, tot ſunt iudiciorum rationes, Libello in Capitolio, monitorio coram Auditore Cameræ, commiſſione in Sacro
4 Rotę Auditorio lites inchoantur. Qui ſtyli ſint quid facti, Pariſ. in conſil. 168. num. 15. vol. 4. non eſt, cur ſuccenſeamus iuriſperitis, ſi eos non nouerint: ignorantiam enim facti plerumque etiam prudentiſſimos fallit l. 2. ff. de iur. & fac. ignor. Hæc cum ſæpenumero animaduertiſſem, dum acta cauſarum, quæ coram Auditore Cameræ agebantur ſcriberem (in eo enim Tribunali quadraginta annos, & eo amplius ſum verſatus) opere pretium me facturum exiſtimaui, ſi quæ longinqui temporis vſu, & obſeruatione perceperam, literarum monumentis commendaſſem. Confeci, Deo iuuante; quod decreueram, & iam ſunt plures anni elapſi, quod ea de re bellum in vulgus edidi. In qua editione practicæ fines nequaquam ſum prætergreſſus: nullam ſcilicet legis authoritatem, nullum iuris interpretem in meæ ſententiæ confirmatione adduxi, nuda eorum, quæ experientia didiceram, narratione contentus. Ea enim ſententia fuit, dum opuſculum illud conſcriberem, vt neceſſarium

minime

minime exiſtimarim, ſtylo fidem, & firmamentum legibus adiungere; cum ſtylus ipſe per ſe legem efficiat, legiſque vim obtineat
6 Rot. deciſ. 2. de appellat. in Nou. deciſ. 16. de conſuetud. in antiq. Dec. conſil. 699. num. 5. Guid. Pap. deciſ. 198. num. 2. & pro iure ſeruandus ſit; Rot. deciſ. 1. de fil. presb. in nou. Corn. conſ. 290.
7 num. 2. vol. 1. & conſil. 285. num. 2. vol. 3. Quod vſque adeo verum eſt, vt ſi contra ſtylum iudicaretur, ſententia eſſet nulla; ac ſi contra legem lata foret: Guid. Pap. deciſ. præcitata. Habetur e-
8 nim pro forma, & ideo à Iudice remitti non poteſt. Pedem. deciſ. 22. numer. 6. quæ Bald. Dec. Felin. & alios innumeros congerit. Quæ omnia locum obtinet in quocunque foro, ſiue ad ordinandam,
9 ſiue ad decidendam litem tendant, Afflict. deciſ. 79. num. 4. Pedem. d. deciſ. 22. num. 7. eo ſolum adiecto diſcrimine, vt ſi ſtylus ſit, qui cauſæ deciſionem reſpiciat, plene probandus ſit Bart. in rep. l.
10 de quibus num. 22. ff. de leg. Pedem. deciſ. ibid. num. 3. ſi vero ad ordinem tantum iudicij pertineat, poſſit ſe de eo Iudex informare, ex officio inter priuatos parietes à Procuratoribus, & Aduocatis, & actuarijs, partibus non citatis, neque vocatis. Dec. conſil. 402. n. 10. cóſ. 447. n. 10. dec. Ped. eod. loco n. 16. & ſeq. Vant. de null. ex defec. proceſs. num. 86. His inquam de cauſis libellus ille meus ſola ſuimet authoritate ſubnixus in hominum aſpectum prodijt.
11 Verum poſt primam illam editionem, maturius, & diligentius rem expendens, conſideranſque ſtylum, qui iuri communi aduerſatur non valere, vti ab inferioribus magiſtratibus inductum, qui iuri derogare non poſſunt, Alex. conſil. 36. num. 9. & ſeq. cum add. vol. 2. Dec. conſil. 11. num. 11. & conſil. 676. num. fin. Pedemon. vbi ſupra num. 4. Aym. de Antiqu. temp. 4. part. in princ. num. 36. licet non me lateat fallere concluſionem eiuſmodi, vbi ſtylus eſſet præſcriptus; nam etiam contra ius poteſt præſcribi, vt poſt Roch. de Curte tradit Aym. conſil. 201. num. 9. & d. tract. de antiquit. temp. loco proxime citato verſic. quod intellige. Nat. ad Alex. conſil. 36. in vlt. add. vel vbi veniſſet in notitiam Populi, aut ma-
13 ioris partis illius: valeret enim eo caſu in vim cóſuetudinis, Aym. vbi ſupra verſic. 2. intellige (*ac proinde ſtylum hic intelligi volumus, qui ſit antiquus atque longo vſu receptus, non autem varius, ideſt modo albus, & modo niger, de quo per Lapum allegat.* 51. *& per ea quæ ſcribunt Fel. in c. Rodulphus §. cæterum col. 2. de reſcript. Cur. in l. more ff. de iuriſdict. omn. iud. & Ioannes Steuiz. in eius ſyl. nup. l. 3. in tit. eſt nuben*) Tamen vt tutius hoſce ſcopulos euitarem, ijſque ſatisfacerem, qui tritum illud in ſcholis paſſim dictitant erubeſcimus cum ſine lege loquimur, §. conſideremus, in auth. de trien. & ſemi, inſtitui eundem libellum, ac alios duos ſecundos libellos intra dictum tempus in lucem editos innu-

meris benè in locis auctos, & locupletos (à primæ enim editionis tempore ad hanc vſque diem, in eiuſdem fori actionibus exercitatus ad pleniorem rerum ſcientiam vſu duce perueni) iterum edere, & in poſtrema hac editione ſtylum ipſum iuris authoritate, doctorumque teſtimonijs confirmare: vt hinc perſpicuum fieret, eum iuri conſentaneum, & nihil de eo à me conſcriptum eſſe, quin à ſacris canonibus, & legibus veluti fontibus manarit, & fluxerit. Si quid ea in re effecero, ſi laborem aliquem cauſidicis leuauero, ſi aliquo modo litigatores iuuauero, id totum, quantulumcunque ſit diuinæ bonitati tribuo. Mihi ſatisfuerit, ſi quem iuris peritum ad hæc melius, & cumulatius agendum incitauero. Ad propoſitum erga deſcendens a proceſſu Cameralis obligationis eiuſdem Tribunali præcipuo, & frequentiſſimi exordiar.

DE VARIIS ANTIQVARVM CAMERALIVM obligationum formis.

Cap. II.

1 *Duæ erant antiquitus obligationum formulæ magis vſu receptæ.*
2 *Erunt tenores.*
3 *Tertia forma rarò vſitata.*

AD proceſſus, circa exequutionem inſtrumentorum Cameralem obligationem continentium, de qua perſæpe in Auditoris Cameræ Tribunali agi conſueuit, ſeruandos deuenientes, vt facilius innouatio moderni ſtyli, illiuſque ab antiquo diſcrepantia dignoſcatur, de qualitate prædictarum obligationum, & priori earum exequutione non nihil breuiter referendum exiſtimauimus. Inſtrumenta iam pridem, & contractus ſub diuerſis formis, & qualitatibus, vt late in inſtrumentorum formulario habetur, recipiebantur: in quibus, & pro quorum obſeruatione debitores, & alij contrahentes obligationis vinculo, ſub altera ex infra ſcribendis formulis generatim obligabantur. Quarum vna hæc eſt (Pro quibus obſeruandis ſupradicti contrahentes ſeſe hæredes, & bona in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ obligarunt, iurarunt, tactis, &c.) cuius formulam late extenſam habetur inferius in quarto libro. Altera vero, in qua arctius deuinciebantur debitores, hæc præter Camera-

lem

lem obligationem habebat addita verba (Et cenſuras omnes Ec-
2 cleſiaſticas, vna cum mandato exequutiuo ſuſceperunt) Et hæ duę formulæ tam in Vrbe, quam extra paſſim erant vſu receptae in omnibus contractibus, non deficiebant etiam aliqui, qui nimis pruden-
3 tes, & accurati apparere deſiderantes, in forma iuris, aut quarentigiæ ſeſe, vel bona tantum, non autem perſonas obligabant. Sed hoc raro eueniebat. Nam creditores proprijs damnis cautiores effecti, arctiores obligationes ab eorum debitoribus poſcere curabant; quæ ſub altera ex ſupraſcriptis duabus formulis, vt diximus, recipiebantur. Quarum obligationum primo deſcriptarũ exequutio, modo infra annotando procedebat,

DE PROCESSV SIMPLICIS CAMERALIS Obligationis inſtrumentis in Vrbe celebratis appoſitæ antiquitus ſeruari ſolito.

Cap. III.

1 *Prior citatio in proceſſu exequutionis ſimplicis, & antiqua cameralis obligationis.*
2 *Altera citatio,*
3 *Ceduloni, ſeu excommunicationis formula.*
4 *Citatio aggrauatoria, & brachium Seculare praecedens.*
5 *Formula ceduloni aggrauatoriæ.*
6 *Formula brachij Seculari, quod hodie mandatum exequtiuum dicitur.*

1 VIgore ſimplicis obligationis in forma Cameræ, iuxta primo ſcilicet enumeratam formulam receptæ, ſi inſtrumẽtum erat rogatum in Tribunali Auditoris Cameræ, citabatur olim debitor ad ſoluendum iuxta formam ſuæ obligationis, alias confitendum, vel confiteri videndum debitum, & ſe excommunicari, & in termino relationis factæ per Curſorem comparente creditore, aut illius legitimo Procuratore. Iudex, habita prius iudiciali debiti confeſſione vnius ex procuratoribus per debitorem in eius obligatione conſtitutis (in qua obligatione, prout in formæ Cameræ extenſione patet, conſtituuntur omnes cauſarum actores, Notarij, & Romanæ Curiæ Procura-
2 tores ad confitendum debitum) excommunicabat debitorem, niſi infra tres dies currentes ſoluiſſet, ſiue aliquid releuans allegaſſet: quia terminus trium dierum cenſetur ſufficiens ad

probandum ea, quæ in continenti probanda ſunt, vt per Galleſ. ad form. cam. in 4. part. q. 1. num. 2. Etlicet ille procurator non eſſet ibi præſens, nec debitum fateretur, tamen de ſtylo antiquo communiter recepto, & comprobato, qui, vt inferius dicetur, vim habet legis, ob cumulum, & multitudinem negociorum, extendebatur (prout in ſimilibus etiam hodie extenditur) per notarium,
3 quod ille Procurator ibi interſit, & debitum fateatur. Quibus tribus diebus elapſis (quos nihil intererat iuridicos, aut feriatos eſſe) citabatur ſecundo debitor (ad videndum ſe declarari, & litteras declaratorias contra ſe decerni, & relaxari) Ac in termino relationis comparente Creditore, aut Procuratore legitimo, Iudex declarabat debitorem incurriſſe excommunicationis ſententiam, & litteras declaratorias relaxabat, niſi per totam illam diem ſatiſfeciſſet. Qua die elapſa, & debitore adhuc in ſolutione moram faciente, & nihil releuans deducente, relaxabantur à Iudice litte-
4 ræ declaratoriæ ſub hac forma (D. A. hic auctoritate Apoſtolica denunciatur excommunicatus, & declaratus ob non ſolutionem ſcutorum ducentorum auri in auro, infraſcripto D. inſtanti debitorum vigore obligationis in forma Cameræ, de qua in actis. Inſtante D. N. principali) Et litteris huiuſmodi nomen eſt cedulonus. Quo cedulono expedito, publicato, & affixo per Curſores aciei Campi Floræ ſi infra decennium poſt illius publicationem de-
5 bitor non ſoluebat, eo iterum citatio, ad videndum ſe aggrauari, & reaggrauari, vna cum inuocatione auxilij brachij Sæcularis, & cōparente creditore, aut eius Procuratore, & reproducente dictas declaratorias litteras publicatas tenoris prout in eis, debitore vero nihil releuans opponente, Iudex aggrauabat cenſuras inuocando auxilium brachij Sæcularis, & litteras aggrauatorias, ac bra-
6 chium Sæculare relaxabat ſub his formis. Cedulonus aggrauatoriæ D. A. exaduerſo principalis hic auctoritate Apoſtolica denunciatur excommunicatus, & declaratus, aggrauatus, & reaggrauatus, vna cum inuocatione auxilij brachij Sæcularis ob non ſolutionem ſcutorum ducentorum auri in auro, infraſcripto Domino inſtanti debitorum vigore obligationis in forma Cameræ, de qua in actis; inſtante D. N. forma brachij Sæcularis in curia. De mandato Illuſtriſſimi, & R. D. Auditoris Cameræ, ſiue eius R. P. D. Locumtenentis, & ad inſtantiam D. N. principalis creditoris, Tenore præſentium auferatur de bonis D. A. exaduerſo principalis debitoris, bona valoris ſcutorum ducentorum auri in auro debitorum vigore obligationis in forma Cameræ, de qua in actis, vnā cum expenſis præſentis mandati; Quæ ablata deponantur ad effectum ſubhaſtandi, necnon capiatur idem, & carceretur non relaxandus, donec eidem inſtanti de dicto eius credito integrè ſatisfecerit, & ſine ex-

preſſa

preſſa Domini licentia, & mandato. Quoniam ipſo debitore citato, excommunicato, declarato, aggrauato, & reaggrauato, vna cum inuocatione auxilij brachij Sæcularis Dominus ita mandauit, die, &c. Formulas extra curiam omitto; de illis enim inferius tractabimus ſuo loco. In vim ſupradictæ declaratoriæ, & aggrauatoriæ, affigebantur publicè per Vrbem cedulones litteris maiuſculis ſcripti, in quorum ſummitate, in debitorum vilipendium deformes, atque indecoræ imagines varijs coloribus pingebantur.

DE PROCESSV EXEQVVTIONIS Obligationis antiquæ cenſuris munitæ.

Cap. IV.

1 *Modus procedendi ad exequutionem obligationis, in qua eſt conſenſum in mandatum vnica præuia citatione.*

2 *Proceſſus exequutionis ſimilis obligationis, in qua conſenſum eſt in mandatum abſque citatione.*

EX forma ſecundæ obligationis, in qua debitor præter Cameralem obligationem ſuſcipiebat omnes cenſuras Eccleſiaſticas, vnà cum mandato executiuo: conſentiens illarum relaxationi vnica, vel nulla citatione præceden-
1 te: ſi cum citatione, ita procedebatur. Citato debitore, ad ſoluendum iuxta formam ſuæ obligationis, aliàs videndum contra ſe relaxari cenſuras in obligatione ſuſceptas; comparenteque in termino citationis creditore, iudex relaxabat cenſuras, niſi per totam
2 illam diem ſoluiſſet. Si vero abſque aliqua citatione erat obligatus: elapſo termino in obligatione conuento, ad inſtantiam creditoris expediebatur mandatum in ſupraſcripta forma vſque ad clauſulam. Quoniam vbi dicebatur, Quoniam conſtito de credito per obligationem, ipſoque debitore excommunicato declarato, omnibuſque cenſuris Eccleſiaſticis innodato, Dominus ita mandauit, Die, &c. In vim iſtarum cenſurarum affigebantur pariter ceduloni, & carcerabantur etiam debitores.

DE APPOSITIONE MANVS IVDICIS in libro actorum Notarij.

Cap. V.

1 *Cenſuræ non relaxantur, niſi præcedente Iudicis decreto.*

2 *Vetus formula ſubſcriptionis iudicis.*
3 *Diffinitiuæ Iudicis decreta in ſcriptis fiunt.*
4 *Libellus non requiritur in cauſis Summarijs.*
5 *Cur adinuenta ſit noua formula.*
6 *Formula nunc vſitata ſubſcriptionis Iudicis.*

1 VErum, quia durum, & rationi prorſus diſſonum
videtur, cenſuras eiuſmodi, nullo præcedente
decreto formiter facto, relaxari (ſiquidem hæc
cenſurarum fulminatio, decretum eſt diffinitiuũ,
animas, & corpora ligans) in antiquis obliga-
tionibus tempore bon. mem. Cardinalis Ghinu-
tij, dum in minoribus conſtitutus Auditorem
Cameræ agebat; quia modica recipiebantur inſtrumenta, propter
bonam hominum tempeſtatis illius fidem, in ſimilium obligationũ
2 pede verba huiuſmodi ſcribi cõſueuerãt. Niſi infra tẽpus cõuẽtũ dẽ
tur litteræ de cõsẽſu. Iuris enim eſſe videatur. Quia sẽtẽtia debet ſer
3 ri in ſcriptis, vt habetur in l. p. & ibi Bar. & doct. C de ſenten. ex bre
ui recit. quod etiam procedere videtur in cauſis Sũmarijs, in quibus
4 libellus non requiritur: pro quo eſt tex. in clemen. ſæpe §. ſenten-
5 tia de Verb. ſignif. Abb. in c. p. de oper. nou. nunc. Cum autem
ob hominum inſtantis temporis calliditatem mirum penè in modũ
auctam, nec verba, nec apocæ, imo nec valida inſtrumenta credi-
toribus quodammodo ſufficerent; proindeque infinitus propemo-
dum inſtrumentorum, etiam validis, & efficaciſſimis clauſulis mu-
nitorum numerus excreuerit, ac alia diffinitiua decreta in dies oc-
currant in tribunali facienda, vt pote cõfeſſio debiti, Reintegratio
monitorij per debitorem negati, & à creditore verificati, Decre-
tum mandati exequutiui, cenſurarumque anteſcripta fulminatio;
pro faciliori decretorum huiuſmodi expeditione, & ad tollendas
nullitates in libro actorum notariorum Brolliardo nuncupato, qua-
libet iuridica die à Iudice manum ſub infraſcriptis verbis, à quoli-
bet Notario in ſuo Brolliardo in ſcriptis poni excogitatum, & vſu
receptum fuit.

6 Confeſſio debiti.
niſi infra tres.
Reintegratio monitorij, & relaxatio mandati.
niſi ad primam diem.
Relaxatio cenſurarum.
niſi infra tempus conuentum, dentur litteræ de conſenſu.

DE PROCESSV EXEQVVTIONIS Cameralis obligationis, inſtrumentis extra Curiam celebratis adiectæ.

Cap. VI.

1 *Differentia inter exequutionem obligationis celebratæ in Curia, & extra eam.*
2 *Extenſio formæ Cameræ.*
3 *Hæc extenſio neceſſaria eſt pro validitate proceſſus.*

QVi modum procedendi ad exequutionem Cameralis obligationis inſtrumentis in Curia receptis adiectæ ſuperius relatum nouerit; proceſſum, qui in executione ſimilis obligationis contractibus extra curiam celebratis annexæ ſeruari antiquitus conſueuerat, nullo ferè negocio cognoſcet. Hęc
1 enim tantum inter hos proceſſus erat differentia. Citabatur in hoc proceſſu debitor in primis (ad dicendũ cõtra iura producta, & repetita, videndũ iurare teſtes ſuper illorũ recognitione, quatenus opus ſit, ac mandari extendi formam Cameræ, in dictis iuribus appoſitam
2 iuxta ſtylũ curiæ) Et in termino citationis, cõparente creditore, iudex præuia illorum recognitione, obligationem extendi mandabat. Qua extenſa, ſeu quo decreto extenſionis facto, hoc enim ſatis erat abſque aliquã formali extenſione, quæ poſtmodum poterat à Notario quodocumque fieri, ad obligationis prædictæ exequutionem, vt ſupra de inſtrumentis ſimplici Camerali obligatione munitis, in curia celebratis latè diximus, procedebatur. Licet Rota alias non remanſerit contenta hoc ſolo iudicis decreto extenſionis prædictæ; ſed dixerit illud non ſufficere, & formalem extenſionem à Notario faciendam requiri, vt in vna Aquilana coram bon. mem. R. P. D. Robuſterio die 7. Nouembris, ann. 1576. dictum fuit.
3 Notandum eſt amplius, quod prædicta extenſio formæ Cameræ eſt adeo neceſſaria, quod ſi Auditor Cameræ procedit non extenſa Camerali obligatione proceſſus nullitatis vitio ſubiacebit ex defectu iuriſdictionis, vt per Marcheſ. in ſecunda part. cap. 1. num. 57. de commiſſ. ſanat. nullit. cum alijs ibi citatis.

DE PROCESSV EXEQVVTIONIS Obligationis Cameralis cenſuratæ, annexæ contractibus extra curiam celebratis.

Cap. VII.

IN inſtrumentis, in quibus debitor cum cenſuris, & mandato executiuo erat obligatus, præmittebatur aduerſus eum citatio, ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuperillorum recognitione, quatenus opus ſit, & ſoluendum iuxta formã ſuę obligationis, aliàs videndum relaxari cenſuras in obligatione ſuſceptas. Cuius citationis relatione à Curſore facta procedebatur eodem penitus modo, quo de inſtrumentis cenſurata obligatione vallatis in Curia celebratis ſupra retulimus. Non requirebatur in huiuſmodi cenſuratorum proceſſu aliqua obligationis extenſio. Idem quoque hodie iuxta factorum contingentias ſeruatur, vt infra ſuo loco trademus.

DE MODO PROCEDENDI ad fulminationem cenſurarum, qui olim ſeruabatur hodie ſublato.

Cap. VIII.

1 *Decretum, quod abſtineatur à fulminatione Cenſurarum.*
2 *Et quando ad eas ſit procedendum.*

1 QVia eiuſmodi cenſurarum fulminatio adeo frequentes erat, & in tantam venerat familiaritatem, vt contemptui potius, quam coertioni hominibus eſſe videretur; Sacroſancta Tridentina Synodus ſeſſ. xv. & deinde Pius iv. & ſucceſſiue Pius Quintus piæ me. expreſſius in Reformatione Tribunalis Auditoris Cameræ prudenter etiam conſiderantes anathematis gladium non niſi pro re graui, & ardua, vel, vbi alia iuris, vel facti non proſint remedia, & non ſine magna circumſpectione exercendum eſſe; nimis amplam huiuſmodi cenſurarum fulminationis licentiam reſtrixerunt; decernentes ad cenſurarum relaxationem deueniri non debere, niſi vbi, & quando contra debitorem facile fieri non poſſet exequutio, nec realis, nec perſonalis de quo
2 impedimento iudici conſtare debeat, vt latè habetur in §. 5. dictæ Conſtitutionis reformationis Tribunalis, quę ſub die 4. menſis Decem. anni 1570. Auditori Cameræ, & illius Notarijs notificata fuit.

DE

DE DVABVS OBLIGATIONIS Cameralis formulis ex reformatione Pij Quinti adinuentis.

Cap.IX.

1 *Prima formula obligationis, in qua certus conſtituebatur procurator.*
2 *Alia formula, in qua requirebatur iudicis præſentia.*
3 *Prima formulæ aliquandiu paritum eſt.*
4 *Poſterior formula nunquam fuit vſu recepta, & quare.*

1 EX præſcriptæ reformationis tenore ſtatutum eſt, §. in primo: ne quiſquam debitor poſſet amplius condemnari ex confeſſione debiti à Procuratore facta: vt ante dictam reformationem conſueuerat; niſi talis procurator in obligatione conſtitutus, expreſsè à debitore conſtituente nominaretur procuratorque ipſe eidem obligationi, & tempore illius ſtipulationis intereſſet, & onus mandati acceptaret non ſolum ad debitum ipſum confitendum verum etiam ad debitorem defendendum.
2 Ex eadem Conſtitutione §. 5. incip. Quod ſi quando ſtatutum etiam eſt; quod ſi aliquis ſe arctiùs obligare voluiſſet (puta cum ſuſceptione cenſurarum mandati exequutiui, vt antea fiebat, quæ cenſuræ ſtatim adueniente ſolutionis tempore, vt ſupra dixi, fulminabantur) tunc in ſtipulatione obligationis eiuſmodi requirebatur iudicis ordinarij præſentia, qui debitori pœnam mandati relaxationis, cenſurarumue fulminationis, niſi debito, & conuento termino ſoluiſſet, comminabantur, nulla facta perſonali citatione, ſed vnica tantum præuia dilatione, quæ in locis Vrbis publicis affixa intimaretur: Quodque facta hac intimatione, ad mandati relaxationem, ac ſucceſſiuè ad cenſuras (quando tamen realis, aut perſonalis exequutio facilè fieri non potuiſſet) procederetur. Ex quibus quidem duabus formulis, ac obligationum modis, talis, tantaque orta fuit difficultas, vt diù quomodo in actu prædicto poſſent exequutioni mandari, ob magnum obligationum numerum quæ in quolibet ex Tribunalis Officijs quotidie recipiuntur, fuerit dubita-
3 tum: Attamen primæ parti, & reformationi aliquandiu paritum eſt: Nam in obligationibus, quæ paſſim in Notariorum Officijs recipiebantur, vt plurimum conſtituebantur Procuratores, Notarij, Scribæ, & iuuenes in eiſdem Officijs ſcribentes, & familiares creditorum, & erat ea conſtitutio, ac ſi facta non fuiſſet. Si autem

alibi, quam in officio recipiebantur obligationes, conſtituebantur procuratores quicunque, etiam idiotæ, famuli, & artifices, qui tẽpore exequutionis obligationum nunquam comparebant, nec aliter principales ſuos defendebant. Alia ſecunda formula numquam fuit vſu recepta propter difficultatem habendi iudicem, alijs magis arduis negocijs impeditum.

DE NOVIS CAMERALIS OBLIGATIONIS formulis, quæ hoc tempore ſunt in vſu.

Cap X.

1 *Retentus eſt vſus prioris formulæ cum conſtitutione procuratoris præſentis.*

2 *Secunda formula ſimplicis obligationis, in qua renunciatur appellationi.*

3 *Tertia formula, in qua præter renunciationem appellationi, conſtitutur in mandati, & cenſurarum, relaxationem.*

1 EX prænarratis cauſis non ſemel fuit inter Auditorem, Iudicem, Locatenentes, & Notarios conſultum ſuper forma dictarum obligationum, & tandem in Congregatione D. D. Reformatorum ad id tunc per eundem Pium V. deputatorum decretum fuit. Quod obligationes reciperentur ſub prima forma cũ cõſtitutione procuratoris præſẽtis, & acceptãtis. Rurſus
2 ſua alia formula, in qua contrahentes obligarent ſe in forma Cameræ ſine procuratoris conſtitutione, & renunciarent cuicunque appellationi, reclamationi, & recurſui, alijſque exceptionibus, quæ contra exequutionem inſtrumenti interponi, & opponi poſſent, per quas obligationis exequutio minime retardari, aut impediri, illiſq; non obſtantibus ad exequutionem finalem, & plenariam procedi
3 poſſit. Decreuerunt præterea Reformatores prenominati, quod arctiùs ſe obligare volentes, ſub eadem Cameræ Apoſtolicę forma, præter procuratoris conſtitutionem, ſuſciperent in ſeipſos mandatum exequutiuum, illiuſque relaxationi conſentirent vnica, vel bina citatione, aut intimatione prçcedentibus, vt ſupra diximus. Quodque ſuſceptio mandati, cum conſenſu prædicto haberet vim, & præceptum iudicis, de quo fit mentio in dicta reformatione eodẽ §. 5. incip. Quod ſi quando prout antiquitus obſeruabatur in cenſurarum fulminatione, vt ſuperius latè diſtinctum eſt.

DE MODO PROCEDENDI AD EXCOMVNICAtionem contra obligatos in forma cameræ

Cap. XI.

1 *Forenſes, vt plurimum, pro negociorum expeditione pecunias ad cābium, vel ſocietatem officij recipiunt.*
2 *Primus modus procedendi ad relaxationem excommunicationis vnico contextu cum mandato exequutiuo.*
3 *Si debitor ſoluit in vim mandati, non tenetur ad excommunicationis impenſas.*
4 *Secundus modus procedendi ad excommunicationem poſt relaxationem mandati.*

1 ALia maior ſuperat difficultas, quomodo, & in quibus caſibus, ad reddendum facilem negociandi modum in curia, contra debitores excommunicatio cōcedenda eſſet. Nam vt plurimum forenſes, & præſertim Hiſpani negocia tractantes, duobus facilioribus modis inueniunt pecunias in Curia pro eorum expeditionibus neceſſarias, recipiunt illas ad cābium à mercatoribus, aut in ſociet.offic. & expeditis eorum negotijs ab Vrbe diſcedunt petentes eorum patrias, alienæ iuriſdict. ſu-
2 biectas. Et demum obtentum fuit cum D. D. Reformatorum conſilio, & voto. Quod vbi certum eſt, exequutionem realem, aut perſonalem facile fieri non poſſe, vnico contextu mandata exequutiua cum excommunicatione in ſubſidium relaxarentur, hac videlicet appoſita clauſula (Quatenus vigore huiuſmodi noſtri mandati exequutio realis, aut perſonalis facile fieri non poſſit, de quo prius per publica documenta legitime conſtiterit prædictum debitorem publice excommunicatum declaratis, &c.) Addita etiam clauſula,
3 (quod ſi debitor vigore mand. ſoluiſſet ad excommunicationis impenſas nullo pacto teneretur) vt pariter apparet in eadem reformatione ſ. Quod ſi forte quiſquam. Verum, quia ex his reformationi-
4 bus mercatores pecunias curialibus credere recuſabant (maxima enim erat in illarum exactione difficultas, ob mutatam obligationū formam, ac conceſſionis excommunicationis modum per bo.mem. Alexandrum Card. Riarium, tunc cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditorem ſollicitantibus curialibus, & Notarijs, ex nouo voto D. D. Reformatorum, ac etiam bon.mem. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. DD. S. R. E. Cardinalium Congregationis Sacri Concilij Tridentini, annuente, & conſulente bon.mem. Cardinale Alciato, mandatum, & ordinatum extitit. Quod ratione contractuum, & inſtrumen-

ſtrumentorum celebratorum in Curia, & quorum ſolutiones libere, aut in certum euentum in Curia eſſent diſtinatæ, cum ad illorum exequutionem deueniendum eſſet, relaxato prius mandato exequutiuo, & illius vigore facta per exequutores Curiæ diligentia inueniendi debitores, aut illorum bona in Vrbe, & non inuentis, contra debitores eiuſmodi abſentes ab Vrbe, & alienæ ſubiectos iuriſdictioni cenſuræ, & excommunicationes libere, & abſque vlla dubitabili conditione concederentur. Qua quidem via electa, & declarata, facillima reddita fuit negociatio, & pecuniæ curialibus indigentibus libentius à mercatoribus traditæ fuerunt, idque hactenus obſeruatum fuit, & quotidie obſeruatur.

DE CAMBIORVM OBLIGATIONIBVS ac intereſſe liquidatione.

Cap. XII.

1 *Obligatio cambij hactenus obſeruata.*
2 *Ad quam rationem cambiorum intereſſe antiquitus ſoluebatur.*
3 *Hodie ſumenti pecunias ad cambium, quod tempus concedatur.*
4 *Non poſſunt præſenti tempore peti cambiorum intereſſe, niſi ſecundum liquidationem A.C. & quomodo liquidentur.*
5 *Requiſita ad hoc, vt veri contractus cambij dicantur.*

1 TRaditus etiam fuit modus, & reformatio dictis cambijs. Nam obligationes cambiorum antea ſub hac forma fiebãt (D. Gundiſaluus Ximenez fatetur habuiſſe ad cambium à dd. Iulio Boſco, & Paulo Gauotto mercatoribus Romæ negociãtibus ducatos centum Cameræ veteris valoris, quos ſoluere, ſeu ſolui facere promittit in Oppido Madriti D. A, Mercatorum prædictorum correſponſali, ad rationem 470. marapetinorum monetæ illarum partium, vel minus, vt conueniebatur, pro ſingulis ducatis infra tres menſes proximos, & infra alium immediate ſequentem menſem certificare mercatores ipſos in Curia de ſolutione huiuſmodi in partibus facta, alias ſoluere hic Romæ vna cum
2 cambijs, & intereſſe) Quibus quatuor menſibus elapſis, & non certificatis mercatoribus de ſolutione augebant mercatores cambia ad rationem primò conuentam, & deinde etiam cambiorum huiuſmodi cambia ita vt infra modicum tempus duplicaretur ſo-
3 lutio. His data eſt forma, vt prorogetur tempus certificationis ad alium menſem, & ſic in totum ad quinque menſes, amplius etiam quòd mercatores non poſſent partitas cambiare, & augere, ſed petere ſolum eorum intereſſe liquidandum per A.C. quæ liquidatio fuit

declarata

declarata ad rationem decem, & octo pro centenario pro primo anno, & treſdecim pro ſubſequentibus annis: ita ordinantibus Illuſtriſs. DD. Cardinalibus tunc deputatis à fel. record. Pio IV. Sed
4 poſtmodum, & vltimo loco, habita magis matura conſideratione, & graui curialium damno ponderato, tempore felic. record. Pij V. ad rationem treſdecim pro primo anno, & ſeptem pro reliquis ſequentibus annis in ſingula centenaria remanſit, & hodie remanet. Prædicta autem intelligenda ſunt de veris, non autem ſiccis cambiorum contractibus: cum talia cambia ex tenore bullarum ſupradictorum Pontificum Pij IV. & Pij V. prohibita ſint, vt bene decla-
5 rat Burſat. conſ. 399. num. 27. & ſequen. Contractus autem veri cambij quatuor de iure exegit perſonas, vnam ſcilicet dantem, & alteram recipientem, & de vno loco ſcribentem, & alio loco alteram recipientem litteras; & ſoluere deben. & alteram exigentem pecunias cambiatas, & tractas, vt per Bald. conſ. 248. volumin. 1. Sed quid ſi intereſſe creditoris vere non aſcēderit ad taxatam ſummam, an tuta conſcientia poſſint taxatā ſummam recipere? Et forte negatiua eſt probabilior; remitto tamen ad Theologos.

DE SOCIETATIBVS OFFICIORVM, & illarum forma.

Cap. XIII.

QVæ ſuper officialium Romanæ Curiæ officijs contrahuntur ſocietates; ſub hac forma fiunt (D. A. ſcriptor Apoſtolicus ſuper eius officio fatetur habuiſſe ſcuta trecenta auri in auro in ſocietatem duraturam ad ſex menſes proximos, & deinde ad ambarum partium beneplacitum, præcedente diſdicta quindecim dierum, quam etiam domi dimiſſa copia, & in euentum ab Vrbe abſentiæ per contradictas, aut edictum publicam fieri poſſe, & ſic non ſecus, ac ſi perſonaliter fieret arctare voluit, à mag. eximiò LL. Doctore Natale Rondanino Rom. Cur. cauſarum patrono abſente me notario, &c. Stipulante: de quibus ſe contentum vocauit exceptioni non num. pecun. &c. Renunciauit, & quietauit, &c. Qua ſocietate durante, promiſit facere participem præfatum D. Natalem omnium dicti officij fructum, & emolumentorū ordinariorum, & extraordinariorum, pro rata dictæ ſummæ ſcutorum trecentorum. Quam ratam ad euitandum differentias, quæ in rationibus ineundis, oriri facile poſſent cauſa incertitudinis fructuum huiuſmodi, qui interdum augentur, non nunquam autem diſcreſcunt, cum D. Natali conueniſſe affirmauit ad rationem ſcutorum duodecim ſimilium pro quolibet centenario, & anno ſoluendorum,

dorum, prout idem officialis integre, & cum effectu ſoluere promiſſit de ſemeſtri in ſemeſtre, & in principio cuiuslibet ſemeſtris hic Romæ libere, & ſine aliqua exceptione, & retardatione, & finita, aut diſſoluta ſocietate, ſoluere, & reſtituere dicta ſcuta trecenta, vna cum fructibus decurſis, & non ſolutis prędicto D. Natali abſenti, me Notario, &c. Alias voluit fructus huiuſmodi ad rationẽ, vt ſupra conuentam currere, & deberi vſque ad integram præfatorum ſcutorum trecentorum reſtitutionem, loco damnorum, & intereſſe: quia ſic cum creditore prædicto conueniſſe aſſeruit. Inſuper conueniſſe affirmauit pacto expreſſo cum D. Natali, quod ſi durante hac ſocietate morietur ipſe D. Natalis morte tamen naturali, & non violenta, telo, ferro, veneno, aut alias quomodocumq; ab homine violenter illata, & inflicta, idem D. A. officialis ſupradicta ſcuta trecenta ſuperlucretur, & ſolum ad fructus, vſque tunc decurſos teneatur; Præterea ipſe A. officialis, vt magis D. Natali cautum ſit, promiſit ſocietati huiuſmodi, ac omnibus, quæ continentur in ea principaliter, & inſolidum acceſſuros N. & N. eoſque licet abſentes, me Notario, &c. Stipulante ab hac ſocietate, & acceſſionibus, & promiſſionibus per eos faciendis, ac omnibus, & ſingulis, quæ continebuntur in eiſdem indemnes penitus, & ſine dãno releuare, & conſeruare, ita quod nullum propterea damnum, & moleſtiam patientur; alias ad omnia damna, teneri voluit, de quibus, &c. Abſque, &c. Se, & in euentum mortis, &c. Pro quibus obſeruandis, &c. Se, & hæredes ac bona, &c. In forma Cameræ Apoſtolicæ obligauit, &c. Vt in forma ſupra deſcripta. Aduertat tamen Notarius, quod ſi ſocietas, vt plerumque conſueuit, cõtrahatur ſuper vita perſonæ à dante pecunias nominandæ, addat hanc clauſulam (ita tamen, quod ipſe Natalis, in euentum nominationis, ſuperuiuat per quindecim dies poſt nominationem dictę perſonæ, & cum intimatione eidem officiali facienda) Et hoc ad conſulendum indemnitati accipientis pecunias in ſocietatem. Quia per omiſſionem eiuſmodi clauſulæ, dans pecunias in ſocietatem quandocumque, etiam in mortis articulo poſſet perſonam nominare, & ſic raro venire caſus; quo pecunia accipiens eas ſuperlucraretur.

DE FIDE, SEV MEMORIA CONTRACTVVM ſocietatum fieri conſueta.

Cap. XIV.

1 *Exburſatis cum effectu pecunijs, & ratificatio inſtrumento pro creditorem, ſocietas cenſetur completa.*

2 *Quare*

2 *Quare fides ſeu memoria in ſocietatibus fieri conſueuerit.*
3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ probandam non admittitur ad impediendam exeq. obl. cam. ſecus ſi eſt probata abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria in contractu ſimulato.*
4 *Ratificatio ſatis dicitur inducta per ſolutionem pecuniarum.*

1 Sciendum eſt ſocietates huiuſmodi ſtipulari, ac earum inſtrumenta recipi fere ſemper abſente creditore, & propterea non exburſari in actu ſtipulationis pecunias: ex quo prius accedere debent fideiuſſores omnes; Qui cum plerumque duo ad minus ſint, nequeunt ita facile omnes eodem tempore ſimul conuenire, & poſt ſtipulationem inſtrumenti ſocietatis ſpatio trium, quatuor, aut plurium dierum accedunt inſtrumento ante ſtipulato. Poſt quas omnes acceſſiones factas, creditor exburſat pecunias, retinendo fructus primi ſemeſtris; de quibus pecunias accipienti quietantiam facit, & vnico contextu ſocietatem ad eius fauorem factam expreſſis verbis penes Notarium ratificat, & acceptat. Hac ſequuta ratificatione, & pecuniarum effectuali numeratione, ſocietas
2 eſt perfecta, & inſtrumentum completum. Verum quia nonnulli nimis cauilloſi ad ſolutionem differendam, exemptionem pecuniæ non numeratæ opponere interdum ſolebant, cum re vera pecuniæ in actu ſtipulationis inſtrumenti, vt ſuprà dixi-
3 mus, vt plurimum non exburſentur (Quæ exceptio in Cam. obligationibus non admittitur ad impediendam illius exequutionem, vt per Galleſ. ad form. Cam. in 4. part. quæſt. 4. numero ſecundo. Mohed. deciſ. 80. & coram Blanchetto, in Romana ſocietatis de' Lucchinis de anno 1578. quod intelligendum eſt de exceptione probanda, in tantum quod articuli, non admittuntur ad illam probandum: quia impedior illam proponere: Cum obligatio Cameralis non admittat exceptiones extrinſecus à contractu, & requirentes altiorem indaginem, vt dixit Rota in vna Tiburtina Sambuci coram Cotta, die 17. Martij, anno 1564. Nec facit clauſula illa ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum; quia ea potius ponitur de ſtylo curiæ, vt per Verall. deciſ. 141. libro primo in manuſcript. & admittuntur articuli, cum dicta clauſula, potius ad obturandum ora loquentium, quam propter aliquod dubium articuli, ſint pertinentes, nec ne, vt explicat Afflict. in deciſ. 33. numero octauo. Immo in exequutiuis quantumcunque admittantur cum dicta ſolita clauſula, ſi pars paſſa fuit ſuper illis probationes recipi illæ vlteriorem exequutionem impediunt, vt per Galleſ. vbi ſupra, num. 2. eo enim caſu articuli habentur pro ſim-

pliciter admiſſis, & exceptio probata retardat, vt fuit dictum in vna Romana officij extraordinatus die vndecima Aprilis ann. 1567. coram *Sarmiento*. Soccin. conſil. 27. numero 26. verſ. ſed poſito, quod ita eſſet, & ſub num. 30. verſic. cum ita dico volum. 4. Nam ſecundum eum ſtant iſta inſimul, quod ego impediar aliquid opponere, & tamen ſi illud eſt iam probatum, excluditur aduerſarius, vt per Alexandrum in leg. nemo poteſt, numero 17. ff de legat. primo. Pariſius conſil. 54. numero 91. & ſequen. volum. primo, vbi, quod quando talis exceptio eſt probata corruunt inſtrumentũ, iuramentum, & omnia in eo contenta: ſecus tamen de exceptione probanda, vt ſupra dixi vſque adeo quod abſolutio à iuramento neceſſaria, vt ſupra dixi non ſit, vt tenuit Rota in vna Nepeſina reſciſſionis contractus coram Pantutio, die quinta Iunij, ann. 1555. in quo fuit datum dubium, an contractus de quo agitur eſſet illicitus, tum ex eo quod eſſet celebratus per modum neceſſariæ inſtitutionis, & eſtinctionis cenſus quam ex eo, quod abſorberet omnes fructus caſtri, ita quod abſolutio à iuramento Comite Ioanne Frãciſco non eſſet neceſſaria. Et domini tenuerunt, quod dato, quod contractus eſſet illicitus, & perniciosſus, tamen neceſſaria erat abſolutio à iuramento iuxta diſtinctionem, Imol. in cap. venerabilem column. final. in verſ. venire, de electiõn. Sed quando contractus eſt ſimulatus, quia tunc non adeſt conſenſus verus iuxta terminos, l. final. C. de non numer. pecun. & tunc corruit contractus, & iuramentum, à quo abſolutio non requiritur, & ita procedit dictum Bald. in l. nec patronus verſ. in litteris, C. de oper. liber. Et redeundo ad ea, quæ dicta ſunt de impertinentia articulorum dicendum erit, quod licet Iudex, ſi articuli ſunt impertinentes, poſſit illos etiam factis probationibus, eius arbitratu reijcere; quia talis admiſſio eſt interlocutoria, vt per Iaſ. in l. quod iuſſit, ff. de re iudic. Decius conſil. 517. num. 1. & conſil. 84. in fine, ad obuiandum igitur cauiloſorum debitorum diffugijs, & pro maiori creditorũ cautela, ex inueterata conſuetudine receptum eſt, fieri à Notario quandã ſocietatis memoriam, quam fidem vocant in qua officialis fatetur propria manu ſe in pede memoriæ eiuſmodi ſubſcribendo, pecunias in promptu, & (vt aiunt) in contanti accepiſſe. Nec propterea tollitur, quin creditor amiſſa hac memoria, vel forſan ab officiali non accepta, poſſit ad exequutionem inſtrumenti agere.

Hæc enim creditori memoriæ cauſa inſeruit, cum inſtrumentum abſque ope memoriæ prædictę, ſimul, ac ſequuta eſt creditoris expreſſa, vel etiam tacita ratificatio, completum, & ſocietas perfecta
4 dicatur. Tacita autem ratificatio ſatis dicitur inducta per ſolutionem pecuniarum, aut fructuum retentionem, ſeu receptionem: Exemplo venditionis, qui recipiendo pretium rei venditę videtur vendi.

venditionem ratificaſſe, leg. indebitam, C. de condition. indeb. & leg mater, C. de rei vendit. Anchar quæſt. 38. num. 4. in 1. parte, cum ratificatio tacite, & expreſſe fiat, leg. Paulus. ff. rem ratam haberi, & magis ex facto, quam ex verbis inducatur, vt in vna Cremonen. coram Plato, die 26. Ianuarij, ann. 1587. cum iſte actus ſolutionis fieri non poſſit citra ratificationem ſocietatis, vt per Crauet. conſil. 297. numero duodecimo.

DE LVCRO PECVNIARVM SOCIETATVM, TEMpore illas diſdicendi, & requiſitis ſuper earum contractu.

Cap. XV.

1 *Si creditor moriatur intra tempus diſdicta, pecunia sũt lucrifacta.*
2 *Nimius rigor videtur repetere fructus ſolutos, lucrata ſumma principali.*
3 *Durante tempore pro quo fructus ſunt percepti, ſocietas non diſdicitur.*
4 *In contractu ſocietatis mutuus requiritur conſenſus.*

1 SOcietas regulariter contrahitur ad ſex menſes, vel aliud tempus, & deinde ad beneplacitum ambarum partium, cum diſdicta quindecim dierum precedente; & durante dicto primo termino ſex menſium, vel alio conuento, ſocietas non poteſt diſdici, aut beneplacitum reuocari. Et ſi infra tempus huiuſmodi in inſtrumento ſpecificatum ille, ſuper cuius vitę periculo pecunię poſitę ſunt; moriatur; nihil prodeſt diſdicta per creditorem facta: quamuis per quindecim dies poſt illam ſuperuiuat. Nec illa obſtat accipienti pecunias, quin illas lucrifaciat; immo tenentur heredes dantis pecunias fructus ei anticipate ſolutos, & adhuc integre non decurſos reſtituere pro rata temporis, per quod ſocietas durauit, vt per Gabriel. conſil. 78. numero tertio, volum. primo.

2 Attamen numquam audiui, quod aliquis Iudex condemnauerit ad illos reſtituendum; quia nimis rigoroſum videtur, fructus ſolutos repetere ſuperlucrata ſorte principali. Et hanc repetitionis intentionem in animum auaritiæ maculis nonnihil inquinatum cadere, vt plurimum exiſtimauerim.

3 Si poſt primum ſemeſtre, vel aliud continuatæ per tacitum partiũ cõſenſum ſocietatis tempus, quis ſocietatẽ ſuam diſdicere voluerit: id ſibi quandocunque licebit, dummodo fructus non receperit; quia

durante tempore, pro quo fructus ſunt ſoluti, diſdici nequit ſocietas: ſed poſt factam diſdictam creditor pecunias recuperare non poterit, niſi ille, ſuper cuius vitę periculo erit contracta ſocietas, per quindecim dies completos ſuperuixerit. Solent huiuſmodi ſocietates ſępe contrahi inter officialem præſentem, & creditorem abſentem per interpoſitam perſonam, quę ſibi facultatem diſdicendi fructus, & ſortem exigendi abſque aliquo dicti creditoris ordine, ſeu mandato in contractu reſeruat. Et quoniam eueniente caſu mortis illius, ſuper cuius vitæ periculo ſocietas contracta fuerit, ſiue ſit alia perſona, ſiue etiam fuerit eidem principalis creditor, oriri poſſet dubitatio, an hęredes creditoris poſſent pecunias (niſi de mandato illius principalis ad coeundam ſocietatem ſufficienti appareat) repetere: tutius erit, quod in talibus inſtrumentis in actu illorum ſtipulationis mandatum, ſiue epiſtola exhibeatur recognita, in qua detur facultas, pecunias in ſocietatem dandi, vt ſupra dixi; quoniam in contractibus ſocietatum ſimultaneus requiritur conſenſus, vt per Decium conſil. 212. num. 9. Corn. conſil. 254. num. 1. volum. 3.

3 (margin, line 4)
4 (margin, line 9)

DE SOCIETATVM DISDICTIS.

Cap. XVI.

1 *Diſdicta quomodo debeat intimari.*
2 *Forma diſdictæ.*
3 *Quindecim dies diſdictæ à die illius reproductionis incipiunt currere, & quare.*
4 *Diſdicta quando ſit reproducenda.*
5 *Diſdicta poteſt etiam fieri coram Notario, & teſtibus.*
6 *Quare Pius Papa V. modum ſuſtulerit.*
7 *In reproductione diſdictæ, teſtes per Notarium abbibentur.*

1 Diſdicta, ad hoc, vt afficiat, debet officiali perſonaliter intimari; cum antequam procedi poſſit ad executionem obligationis Cameralis, ea legitimę præmittenda ſit, vt per Galleſ. vbi ſupra proceſſu ipſo, num. 10. & ſequent. Put. deciſ. 32. in vna Aquen. L. 2. tamen hæc difficultas hodie remanet ſublata; cum paſſim in inſtrumento ſocietatis per ſpeciale pactum concipiatur, vt ſuperius in inſtrumenti ſocietatis extenſione apparet.

2 Et diſdictæ formę hęc eſt, Intimetur D. A. Scriptori Apoſt. ex aduerſo principali, qualiter infraſcriptus inſtans non intendit amplius continuare ſocietatem ſcutorum trecentorum auri in auro per acta

infraſcripti Notarij ſuper eius officio ſcriptoriæ Apoſtolicæ, die ſecunda Iunij ann. 1590. initam, imo illam diſdicit, beneplacitumque ſuum in ea appoſitum reuocat, ac ſortem, & fructus rehabere vult, & ad hoc ipſum interpellat omni meliori modo, &c. Inſtante Magn. Domino Natali Rondanino principali, Petrus Antonius Catalonus eſt Notarius. Quia diſdicta per Curſorem intimata, creditor principalis; aut Procurator habens in promptu ad hoc ſpeciale mandatum illam producit in actis Notarij, in cuius diſdictæ extremitate Notarius ponit hæc verba (idem principalis, aut N. procurator, prout in actis reproduxit, & diſdixit, vt ſupra)
3 & annotata hoc modo diſdicta, quindecim dies à die illius reproductionis in actis Notarij factæ; currere incipiunt: quia per talem reproductionem tunc vere probatur voluntas creditoris diſdicentis de nolendo vlterius de ſocietatem continuare, vide deciſ. Illuſt. Card. Blanchetti tunc Rotæ Aud. ſub die 16. Martij an. 1579. Eſt
4 autem reproducenda diſdicta ante mortem, alias propter fraudem, quæ fieri poteſt ob illius non reproductionem non tenet: voluntas enim in mente retenta nihil operatur, leg. repetendi. C. de condit. ob cauſam, Roland. à vall. conſil. 59. num. 45. vol. 3. Pedemont. deciſ. 118. n. 8. & poſſet dari pænitentia per illius lacerationem ita fuit deciſum in Rota die 9. Maij ann. 1554. coram Acchille de Graſſis, quæ eſt impreſſa in tractatu Boccacij de ſocietatibus ſub num. 190. incipien. ſeptem ex nouis, fol. 67. & in alia
5 Rom. ſocietatis coram Chiſanen. Poteſt etiam fieri talis diſdicta extraiudicialiter præſenti officiali, dummodo fiat coram Notario, & teſtibus, vel coram teſtibus fidedignis: de qua debet in actis cõſtare, antequam ad exequutionem contra debitorem deueniatur.
6 Sed quando eſt iudicialiter facta, cenſetur facta animo eam reproducendi, & penes Notarium dimittendi, vt ſupra dictum eſt. Sed cum id non fiat, videtur in hoc intimans declarare animum ſuum, vt ibi, ſed quoniam ex productione, & admiſſione huiuſmodi diſdictæ à die illius intimationis fraudibus creditorum, & ſupra dictum eſt, vtile, & fructus abſque aliquo pecunias amittendi periculo quærentium ampla patebat via: retinebant enim illas penes ſeipſos per menſes, & annos, eaſque quandocunque producebant, bene, ac Sanctæ Pius eius nominis quintus fel. rec. more Pij Paſtoris eorum animabus conſulendo, diſdictas huiuſmodi non afficere, niſi à die illarum productionis voluit, & mandauit; Idque colligitur ex reſcripto alias ab eodem Pio Quinto obtento, per quam Vincentium Lucchinum contra hæredes qui Leonis Leonij apud acta q. Pompei Antonini præſentato,
7 & ita ab inde citra obſeruatum fuit, & hodie obſeruatur. *Aduerte tamen, quod in reproductione diſdictæ, Notarius teſtes adhibeat, cũ*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

in actibus extraiudicialibus notario ſine teſtibus non creditur, vt alias in Rot. dictum, & reſolutum fuit, & ideo dici poteſt non conſtare de pratenſa diſdicta, quia paria ſunt, aliquid non eſſe factum, vel non apparere legitime factum, vt per Aſflict. deciſ. 182. ſub numero 4. Tiraquel. de retractu, ligna. §. 1. gloſ. 11. num. 90. in fin. & in denunciatione reproducenda vide eundem Tiraquel. eo. tit. glo. 1. num. 24. vbi dicit, non credi in hoc actuario, qui videtur loqui in terminis noſtris, & quoad prædictam diſdictam illiuſque reproductionem, vide Caputaq. deciſ. 108 lib. 2. & coram Seraph. deciſ. 172. & alias 184. incip. fuit reſolutum, libro primo diuer.

DE DISSOLVTIONE SOCIETATIS Cap. XVII.

1 *Referuntur plures modi diſſoluendi ſocietatem.*
2 *Si totum officium non vacat, ſocietas non diſſoluitur.*
3 *Per ſolutionem ſortis principalis, ſocietas diſſoluitur in totum.*
4 *Quamplura alia de ſocietate, & cenſu, quæ quotidie occurrunt, ſub ſilentio tranſiuerunt.*

1 NOtandum eſt ſocietatem, præter proximè relatum, pluribus alijs modis diſſolui. Diſſoluitur aliquoties de mutuo contrahentium conſenſu; Nonnunquam per mortem vnius ex ſocijs, dantis ſcilicet, vel accipientis pecunias, vt in §. ſoluitur. Inſtit. de ſocietate legis actione §. morte ff. pro ſocietate nec tranſit ad hæredes, etiam ſi eſſet conuentum legis verum §. in hæredem, ff. pro Soc. Dec. conſil. 171. num. 6. Pedemont. deciſ. 76. num. 4. & 7. Pariſ. conſil. 82 per totum vol. primo. Interdum verò per venditionem officij ſuper quo contracta fuit. Et in quocunque ex dictis caſibus, quindecim diebus diſdictæ non expletis, nec expectatis, poteſt ad repetitionem ſortis principalis procedi dummodo accepti ferantur, fructus anticipate ſoluti, & nondum decurſi: excepto tamen ſi per mortem dantis pecuniæ
2 ſuperlucratæ non fuiſſent. Aduerte tamen ea, quæ ſupra de diſſolutione ſocietatis pro officij venditionem diximus procedere in officijs in totum vacantibus: ſecus autem in officijs in totum non vacantibus, cuiuſmodi ſunt Notariorum Auditoris Cameræ, Rotæ, & alia ſimilia, officia, per quorum venditionem, modo tamen ſcripturarum dominium penes venditorem remaneat, ſocietas non diſſoluitur, cum totum officium non ſit alienatum, & dummodo etiã ſcripturæ remanentes ſint redditus ſufficientis, & capacis ſocietatis, quæ ſuper toto officio contracta fuerat, vt fuit reſolutum in Rota

vna

vna Rom. ſocietatis coram R. P. D. Seraphino die 6. Nouembris
3 ann. 1581. Fuit etiam aliquando per acutos, & doctos viros deductus alius diſſolutionis ſocietatis modus; per ſolutionem ſcilicet partis ſortis principalis, totam ſocietatem tacite diſſolutam cenſeri: quia per partis ſolutionem, ſocius videtur ſoluiſſe animo ſocietatem diſſoluendi, & per talem ſolutionem vniuerſum debitum agnouiſſe videtur. L. cum notiſſimi, §. pen. C. de præſcriptione, Bartol. in lege cum fidem, numero primo, C. de non numerata pecunia. Repugnat enim naturæ ſocietatis ſolutio partis capitalis, & agnitio debiti reſidui, ad quod conueniri non poteſt durante ſocietate; Vnde per illam ſolutionem cenſetur communi diſſenſu diſſoluta, ſicut quando vnus ſocius faciente alio, nomine proprio contrahit, Aym. conſil. 113. numero 7. Caputaquen. deciſ. 196. libro primo cum natura ſocietatis ſit, vt totum capitale remaneat, vt per Bartol. in lege fin. in fi. C. de frumento Vrbis Conſtant. leg. 11. ſocietas enim tandiu durat, quandiu integer conſenſus perſeuerat, text. in lege tamdiu C. pro ſociet. quem ſequitur Anto. Gomeſ. variar. reſol. tom. 2. capitulo quinto de ſocietat. numero 6. ſed per receptionem partis conſenſus non eſt amplius integer, & conſequenter ſocietas non durat. Nec inducitur renouatio pro reſiduo: quia requiritur, quod inter eos aliquid factum fuerit, quod fieri non potuerit citra ius, & nomen ſocietatis, vt per Caſtrenſ. conſilio 43. verſic. reſtat videre, vſque ad finem numero 20. De
4 his diſſolutionibus ſocietatis, ac alijs caſibus mortis in ſocietate exceptis, ac illius non ſuperlucratione ex contractu non adimpleto, & ſi ea ſuper futuro officio legitimè contrahi queat, & quando tunc illius incipiat currere tempus, & ſimiliter, an intempeſtiue diſdici, & periculum vitæ transferri valeat, & an liberato officiali, ſocietas valida quoad omnia remaneat, ac etiam de cenſibus tam ante, quam poſt Conſtitutionem Pij Papæ Quinti creatis complura alia, quam ſupra, & infra dicendam hinc ſingulatim conſcribere, caſuſque quotidianos in curia occurrentes enumerare, legumque auctoritatibus, exemplis, ſacriſque Rotalibus deciſionibus confirmare ſtatueram: Sed cum de eis per viros doctiſſimos, ac eruditiſſimos particulares tractatus nuper in lucem editi fuerint, in quibus non ab recenſui omnia copioſe tractari, ideo in his vlterius elaborare nolui. Et licet nulla præcedente prohibitione, licite potuerim per agrum alienum tranſire, vt in leg. per fundum ff. de ſer. ruſt. præd. tamen ne agrum noſtrum aliena ſegete fertiliorem reddidiſſe, ac vnam potius oſtentationem, quam vtilitatem quæſiuiſſe videar, vt dictum eſt in eis, vlterius nolui elaboraſſe, niſi tantum quoad ea alias per me relata in meo praxis libello, quæ præſenti opuſculo pro minori lectorum diſpendio repetere, ac prædi-

ctis legibus, & Rotalibus deciſionis confirmare arbitratus ſum.

DE CASIBVS MORTIS IN SOCIETA-tibus exceptis.

Cap. XVIII.

1 *Excipitur aliquoties caſus peſtis, quando de illa dubitatur.*
2 *Si creditor peſtem fugiens itineris incommodo obierit an pecunias amittat.*
3 *Excipitur etiam caſus partus, & illius prægnantiæ.*
4 *Excipitur etiam caſus mortis ſuperuiuentis ex morbo à prægnantia cauſato.*
5 *Caſus morientis in bello excipitur.*
6 *Non excipitur caſus obitus illius, qui notando ſubmergitur.*
7 *Pari ratione non excipitur mors hominis tegula vẽto deiecta occiſi.*
8 *Si homo intus domum igne caſu accenſam, & ardentem comburatur hic modus eadem ratione non excipitur.*

1 IN ſocietatibus plures caſus mortis excipiuntur, vt ſuperius in inſtrumenti ſocietatis formula declarauimus; plures quoque inconſiderati caſus eueniunt, ſuper quibus non paucæ oriuntur difficultates. Excipitur caſus peſtis, quando aliqua eſt de illa dubitatio, & poni ſolent per Notarium in contractu hæc verba, excepta etiam peſte, ait cauſa. Sed ſi, ad pe-
2 ſtem in loco habitationis creditoris valde vrgentem euitandum, creditor alienam petens patriam magnis itineribus, & imbribus, aut actu ſaticatus intereat, an cauſa peſtis dicatur, ita vt pecuniæ, non amittantur, dictorum iuris conſultorum, qui de hoc ex profeſſo (vt ſupra dictum eſt) particulariter tractauerunt, iudicio remitto: quia ex allegatis in proxime præcedenti capitulo non hanc aſ-
3 ſumpſi prouinciam. Excipitur etiam per verba expreſſa à Notario poſita, quando pecuniæ ſuper periculo vitæ mulieris ponuntur, caſus partus, & ex cauſa partus, ſiue prægnantiæ, in quo caſu plures
4 naſcuntur difficultates. Et pluries fuit reſolutum, quod licet in ipſo partus actu mulier non moriatur, & licet etiam ex prægnantia conualeſcat; tamen ſuperueniente aliqua febri ex dicta prægnantia cauſatæ: ſi de hoc per valde peritorum phyſicorum fidem conſtet, pecuniæ non amittuntur: idque non ſemel fuit in Tribunali Auditoris Cameræ, & in Sacro Rotę Auditorio coram bon. mem. Oradino in vna Romana ſocietatis 27. Iunij ann. 1569. & in alia magnifici Domini Ioannis Aloiſij Ruberti deciſum. Poſſet etiam dubitari,

dubitari, vtrum amiſſæ cenſeantur pecuniæ, ſuper periculo alicu-
5 ius, qui in publico, & generali bello decedat, poſitæ. Et vidi caſum iſtum acutiſſimè diſputatum: Quidam Capitaneus Lutius Romanus ad bellum in Galliam profectus certas habebat ſuper ſuæ vitæ periculo pecunias: & dum ciuitatem Proictiers nuncupatam ab hoſtibus obſeſſam cuſtodiret, per rimulamque arcis, ſeu feritoriam inimicos, quid ſibi pararent, cerneret, archibuſij ictu in fronte proceſſus occubuit. Super hoc ortum fuit dubium, quod acriter diſputatum fuit coram bon. mem. Reuerendiſsimo P. Domino Vincentio Fuſcherio inter dicti Capitanei hęredes, & debitores Illuſtres, & valde potentes; pro quorum parte deducebatur cauſa ceſſationis ſuſpicionis operæ, ſeu doli alicuius intereſſe habentis; ad hoc enim potiſſimum clauſula hæc appoſita eſſe videtur: ad hoc inquam, ne quis pecunias recipiens auiditate illas ſuperlucrandi ductus creditoris mortem procuraret. Demum pecunias amiſſas non fuiſſe deciſum fuit, ratione (vt opinor) verborum in ſocietate appoſitorum, vel alias, vtcunque ab homine violenter inflicta. Du-
6 bitaret forſan aliquis, an amitterentur pecunię, quæ ſuberant periculo vitæ alicuius, qui animi gratia natando in flumine ab aquis rapidis, & violentis obruatur? Et dicerem in hunc euentum amitti, vt fuit alias deciſum eadem ratione, ceſſat namque hominis miniſterium. Si mota à vento tegula præte-
7 reuntem hominem cadens occiderit, ſimili ratione pecunias amitti dicendum videtur: id etenim abſque hominis induſtria
8 euenit. Si igne intus domum accenſam, quis moriatur, pari ratione pecunias amitti, videtur declarandum, niſi ab homine voluntariè, vel etiam accidentaliter flamma accenſa fuerit. Caſus prænominati pluries in tribunali Auditoris Cameræ acciderunt, vt ſupra diximus, deciſi fuerunt.

DE CASV OBITVS HOMINIS, QVI POST lethale acceptum vulnus mortem ſibi conſciuit.

Cap. XIX.

OMittendum non cenſui caſum memoria, & notatu dignum. Anno à Chriſto nato 1575. dum eſſem arrendatarius officij, quæ dicti Fabritij Galletti Auditoris Cameræ Notarij, acceſſi ad caſale Palidori, alias per dd. Iulium Boſcum, & Paulum Gauottum ab Illuſtriſs. Domino Carolo Muto conductum, in qua conductione Dominus

Fabritius

Fabritius pro quarta parte erat particeps, cuius occaſione inter partes ipſas orta fuit lis, & differentia. Et cum ibidem inter Baptiſtam dictorum Boſchi, & Gauotti miniſtrum, & dicti Fabritij famulos ad rixam deuentum eſſet, prænominatos d. Fabritius archibuſio ictus vna cum vno ex ſuis famulis ibi occubuit, & in eadem rixa lethaliter, vt à chirurgo referebatur, ictu quoque archibuſij Baptiſta ſupraſcriptus vulneratus remanſit; ſuper cuius vitæ periculo quidam Rocchus Godinus ſcuta trecenta in ſocietatem habebat. Cumque ſic vulneratus in cubiculo domus dicti caſalis ſub executorum cuſtodia detineretur, ſe à feneſtra dicti cubiculi ſponte, & animo deliberato, ac nullo penitus hominis miniſterio interueniente proiecit, & ſtatim occubuit. Fuit ſubinde mota lis ex Baptiſtæ filiorum, & hæredum parte, aduerſu Rocchum ſuper pecuniarum prædictarum reſtitutione, coram bon. mem. Vincentio Fuſcherio, & ſucceſſiue Cæſare Loccatello Rocchus pecunias per mortem Baptiſtæ, ſuper cuius vitæ periculo erant poſitæ, ſuperlucratas fuiſſe allegabat, & propterea inſtrumentum ſocietatis caſſari inſtabat. Replicabant hæredes, pecunias ſuperlucratas non fuiſſe per mortem eorum patris ac illarum reſtitutioni locum eſſe: quia, quamuis ex dicta proiectione pater deceſſiſſet, tamen fuerat à principio non vnico archibuſij ictu lethaliter vulneratus, & magna vna, ac quamplures paruæ pilæ plumbeæ in eius corpore remanſerant, & de hoc chirurgus teſtimonium dicebat; quodque cauſa eius mortis principalis fuerat dictum vulnus ab homine illatum, & quod hæc cauſa tanquam principalis attendi debeat, non autem proiectio illa, quæ acceſſoria erat cenſenda. His allegatis non obſtantibus, ſi conſtitiſſet ex proceſſu Baptiſtam ex proiectione à feneſtra abſque hominis ope obijſſe, pecunias per Rocchum ſuperlucratas eſſe dicendum arbitrarer; quia proiectio fuit cauſa proximior mortis, quæ magis eſt attendenda, Afflict. deciſion. 127. numero ſecundo.

AN AGENS AD PECVNIARVM SOCIETATIS conſequutionem; perſonam in cuius vitæ periculo ſunt ſuperſtitem eſſe docere teneatur.

Cap. XX.

CONtrahitur nõ raro ſocietas ſuper vita perſonæ extra Vrbem degentis, vt puta Florentiæ, Venetijs, vel alijs etiã longinquioribus partibus; Qua finita, ſi debitor ante pecuniarum reſtitutionem ſe de exiſtentia, & ſuperuiuentia

perſonę

perſonæ huiuſmodi abſentis certiorem fieri petit, & niſi id fiat, pecunias reſtituere recuſat, dicitque ad illarum ſolutionem non teneri, niſi ſaltem data idonea cautione de faciendo venire fidem ſuperuiuentiæ, & de reſtituendo pecunias in euentum illius mortis; eius dictum non attenditur, ſed ad vlteriorem exequutionem his minime obſiſtentibus proceditur. Quia vltra, quod quis regulariter ſatiſdare non teneatur, præſertim quando principalis eſt idoneus, ſecundum Bald. in lege cum clericis C. de Epiſ. & cleric. ſubeſt etiã alia ratio in hoc; Quia recipiens pecunias debebat à principio ſe certiorem reddi facere de perſona illa, ſuper cuius periculo inita eſt ſocietas, & ideo illi imputandum eſt; præſumptio enim eſt contra ipſum, quia ex generali iuris regula illius exiſtentia, & ſuperuiuentia præſumitur vſque ad certum annos, vt not. in lege fin. Codic. de Sacroſancta Eccleſia, & propterea ſufficit allegare vitam abſque alia probatione, Bal. in capitulo ex tenore, col. 1. ibi tunc viuendum de Teſt. & in lege ſi adulterium ff. de teſtament. aperiẽd. Sed ſi excipiens fundat ſe in morte, illã probet. Verum nihilominus eſt, quod Iudex ex vrbanitate quadam potes, quam iuris diſpoſitione non petitam ſatiſdationem, ſed tantum iuratoriam cautionẽ pro partis indemnitate dari per creditorem egentem mandatur.

DEPERDITIO, AVT IN ACTIS NON REdacto originali ſocietatis inſtrumento, quomodo procedatur.

Cap. XXI.

1 *Vigore fidei, ſeu memoriæ ſocietatis non proceditur, niſi contra officialem, qui eam ſubſcripſit.*

2 *Si fides eſt ſubſcripta à principali Notario, poteſt cõtra omnes principales obligatos procedi.*

1 SI aliquãdo euenerit, vt ſæpe euenit, ſubſtitutorum negligentia, aut incuria, ſocietatem inſtrumenta deperdi, aut in actis non redigi, vigore fidei, ſeu memoriæ ab officiali ſubſcriptæ, de qua ſupra meminimus, non poteſt contra alium, quam contra officialem, qui illam ſubſcripſit, facta prius manus, & ſubſcriptionis illius recognitione, ac præcedente Iudicis decreto ſuper formæ Cameræ extentione, procedi. Si verò fides à
2 Notario principali officij domino ſubſcripta fuerit, contra omnes in ſocietat. obligatos procedi poterit.

DE

DE SOCIETATIBVS SVPER OFFICIO VLTRA medietatem pretij ære alieno grauato contrahendis.

Cap. XXII.

1 *Ex conſtitutione Pauli Quarti non ſubſiſtebant ſocietatis initæ ſuper officijs, quando æs alienum ſuper illis contractum, medietatem illorum pretij excedebat.*
2 *Hodie contrario vtimur, ſecus tamen vna cum dante pecunias.*

1 EX conſtitutionis felic. record. Pauli IIII. forma ſtatutum fuit, ſocietates non recepi ſuper officijs officialium, qui illa vltra eorum medietatem ære alieno grauata, hippothecata, vel plures ſocietates ſuper his proprio,
2 vel aliorum commodo contractus haberent. Sed nihilominus contrario vſu receptum eſt, recipi infinitas ſocietates ſuper officijs ære alieno quater, & quinquies vltra totum pretium honeratis, & hypothecatis; non tamen cum vno dantes pecunias; quia tunc vltra valorem officij ſocietates non ſubſiſtunt, vt fuit reſolutum in Rota coram Illuſtriſs. Card. Blanchetto, de anno 1591. 28. Ianuarij in cauſa Rom. ſocietatis Cæſaris Boſſil. Præterea, multi sūt officiales, quos conductitios appellare quodammodo poſſumus, qui pacta certa mercede ſocietates, etiam mille in dies ſingulos, ſi tot occurrerint coeundæ, pro ſeruitio, & intuitu aliorum, & præſertim forenſium, & in Curia amicis officialibus carentium coeunt, licet non deſint aliqui timoratæ conſcientiæ, qui audientes, nedum a confeſſarijs, ſed etiam à concionatoribus has ſocietates, quæ ſic contrahuntur, eſſe illicitas, eorum pecunias ſuper eiſdem officijs dari negant.

DE SOLVTIONE FRVCTVVM ſocietatis.

Cap. XXIII.

1 *Fructus ſocietatis debentur ad rationem duodecim pro centenario, & anno, & non nunquam ad minorem, non autem ad maiorem.*
2 *Olim etiam poſt ſocietatis finem ad eandem rationem debebantur.*
3 *Hodie, ſocietate finita, ceſſat ſolutio fructuum.*
4 *Si ex parte creditoris expeditur mandatum pro credito conſequendo,*

do, debentur fructus ad rationem ſeptem pro quolibet centenario, & anno.

5 *Debitor in mora conſtitutus cogitur ad ſolutionem fructuum ratione damni emergentis.*

6 *Moriente officiali, vel officium vendente, fructus vltra ſeptem pro centenario non ſoluuntur.*

7 *Hodie fructus exacti, & poſt diſſolutam ſocietatem decurſi cum ſorte compenſantur.*

8 *Si creditor venditionem officij ſciuerit, nulli fructus ei debentur, & quando fructus ſoluti non repetuntur.*

9 *Non factis diligentijs, nulli ſoluuntur fructus.*

10 *Pactum, quod fructus debeantur ad eandem rationam, videlicet duodecimo pro centenario diſſoluta ſocietate, eſt illicitum.*

1 EX forma contractus ſocietatis fructus illius ad rationem duodecim pro quolibet centenario, & anno, & aliquando ad minorem, nunquam tamen ad maiorem ſummam
2 conueniuntur, vel debentur. Modo autem obſeruatur, prout iuri conſonum eſt, quod periculo vitæ ceſſante, etiam fructuũ
3 ſolutio ceſſet: cum tunc ad ſimplex mutuum reducatur, prout fuit deciſum in Rota coram bon. mem. Scip. Card. Lancellotto, tunc
4 Rotæ Auditore in vna Rom. Societatis 28. Aprilis 1570. Sed ex creditoris parte pro ſuis pecunijs rehabendis diligentiæ fiant, non ſolum citationibus, ſed etiam mandato expedito, & factis diligentijs de illud exequendo, fructus ad rationem ſeptem pro centenario, & anno ſoluuntur de conſuetudine, & ſtylo curiæ, vt infra expreſſius
5 ſuo loco dicetur. Sed ſi creditor pecunijs indiget, nec eas à debitore, in ſolutione diuturnam nimis moram faciente recuperare poteſt, præuiaque notificatione indigentiæ eiuſmodi debitori facta, eoque in mora conſtituto, ac præmiſſa proteſtatione citato debitore facta, & per iudicem admiſſa, de illas ad ſocietatem, ac aliud quodcumq; licitum intereſſe recipiendo, illas poſt moram debitoris ſi actu recipiat, Iudex omnes fructus, ſeu aliud intereſſe, quod creditorem ex nouo contractu pati continget, ratione damni emergentis, præuia illius verificatione, etiam exequutiue procedendo (modo tamen ab exceſſiua liquidatione appellatum non fuerit) ſolui mandabit, etiam ratione lucri ceſſantis, interuenientibus requiſitis, de quibus per Paulum de Caſtr. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco. Vbi
6 habetur, quod ſi probatur intereſſe certitudinaliter, & vere non autem præſumptiue, tunc tale intereſſe debetur etiam ratione lucri ceſſantis, vt ibi verſic. intellige hoc, quem Rota fuit ſequuta, vt per Mohedan. deciſ. 208. & Conſilium Neapolitanum, vt atteſtatur Afflict. in deciſ. 20. num. 20 & ſequent. Durante autem

ſocietate,

ſocietate, ſi officialis vendiderit officium, hodie fructus niſi ad dictam rationem ſeptem in ſingula centenaria, & annos ſolui non
7 conſueuere. Quando à creditore poſt diſſolutam per officij venditionem, vel officialis mortem ſocietatem, fructus ad rationem in inſtrumento conuentam exacti fuerint, reſtituendi veniunt, ſeu cōpenſandi ad prædictam ſeptem pro centenario, & forſan ad minorē ſummam Iudicis arbitrio; habita temporis, & perſonarum ratione. Et hæc locum habent etiam ſi creditor officij venditionem, vel of-
8 ficialis obitum prorſus ignorauerit. Si autem creditor ſciuerit, nulli ei fructus debentur. Si tamen officialis poſt venditum officium ſponte ſoluit fructus creditori talis venditionis ignaro, non repetit, neque compenſantur propter eius malam fidem, & quia etiam videtur donaſſe, vt leg. 1. ff. de condit. indeb. & ita fuit in Tribunali
9 A.C. obſeruatum, & practicatum. Nullis vero factis diligentijs pro exactione à creditore, vel etiam factis aliquibus, non tamen expedito mandato, nec procurato de illud exequendo, & ſupra dictum eſt, in omnibus ſuperius expreſſis caſibus nulli ei ſoluuntur fructus.
10 Et propterea ex præmiſſis, & infra dicendis rationibus cenſerem abolendum fore pactum illud, quod fructus ſemper debeantur ad eãdem rationem conuentam duodecim pro centenario etiam diſdicta; ſeu diſſoluta ſocietate: quia pluries in Rota fuit declaratum illicitũ, & damnatum, vt in pluribus deciſionibus Rotalibus, præſertim in dicta Romana ſocietatis coram Lancellotto, die 28. Aprilis 1570. & alia coram eodem, die 2. Iunij dicti anni, dicitur quo ſocietate, ea remanet tanquam purum mutuum, & illa taxatio: quæ fit vigore præſcripti pacti, eſt illicita, & propterea nullis factis diligentijs per creditorem, vt ſupra dixi, nulli fructus debentur. Factis autem diligentijs, ſi debitor eſt moroſus in reſtituendo, ex quadam æquitate creditor poteſt exigere aliquod honeſtũ lucrum arbitrio Iudicis, prout ſolent reddere pecuniæ, quæ ſtant otioſæ abſque aliquo periculo vitæ, vt ſupra ſicuti dictum fuit per bon. mem. Accorambonũ Rotæ Decanum in eius Voto reddito, quod Eminentiſs. D. Card. Caraffæ ſuper dicta ſolutione fructuũ ab eo de ordine Papæ requiſito, & hodie ſoluuntur ſeptem pro centenario quolibet anno, vt ſupra dictum eſt. Et quo fructus ad rationem duodecim pro centenario licite percipi poſſunt, durantibus quindecim diebus diſdictæ, quia intra dictum tempus durat ſocietas. Put. deciſ. 68. lib. 3 De ſocietatibus hæc dixiſſe volui latius fortaſſe, quam onus ſuſceptum requirit; cum hęc omnia in practica potius, quam in iure conſiſtãt, & legis latoribus, iuriſque peritis hic contrahendi modus non innouerit, remittendo me ad ſingulariſſimum Ll. Doct. Ioan. Franciſcum Caſtracanum, qui de hoc in ſui libri tractatu diffuſius ſcripſit. Sed qui ſi intereſſe creditoris vere non aſcenderit ad taxatam ſummam;

nam; an tuta conſcientia poterunt taxatam ſummam recipere? Et forte negatiua eſt probabilior, remitto tamen me ad Theologos.
„ [Et licet nuperrime contrarium tenuerit Rota in vna Romana ſo-
„ cietatis coram Mellino, vt ſcilicet nullo modo fructus debeantur
„ poſt diſdictam, ſicut diſſolutam ſocietatem, ex rationibus, de qui-
„ bus in ea, tamen credidi non erraſſe, cum circa hoc me ad Theo-
„ logos remiſerim, quorum opinio in materia vſurarum ſequenda eſt,
„ quia illa eſt magis ſecura, quo ad conſcientiam] Quam deciſionem vnam cum nonnullis alijs Rotalibus deciſionibus in liquibus nobilis importantiæ caſibus omiſſis per doctiſſimos, qui de his ſocietatibus ex profeſſo ſcripſerunt non inutile hic imprimendas curauimus: ſi autem creditor ſocietatis poſt diſdictam, ſeu diſſolutam ſocietatem magis licite, & ſine conſcientiæ ſcrupulo voluerit exigere fructus, ſeu intereſſe lucri ceſſantis ſeruabit modum traditum ad Matth. de Afflict. in deciſ. 20. ſub num. ſecundo.

DECISIONES ROTAE IN MATERIA SOCIETATVM.

VOTVM

R.P.D. FABII ACCORAMBONI DECANI, ſuper fructibus poſt diſdictam ſocietatem.

EPITOME.

Diſdicta, & diſſoluta ſocietate nō debētur fructus licet debitor ſit cōſtitutus in mora, ſed tantum debetur intereſſe legale quinq; vel ſex pro cētenario.

SVMMARIVM.

1 *Societate diſdicta, & interpellatione facta in iudicio pro ſortis reſtitutione, an donec moroſus debitor ſortem perſoluerit abſque fœnoris vitio poſſint fructus exigi.*
2 *Pactum appoſitum in contractu ſocietatum, vt diſdicta ſocietate currant fructus vſque ad integram ſatisfactionem ſortis principalis an valeat.*
3 *Et quid dicendum ſecundum Theologos, & Canoniſtas.*
4 *Societate diſdicta nihil poteſt recipi, nec vigore pacti.*
5 *Et quid ſi petatur ratione intereſſe lucri ceſſantis.*
6 *Et quid dicendum quando aliquis eſſet certus de lucro.*
7 *Et creditor an aliquid debeat habere ſi non probatur intereſſe lucri ceſſantis.*

ceſſantis.
8 *Homo tenetur ad reſtitutionem eius, in quo damnificauit.*
9 *Minus eſt habere in virtute, quam in actu.*
10 *Creditori, qui non adhibuit diligentiam exigendi ſortem principalem poſt diſdictam ſocietatem, an debeantur fructus ad rationem ſeptem pro centenario.*

1 SVppoſita conſuetudine paſſim obſeruata, & approbata hic in curia accipiendi pecunias ſub nomine ſocietatis officiorum ad rationem duodecim pro centenario quolibet anno durante ſocietate. Vtrum ea diſdicta, & diſſoluta, & interpellatione pro ſortis reſtitutione in iudicio facta poſſit iure, & abſque fœnoris vitio exigi, & recipi eadem quantitas, lite pendente, & donec moroſus debitoris ſortem ipſam exſoluerit, vel debeat potius eo caſu interuſurium illud aliquod maiorem ſummam redigi, & ad quam honeſte taxari poſſe videatur.

2 Punctus iſte ex parte Sanctiſſimi Domini Noſtri, & Eminentiſſimi, ac Reuerendiſſimi Cardinalis Caraffæ, mihi propoſitus duas habet partes, vt ex eius inſpectione apparet. Circa primam partem, an valeat pactum ab initio contractus ſocietatis in ipſo contractu appoſitum, vt diſdicta ſocietate currant fructus, & ſolui debeant in eadem quantitate, ſicut ſoluebantur durante ſocietate vſque ad integram ſatisfactionem ſortis principalis, prout de conſuetudine huiuſmodi pacta apponi conſueuerit in qualibet ſocietate officiorum.

3 Breuiter reſpondendo, dicendum arbitror tale pactum, ſecundum magis communem opinionem non valere, vt tenuit Cyn. in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt, & Bart. ibi num. 16. & Alb. in l. 1. C. de ſumma Trinitate, vbi dicit ita fuiſſe iudicatum in ciuitate Bergomi, & ibi Io. Bapt. de Sanct. Seuer. vbi ponderauit ad hoc, Bart. vbi ſupra Bal. in l. rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi cert. pet. qui melius omnibus declarat, & ad quem omnes recurrunt, & ibi Purpur. dicit hanc eſſe communem, & à num. 39. vſque ad numer. 56. Roman. in conſil. 520. Socin. in conſil. 579. Alexan. in conſil. 221. volum. 2. Dec. in conſil. 39. 116. 119. 133. & 322. Aym. in conſil. 180. num. 3. Lauren. Silua in conſil. 6. num. 46. vbi dicit hanc opinionem eſſe communem. Nouiſs. in tract. de mercator. in titulo de contract. mercat. num. 2. poſt principium. Modern. in tract. de contract. vſur. fol. 14. num. 34. Iacob. Renal. in d. l. 1. fol 138. verſic. 6. intellige, de ſent. quę pro eo, quod intereſt. Cagn. ibi num. 49. cum ſequent. Petr. Rebuff. ibi num. 34. dicit ita fuiſſe iudicatum in Senatu, Io. Parius in Regula quatenus in prima reg. de reg. iur. Caſſen. in conſuet. Burgund. §. 23. ſub num. 61.

poſi, & ſic ex iſtis patet iſtam eſſe commu nem opinionem Legiſtarum, & quod ita fuit iudicatum in tribus locis Bergomi, in Gallia, & Neapoli, & per Alb. Rebuff. & Affliđ.

3 Et non ſolum eſt communis opinio Legiſtarum, ſed etiam Canoniſtarum, & Theologorum, nam idem tenuerunt Ioan. Andr. in cap. ſalubriter, de vſur. & Car. ibidem Aluar. poſt alios in cap. cōquæſtus eod. tit. & in eod. conſ. 148. Laur. de reſt. in cap. conſuluit. q.53. & ibi etiam Ant. de Butr. & Felin. in cap. cum venerabilis, num. 5. de except. Theologi autem ſunt infraſcripti, videlicet Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 28. art. 1. cuius verba inferius deſcribam, S. Bernardus relatus per Felin. in d. cap. cum venerabilis, ſerm. 32. cap. 2. Ant. in 2. part. ſumm. in tit. de nut. & vſur. §. 22. Gabriel ſuper octaua ſentent. diſtinct. 15. q. 15. verſ. pro ſolutione notandum eſt, ſub tit. de vſuris, Sum. Ang. in ver. vſura il primo, & ibi etiam Summ. Siluestr. Corrad. de contract. illic q. 30. in 4. cōcluſ. Bero. in cap. fin. num. 51. poſt Innoc. & Oſtienſ.

4 Circa ſecundam partem dubij conſiderandum eſt, quod vigore contractus ſocietatis nihil poteſt recipi, quia finitus eſt propter diſdictam, vigore autem pacti etiam non poteſt, quia pactum non va-
5 let, vt oſtenſum eſt, ſed an peti poteſt, tāquam intereſſe, & in hoc diſtinguendum puto, iuxta doctr. Paul. de Caſtr. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cert. lo. quam ſemper ſequuta eſt Rota, quod autem probatur
6 intereſſe certitudinaliter, & vere ſcire præſumptiuè, & tunc debetur iſtud intereſſe lucri ceſſantis; ſi vero non probatur, tūc nihil ſibi debetur, vt dicit Paul. de Caſtr. ibi, cuius verba ſunt hęc, intellige. Hoc verum quando eſt certum, quod fuiſſet lucratus ſi pecuniam habuiſſet, vt quia probatur, quod habuit præ manibus mercantiam, de qua fuiſſet lucratus, eo quia pecuniam non habuit non potuit emere, vel alio modo poſſit conſtare, ſecus ſi erat incertum, quia non ſequitur conſuetus eſt lucrari aliquando, ergo ſi habuiſſet, fuiſſet lucratus, nam poſſibile eſt, quod multa potuerunt euenire in contrarium.

7 Et cum dicto Paul. de Caſtr. concordet Diuus Thomas 2. 2. qu. 78. art. 2. verſ. ad primum, vbi ita dicit recompenſationem veram damni in hoc, quod de pecunia non lucratur non poteſt in pactum deducere, quia non debet vendere, quod nondum habet, & poteſt impediri multipliciter ab habendo.

8 Sed nunquid debeat aliquid habere ſi non poteſt probare intereſſe tunc ſubdiſtinguerē, aut debitor fuit moroſus, & tūc poteſt ex quadam æquitate creditor exigere aliquod honeſtum lucrum arbitrio iudicantis ſecundum qualitatem perſonarum, & negociorum, & hoc expreſſe dicit idem Diuus Thomas 2. 2. q. 62. cuius verba ſunt infraſcripta. Et ideo homo tenetur ad reſtitutionem eius, in quo damnificauit, ſed damnificatus dupliciter, vno modo, quia au-

fertur ei, quod actu habet, & tale damnum eſt ſemper reſtituendum ſecundum recompenſationem æqualem, puta ſi aliquis damnificet aliquem domus eius, tenetur ad tantum quantum valet domus; alio modo ſi damnificet aliquem impediendo ne adipiſcatur, quod erat in via habendi, & tale damnum non oportet recompenſare ex ęquo
9 quia minus eſt habere aliquid in virtute, quam habere actu, qui autem eſt in via adipiſcendi aliquid habet ſolum in virtute, vel poteſt, & ideo ne redderetur vt haberet in actu reſtitueretur ei, quod eſt oblatum, non ſimplum, ſed multiplicatum, quod non eſt de neceſſitate reſtitutionis vt dictum eſt, tenetur tamen aliquam recompenſationem facere ſecundum conditionem perſonarum, & negociorum hęc Diuus Tho. Quapropter ego dicerem ſi eſt facta diligentia darem ſibi intereſſe legale, quinque, aut ſex pro centenario, prout ſolent reddere pecuniæ, quæ ſtant abſque periculo vitę, prout ſtant poſt diſdictam ſocietatem, & tantum ſolent reddere prædia tam ruſtica, quam vrbana, vt l. de non alienan.
10 Si vero malam fecit diligentiam ego non dabo ſibi obolum, quia præſumitur hoc feciſſe in fraudem vſurarum.

Huic determinationi non obſtat Dec. in cap. cum venerabilis, de exceptionibus, in quo eſt totum fundamentum tenentium contrarium, videlicet, quod quando intereſſe eſt veriſimile poteſt paciſci de certa quantitate, & ponit exemplum in feudo, iuxta l. curabit, de act. empt. nam tripliciter reſpondendum eſt.

Primò, quod Dec. contra mentem omnium Doctorum, & contra quod ipſe tenuit in dd. conſ. vt etiam aduertit Purpur. qui ipſum reprobat in d. §. ſi tibi, & Perin. in d. cap. cum venerabilis, niſi à quo Dec. habuit dicit hoc eſſe contra mentem Doctorum.

Secundo reſpondetur, quod nulla eſt veriſimilitudo, quod quis ponat pecuniam ad duodecim pro centenario ſine periculo vitæ, proſtant pro diſdictam, niſi eſſe manifeſtus vſurarius.

Tertio, & vltimo reſpondetur, quod Dec. loquitur in valde diuerſis terminis, ſcilicet in feudo vendito, iuxta d. l. curabit, quo caſu debitor percipit fructus fundi, & certum eſt quod fundus reddit aliquid quolibet anno, niſi eſſet aliquis fortuitus caſus, qui non habetur in conſideratione, in caſu autem noſtro non habetur talis certa veriſimilitudo; quia, & ſi daret pecuniam alteri officiali ad ſocietatem, poſſet tamen de hoc non lucrari, vel propter mortem, vel propter decoctionem. Et reſpondeo etiam ad conſ. Pariſ. 60. col. 1. quia ipſe fundatur in conſ. Dec. 183. qui dicit totum oppoſitum. Et etiam reſpondeo ad id, quod dicit Couarr. var. reſol lib 3. cap. 1. quia fundatur in d. Dec. in dict. cap. cum venerabilis, cui fuit ſatis ſupra reſponſum.

Non obſtat extrauag. Mart. & Caliſt. quia loquuntur in cenſibus

qui

qui poſſunt ſubiacere periculo ruinæ domus, vel cenſualis prædij, in quibus impoſitus eſt, & Rota non tenuit illas extrauagantes ſimpliciter, ſed duxit ad ſex pro centenario.

R. P. D. MILLINO.

Romana Societatis. Veneris 23. Iunij 1600.

EPITOME.

NOn debentur fructus ſocio poſt venditionem officij, licet eam ignorauerit.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non debentur poſt venditionem officij ſiue creditor ſciuerit ſiue ignorauerit.*
2 *Per venditionem officÿ ſocietas diſſoluitur.*
3 *Societate diſſoluta, remanet purum mutuum, ex quo non poſſunt percipi fructus non obſtante pacto.*
4 *Ignorantia venditionis officij non operatur quod ſocietas duret.*
5 *Venditio officio competit creditori actio pro intereſſe.*
6 *Poſt venditionem officij non poteſt amplius euenire damnum, neque lucrum, & propterea non debentur fructus.*
7 *Vſuræ poſſunt repeti, etiam quod fuerint ſponte, ac ſcienter ſolutæ.*
8 *Quando poteſt ſumi alia præſumptio, quam donationis ſoluens ſcienter indebitum, poteſt ſolutum repetere.*
9 *Certiorare ſocium non eſt neceſſe, quando officialis vendit officium.*
10 *Ex venditione officÿ non reſultat ſocio præiudicium conſiderabile.*
11 *Socius ſibi imputet, ſi non inquirit an ſocietas duret.*

1 DOmini circunſcripſerunt in præſenti diſputatione caput ſcientiæ, vel ignorantiæ Illuſtriſs. D. Io. Baptiſtę Venditionis officij, & conſuluerunt, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit, quod fructus ei non debeantur poſt venditionem officij fundamentum reſolutionis fuit quia per venditionem officij,
2 ſocietas diſſoluitur l. verum, §. vltimo, ff. pro ſocio, §. ſoluitur inſt. eo. tit. & diſſoluta ſocietate ceſſat periculum vitæ, & amiſſionis ſortis principalis, & remanet purum, & merum mutuum ex quo circa vſuram non poſſunt percipi fructus non obſtante pacto, vel con-
3 ſuetudine in contrarium, vt fuit reſolutum in Rom. ſocietatis 10. Maij 1578. coram Eminentiſs. Card. Blanchetto, & in cauſa Roman. 2000. ſc. 3. Iunij 1575. coram Cotta, & ſæpiſs. in alijs cauſis,

 & diſtin-

& diſtinctio, quæ ſit per modernos, & hic adductos per informantes inter ſcientem, & ignorantem non habet aliquod fundamentum, 4 qua ignorantia venditionis officij non operatur, quod ſocietas duret. Alex. conſ. 60. num. 1. & 2. lib. 2. & diſſoluta ſocietate militat eadem ratio, quod ceſſat periculum amiſſionis capitalis propter quod periculum ſolum ſuſtinetur ſocietates officiorum, & licite percipiuntur fructus, & ea diſſoluta remanet purum mutuum, & conſe- 5 quenter non poſſint percipi fructus, ſed ſolum in hoc caſu competit actio ad intereſſe probatum vere, & concludenter, & non præſumptiuè iux. doctrinā Paul de Caſtr. in l. 3. §. vlt. ff. de eo, quod cert. loc. quam Rota ſeruat, vt per Put. deciſ. 232. lib. 1. Moed. dec. 208. Verall dec. 2. lib. 8. in manuſcriptis.

Non obſtat textus in l. ſed & ſocius, & in l. actionem, §. item ſi alicui, ff pro ſoc. quia in ſpecie illorum tex. ſocietas eſt finita, & licet vnus ex ſocijs diſſolutionum ignoraret, Bar. & Bal. in d. §. ſi abſente, idem Bart. & Fulgoſ. in d. §. ſi alicui. Alex. in d. conſ. 60 n. 1. & 2 Eſt quæſtio ſolum de damnis, & lucris alijs geſtis medio tempore inter diſſolutionem ſocietatis, & ſcientiam alterius ſocij, & iſta 6 quæſtio ceſſat in hac ſpecie, quia poſt venditionem officij nō poteſt amplius alicui ex ſocijs obuenire damnum, neq. lucrum, cum eſſet periculum amiſſionis ſortis principalis ex parte dantis, & ex officio vendito, ſuper quo ſolum eſt contracta ſocietas, alius ſocius non poſſit amplius percipere vllos fructus.

Nō obſt. ꝙ cū iſti fructus fuerint ſoluti ſponte à ſciente illos ét indebitos nō poſſint amplius repeti, l. 1. ff. de cond. indeb. cū alijs alle- 7 gat. quia hoc non hẽ locum in vſuris, quæ poſſunt repeti etiā ꝙ fuerint ſponte, ac ſcienter ſolutæ. Bar. in l. ſi non ſortem, §. ſi quis falſo, ff. de cond. indeb. Iaſ. in d. l. 1. ſub n. 12. verſ. quinto limita. Dec. in l. cuius per errorem, n. 4 ff. de reg. iur. & tanto magis, quia iſta ſolutio non fuit facta ab Epō animo donandi, ſed ad effectum differendi reſtitutionē ſummæ ſatis notabilis ſm̄ ſortis principalis. quam tūc nō 8 habebat in promptu, vt probatur ex ſuis litteris, & qn̄ poteſt ſumi alia præſumptio, quam donationis ſoluens ſcienter indebitum poteſt repetere. Bald. in d. l. 1. in fin. & ibi Iaſ. in 4. limit. Dec. in d. l. cuius 9 per errorem, num. 2. nec obſtat, quod eſſet in poteſtate recipientis pecunias ad ſocietatem vendendo officium poſt contractam ſocietatem ſine certioratione ſocij eum priuare fructibus ſocietatis; quia certioratio non eſt neceſſaria. Alex. d. conſ. 60. num. 2. & ex iſta vē- 10 ditione non reſultat aliquod præiudicium conſiderabile, cum non currat amplius periculum amiſſionis ſortis principalis, & is, qui dat 11 pecuniam facile poſſit certiorari an ſocietas duret, vel ne, & ea diſſoluta repetere ſortem principalem, & ideo ſibi imputari debet ſi eſt negligens in perquirendo an ſocietas duret, &c.

R.P.D.

R. P. D. MILLINO.

Romana Societatis. Lunæ 29. Ianuarij 1601.

EPITOME.

SOcietates Officii initæ cum eadem perſona ſuper eodem Officio ſuſtinentur ſolum vſque ad valorem Officii, & non vltra.

SVMMARIVM.

1 Societas ex conſtit. Pauli 4. prohibebatur contrahi vltra medietatē valoris officÿ, & requirebatur ſupplic. ſignata manu PP. & n. 2

3 Societas nunc ex conſtit. Pij 4. poteſt contrahi vſque ad valorem officÿ abſque ſupplicatione.

4 Quæ conſtitutio vſque ad præſentem diem obſeruatur.

5 Societates officÿ de iure communi non poſſunt ſubſtineri, neque in vim contractus ſocietatis.

6 Forma contractus ſocietatis officij.

7 Sine ſubiecto, & communicatione fructuũ non poteſt cõſiſtere ſocietas.

8 Periculum ſocietatis inter ſocios communicatur.

9 Officium ſemper remanet integrum penes officialem, & ſic remanet obiectum ſocietati, licet ſocietas abſorbeat totum valorem officÿ.

10 Per contractum ſocietatis officium non alienatur, ſed ſocius admittitur ſolum ad participationem fructuum.

11 Venditio eſt valida, licet eadem res vendatur pluribus.

12 De natura contractus vitalitÿ eſt, quod pecunia non poſſit repeti.

13 Multæ deciſiones allegantur ad propoſitum, quod ſocietas poſſit cõtrahi vſque ad valorem officÿ.

14 Ceſſante periculo remanet purum mutuũ, & fructus non debentur.

15 Societates non ſubſtinentur ſine officio.

16 Societas ſuper re aliena poteſt contrahi in præiudicium contrahentis, quando adeſt probabilis ignorantia dantis pecunias.

17 A communiter accidentibus inſpiciuntur potius fideiuſſores, quam officia.

18 Officia non poſſunt ſubhaſtari niſi cum magna difficultate, & ſine licentia Papæ.

19 Non obſtat conſuetudo ineundi ſocietatem vltra valorem officÿ ex bona fide contrahentium.

20 Conſuetudo non inducitur ex ſententijs difformibus.

21 Conſuetudo non ſuffragatur in materia vſurarum.

HOnorius Trincius ſuper ſuo officio militis Pij, valoris ſcut. 500. acceperat à Lelio Bariſano diuerſis temporibus plures pecuniarum ſummas longe exceden. valorem officij.

1 Dubitaui an iſtæ ſocietates officij fuerint validæ in totum, vel ſolum vſque ad valorem officij, & Domini fuerunt concordes, quod ſocietates officij initæ cum eadem perſona ſuper eodem officio ſubſtinentur ſolum vſq; ad valorem officij, & nõ vltra.

2 Mouebantur propter conſtitutiones felic. record. Pauli Quarti, & Pij Quarti in conſtitutione enim Pauli Quarti prohibetur cõtrahi ſocietas officij vltra medietatem valoris officij,& requiritur ſupplicatio ſignata manu Papæ, conſtitutio vero Pij Quarti continet moderationem illius conſtitutionis, & permittit vt in futurum contrahi poſſint ſocietates ſine ſupplicatione vſque ad valorem officij, & non vltra.

3 Et quamuis non inueniatur publicatio conſtitutionis Pij Quarti tamen dicebant Domini, quod aut iſta conſtitutio fuit publicata, & ſocietates vltra valorem non ſuſtinentur, aut non fuit publicata, & multo minus ſuſtinentur: quia ſi iſta conſtitutio non habuit effectũ remanet conſtitutio Pauli Quarti prohibẽs contrahi ſocietates vltra medietatem valoris officij vltra quod ſi publicatio eſt neceſſaria conſtitutionibus emanatis motu proprio. Illa eſt multum veriſimilis, cum iſta conſtitutio reperiatur regiſtrata in Secretaria Apoſtolica impreſſa ab Impreſſoribus Cameralibus, & publice vendita,& vſque ad hanc diem fuerit ſemper allegata in deciſione cauſarum, & obſeruata ſine aliqua contraditione, & ceſſat ſecundum

4 Dominos omnis difficultas. Quia in Pontificatum Pauli Quarti non fuerunt amplius expeditæ iuxta formam iſtius conſtitutionis, & ſocietates fuerunt contractæ vltra medietatem valoris officij, & ex iſta obſeruantia ſubſecuta ſatis aperte declaratur, quod conſtitutio Pij Quarti fuit publicata, & habuit effectum.

5 Secundo,circumſcriptis iſtis conſtitutionibus monebantur Domini; quia ex diſpoſitionibus iuris communis dictas ſocietates non poſſunt ſuſtineri in exceſſu neque in vim contractus ſocietatis, neq; in vim alterius contractus.

6 Quantum enim ad contractum ſocietatis,notiſſima eſt illius forma, quod partes ineunt ſocietatem ſuper officio, & officialis facit participem fructuum eum, qui dat pecunias pro rata parte, quam partem propter incertitudinem fructuum officij,& ad effectum euitandi labores computorum, idem officialis conduxit ad rationem 12. pro centenario, & ideo cum dans pecunias admittatur ab officiali in ſocium officij ad participationem fructuum in eo, quod ſocietatis, & communicatio fructuum, quorum ſocius pecunias con-

7 ferens participes fieri poſſint, & conſequenter ſine ſubiecto, & cõ-

munica-

municatione fructuum non poteſt conſiſtere ſocietas, l. verum in fin. ff. pro ſoc. & 12. centenario percipiuntur ex pecunia, ex qua non poſſunt licite percipi fructus, & quamuis officium non pereat communi periculo, ſed per mortem officialis totum pereat damno ipſius contra naturam contractus ſocietatis, tamen ex hoc non ſequitur, quod officium non ſit ſubiectum ſocietati, quia pro maiori
8 commoditate contrahentium periculum ſocietatis inter ſocios cõmunicatur, ſi enim officialis moritur officium ammittit, & e contra ſi moritur ille, qui dat pecunias amittit ſuum capitale, & ſic cum effectu compenſantur pericula cum periculo.

9 Nec placuit Dominis, quod officia ſint de regalibus, & non poſſint pignorari, vel obligari. Et ideo licet ſocietates abſorbeant totum valorem officij, officium ſemper remanet integrum penes officialem; & conſequenter remanet etiã ſubiectum ſocietati, & res;
10 quæ poſſit communicari, quia per iuſtum contractum non alienatur officium, ſed ſocius admittitur ſolum ad participationem fructuum, & in exceſſu non remanent fructus, qui poſſint communicari, præterea licet titulus officij non poſſit alienari ſine conſenſu Papæ ad effectum euitandi fraudes, & vt poſſit eſſe certus de vacatione, tamen reſpectu contrahentium dummodo non mutetur perſona officialis remaneat periculum vitæ in eadem perſona officia ſunt in communi commercio, & poſſunt etiam in totum fructus communicari, vt fuit dictum in cauſa Romana officij ſcriptoriæ 1. Aprilis 1588. coram R. P. D. meo Pamphilio, & tanto magis per viam contractus ſocietatis, qui aliter viui non poteſt, & permittitur à Papa, & ſine licentia.

11 Non obſtat, quod ſicut idem prædium, & fructus illius poſſunt vendi pluribus perſonis, ita pariter ſuper officio, & illius fructibus poſſunt admitti plures ſocij, quia inter iſtos duos caſus ratio diuerſitatis eſt euidens; quando enim eadem res venditur pluribus venditio eſt valida, quia cum venditor teneatur ſolum tradere, & ſic ad factum, cuius loco ſuccedit obligatio ad intereſſe ſi non poteſt ſecundo emptori tradere idem prædium, vel fructus illius ſoluendo s intereſſe liberatur, ſed in ſocietate ſecus eſt; quia non poteſt conſiſtere ſine officio, & eo ipſo, quod eſt admiſſus aliquis in ſocium eſt ei communicatum, & non eſt amplius communicabile, & conſequenter de tempore contractus nihil remanet penes ſocium, quod poſſit alteri communicari; & ſuper eo admittere alium ſocium.

12 Quod vero non poſſit ſuſtineri in vim alterius contractus fundamentum DD. fuit, quia vim cenſus vitalitij propter periculum vitæ eſtimabile pecunia iuxta conſilium Oldrad. 201. non poteſt ſuſtineri, quia de natura iſtius cenſus vitalitij eſt, quod pecunia repeti non poſſit, & ſuſtinetur ſolum propter incertitudinem vitæ, ver

per Dec. in conſ. 121. ſub nu. 1. & ideo cum dans pecunias ad ſocietatem poſſit alias repetere elapſis ſex menſibus, iſte contractus eſt contrarius naturæ cenſus vitalitij; ratione vero aſſumpti periculi non poteſt ſuſtineri, quia quando officium eſt grauatum in totum non exiſtente officio, nec fructibus nihil remanet officiali periculo expoſitum, pro cuius aſſicuratione aliquid præſtari poſſit, l. nihil intereſt, & l. periculi, ff. de nunc, & etiam, quia nullum periculum transfertur in officiales pecunia æſtimabile, cum periculum, cum periculo compenſetur, & ceſſante periculo non poteſt etiã ſuſtineri in vim contractus ſponſionis, quia iuſtitia ſponſionis pariter eſt fundata ſuper periculo, & licet Soc. de inſtit. & iur. lib. 6. queſt. 6. art. 1. col. pen. & Nauar. conſ. 29 num 3. de vſur. nitatur ſolum iuſtificare iſtos contractus ratione aſſumpti periculi, & aſſecurationis, & in vim ſponſionis, tamen vterque eorum præſupponit exiſtentiam, & capacitatem officij, & dubitant ſolum de validitate iſtius contractus, quia non poteſt reduci ad rationem cenſus cum capitale poſſit repeti finitis ſex menſibus, neq; poteſt ſuſtineri in vim contractus ſocietatis, ideo putant illum eſſe reducendum ad contractũ aſſecurationis, vel ſponſionis, ſed cum in iſto contractu periculum cum periculo compenſetur, vt dictum fuit ceſſat eorum fundamentum, & contractus remanet licitus ex ſui natura, & ſuſtinetur ex lege ſocietatis, neque eget iuſtificatione reducendo illum ad aliam ſpeciem contractus, quem contrahentes non intellexerunt inire, & tanto magis cum in vim illorum contractuum non poſſit ſuſtineri.

13 Tertio dicebant Domini non eſſe receden. ab h c opinione, quia vltra rationes concurrunt etiam auctoritates Doct. hanc enim opinionem ſemper tenuit Rot. vt patet ex multis deciſionibus factis in hac materia in cauſa Rom. ſociet. de ferris 6. Nouemb. 1581. coram R. P. D. Seraphino in cauſa Rom. de Luchinis 24. Ianu. 1575. coram Illuſtriſs. Cardinali Blanchetto, & coram eod. in alia Rom. ſocietatis prima Iulij 1596. corã Corduba, & deciſiones, quæ allegantur in contrarium non tangunt iſtum caſum, & in eis ſemper præſupponitur exiſtentia, & capacitas officij, licet enim iſte cõtractus ſuſtineatur ratione periculi, vt fuit reſolutum in cauſis Romana compromiſſi, & Foroliuien. ſociet. coram bon. mem. Epiſcopo
14 Lauretano, & ideo ceſſante periculo remanet purum mutuum, & fructus non debentur, vt fuit reſolutum in cauſa Romana ſocietatis coram Cardinali Lãcellotto, & Romana damnorum coram Cotta tamen ex hoc nõ ſequitur, quod ſocietates ſuſtineantur ſolum pro-
15 pter periculum ſine officio, & quod nõ riquiratur exiſtentia, & capacitas officij, in cauſa vero Romana, ſeu Tuſculan. ſociet. officij erat capax; & fuit ſolum reſolutum ſocietates ſuſtineri, quia ſuper
16 re aliena poteſt contrahi ſocietas in præiudicium contrahentis, & præ-

præſertim, cum adeſſet probabilis ignorantia dantis pecunias ad ſocietatẽ, quę in hoc caſu ceſſat, & alia deciſio, quę allegatur in cauſa Romana ſocietatis de Luchinis, quod à communiter accidenti-
17 bus inſpiciuntur potius fideiuſſores, quam officia, quæ ad colorandum contractum, & euitandam vſurariam prauitatem interponuntur non facit ad rem; quia licet habeatur reſpectus magis ad fide-
18 iuſſores, quam officia, quę non poſſunt ſubhaſtari, niſi cum magna difficultate, & ſine licentia Papę, & à fideiuſſoribus ſit facilior exactio, tamen ex hoc non infertur, quod ſocietates ſuſtineantur ſine officio, & potius illa deciſio confirmat hanc opinionẽ cum admittit contractum ſine officio eſſe vſurarium, & ſic Rota nunquã receſſit ab hac opinione, quam etiam ſequuti fuerũt multi Iudices extra Rotam adhibito etiam conſilio Theologorum, & omnes recẽtiores, qui de iſtis ſocietatibus ſcripſerunt, & demum articulo diligenter diſcuſſo, eadem opinio placuit Congregationi ad iſtum effectum à S. D. N. inſtitutæ, cum interfuerint quinque Eminentiſs. Cardin. tres Auditores Rotæ antiquiores, & tres Theologi.

19 Non obſtat, quod propter conſuetudinem ineundi ſocietatem vltra valorẽ officij iſti contractus ſuſtinentur ex bona fide contrahentium, quia iſta conſuetudo non probatur obtenta in contradicto iudicio cum oppoſitione partium, & effectuatione mandatur, prout probari debent, & conſtat de contrario ex deciſionibus factis in diuerſis cauſis, ſecundum quas fuit iudicatum, & conſuetudo nõ
20 inducitur ex ſententijs difformibus. Albertus in l. quæſitum, §. ſi quod, ff. de fund. inſtruct. Aym. conſ. 96. num. 5.

21 Vltra quod ſi probaretur non releuaret, quia conſuetudo non ſuffragatur in materia vſuræ, cap. quia in omnibus, de vſur. & fuit late deductum in cauſa Romana ſocietatis 2. Iunij 1570. coram bon. mem. Cardin. Lancellotto.

R. P. D. IVSTO.

Romana Societatis. Lunę 2. Aprilis 1601.

EPITOME.

Contractus ſocietatis perficitur ſtatim ſequuto cõſenſu vtriuſq; ſocij, & nõ à die acceſſionis fideiuſſoris promiſſi.

SVMMARIVM.

1 Societas officij an incipiat à die in qua contracta fuit, vel à die acceſſionis fideiuſſoris promiſſi.

2 *Societas perficitur ſtatim ſecuto conſenſu vtriuſque ſocij.*
3 *Mandatum datum directum mercatori habet vim ſolutionis mandanti ratione debiti contracti pro mandatario.*
4 *Societas ſumit initium à primæuo contractu, licet confeſſio de recepto ſit ſub ſpe effectualis numerationis.*
5 *Conſenſu reſpectu dantis pecuniam non requirit rem præſentem, & pecuniam ſolutioni paratam.*
6 *Officialis non adimplendo non poteſt recedere à contractu.*
7 *Contractus adimpletur cum recipiuntur pecuniæ, & cum accedunt fideiuſſores, licet habeat vires ab initio.*
8 *Imo poteſt tacito, vel expreſſo conſenſu dantis pecunias omitti datio fideiuſſoris.*
9 *Fideiuſſio non eſt de ſubſtantia, vel natura contractus ſocietatis.*
10 *Officialis, qui non dedit fideiuſſorem promiſſum non poteſt prætendere lucrum pecuniarum.*

1 QVæſitum fuit extra Rotam coram me, an ſocietas officij inceperit à die in qua contracta fuit, vel à die acceſſionis fideiuſſoris promiſſi. Primo enim caſu non eſſet locus lucro pecuniarum; quia diſdicta eſt facta in tempore, cum obitus illius, qui dedit pecunias contigiſſet poſt ſex menſes. Secundo caſu cum primi ſex menſes non eſſent præteriti, & conſequenter cõſequeretur lucrum pecuniarum iuxta formam ſocietatis, & Domini reſponderunt ſine difficultate ſocietatem non fuiſſe lucratam:
2 moti ſunt: quia contractus ſocietatis perfectus fuit ſtatim ſecuto conſenſu vtriuſque ſocij, l. qui admittitur, & l. plane, ff. pro ſocio, l. conſenſu. ff. de act. & oblig & in terminis huiuſmodi ſocietatis. Gabr. conſ. 81. n. 5. lib. 1. & conſ 63. n. 5. lib. 2. præſertim in hoc
3 caſu, vbi ex parte dantis pecunias, nihil aliud erat adimplendum, dato mandato directo mercatori, quod habet vim ſolutionis factæ mandanti ratione debiti contracti pro mandatario, l. ſi patronus, ff. de don. l. ſi. C. ad l. falcid. Din. conſ. 17 Gabr. conſ. 155. ſub n. 2. lib. 1.
4 Et nihilominus ſocietas ſumpſiſſet initium à primæuo contractu ſecundum gloſ. & doct. omnes in l. ex placito, C. de rer. permutat. quamuis confeſſio de recepto eſſet ſub ſpe effectualis numerationis ſiquidem non remouet, vel ſuſpendit conſenſum ſi aliquod reſtat
5 adimplendum pro obſeruatione pactorum in hoc contractu, qui ſaltim reſpectu dantis pecuniam non requirit rem præſentem, & pecuniam ſolutioni paratam. Gabr. conſ. 81. n. 5. ita vt nec etiam po-
6 tuerit officialis non adimplendo recedere à contractu, l. in ciuile, & ibi Bald. in princ. C. de rej vend. l. non idcirco, C. de contrah. empt. doct. communiter in l. Iulian. §. offerri, ff. de act. empt. Rot. corã Cotta in Rom. Caſ 17. Iun. 1575. & coram Cantucc. in Bononien.

nien.

7 nien. damnorum, & intereſſe. Qua propter faciendo accedere fideiuſſorem,& recipiendo pecunias adimpleuit contractum,qui habe-
8 bat vires ab initio, imo poterat tacito,vel expreſſo conſenſu dantis pecunias omitti datio fideiuſſoris. Bald. in l. qui crimen. num. 15.
9 C. qui accuſ. nõ poſs. Aret. conſ. 136.n.2.quia fideiuſſio non eſt de ſubſtantia, vel natura contractus ſocietatis. Barb conſ.31.n.3.lib.1.

Neque facit ad propoſitum deciſ.coram R. P. D. meo Seraphino in Rom. duorum millium 18. Decembr. 1573. quoniam ibi reſoluitur officialem, qui non dedit fideiuſſorem promiſſum non poſſe prætendere lucrum pecuniarum:quia non impleuit pro parte ſua, & ita quoad ſe ſuſpendit effectum contractæ ſocietatis ad Soc. in l. quibus diebus, §. quidem il ſecondo, num. 8. de cond. & dem.poſt gloſ. qui eam allegat in l 2.ff. de in diem adiect. qua ſuſpenſione ſublata per implementum remanet contractus à principio pro vtraque parte; quia tunc fuit præſtitus conſenſus, & ita deciſum, &c.

VOTVM
EMINENTISS. D. CARD. SERAPHINI.
EPITOME.

MOrtuo reſeruatario abſque ratificatione principalis ſocietas eſt ſuperlucrata.

CAius filius Meuij ſuper eius officio cum conſenſu patris pſentis confeſſus fuit recepiſſe in ſocietatẽ à Sempronio abſente in Ciuitate Mediol. cõmoran. ſc. 500. per manus tñ Titij, cui reſeruata ſit facultas d. ſociet. diſdicendi fructus, & ſortem pricip. exigen. quietan. iura ceden. & peric. vitæ infra 15. dies prox. in ratificatione nominan. & iterum, &c. Cuius ſocietatis bonam fidem eidem Meuius recognouit Titius ſoluit pecunias Caio officiali retentis fructibus primi ſemeſtris, & infra 15. dies non nominauit periculum vitæ, & poſt annum aliter non diſdicta ſocietate idem Titius morte naturali, & non violenta deceſſit.

Caius officialis, & Meuius recognitor bonæ fidei prętendunt dictas pecunias fuiſſe ſuperlucratas propter obitum Titij reſeruatarij cum dicta clauſula, & interim, &c. Debeat intelligi de vita ipſius Titij reſeruatarij, qui contraxit, & pecunias exburſauit omnem diſpoſitionem ſocietatis ſibi reſeruando, & non Sempronij, qui de ſocietate nullam habebat notitiam.

Quæritur quid dicendum de iure ſuper themate antedicto: ſum in voto ſocietatem currere ſuper vita Titij reſeruatarij,& moueor

exem-

exemplo qui nomine, ac pecunia aliena emẽdo ſibi acquirere, & nõ alteri, qui ratũ non habuit, nec dederat mandatũ ad emendũ, quod maxime dicendum in hac materia, ne aperiatur via fraudibus.
Et ita ſentio ſaluo, &c. Ego Seraphinus Card. Oliuarius.

R.P.D. LANCELLOTTO.

Romana Societatis. Mercurij 10. Decembris 1597.

EPITOME.

HAbens facultatem ex pacto nominandi infra quindecim dies ſupra cuius vitæ periculo ſocietas ſubſtineatur, poteſt durante illo tempore quandocunque nominare licet tẽpore nominationis grauiter ægrotet, & non ſuperuiuat niſi per quatuor dies.

SVMMARIVM.

1 *Figuratio caſus.*
2 *Habens facultatem ex pacto nominandi, poteſt intra tempus quandocunque nominare.*
3 *Qui iuri ſuo vtitur nemini facit iniuriam.*
4 *Neque in eo dolus conſiderari poteſt.*
5 *Nec dicitur nominatio doloſa, & in fraudem, licet ſit facta à grauiter ægrotante.*
6 *Iudicio Medici recurrendum eſt an infirmitas ſit periculoſa.*
7 *Infirmitas veriſimiliter non creditur periculoſa, quando ægrotans non eſt confeſſus ſua peccata.*
8 *Non conſideratur fraus, quando nominatio ſit ab eo, qui non dubitat de morte.*
9 *Et in hoc attenditur potius eius opinio, quam veritas.*
10 *Infirmitas ſola licet periculoſa non eſt ſufficiens ad inducendam ſuſpicionem fraudis, niſi cum illa concurrant aliæ coniecturæ.*
11 *Imminentia mortis arguit potius deſiderium ſalutis, quam illius fraudis cogitationem.*
12 *Fraus, neque dolus probatur ex eo, quod nominatio fiat, ne pecuniæ ammittantur.*

1 QVod ſocietas fuerit ſuperlucrata ſtante nominatione facta intra quindecim dies, licet facta fuerit à dante pecunias ipſo tunc ægrotante die 14. Februarij, præſentis anni 1598. Inita fuit ſociet. ſcu. 2500. ad fauorem bon. mem.

R.P.D.

R.P.D.Ricci ſuper periculo vitæ perſonæ,ſeu perſonarum in ratificatione dictæ ſocietatis infra quindecim dies nominan.& interim periculo vitæ eiuſdem R.P.D. Ricci in forma.

Eadem die officialis mandauit dictas pecunias ſolui Domino Equiti de Creſcentijs, qui eas deinde recipit.

Die 21. eiuſdem menſis Riccius ratifican.ſocietatem nominauit periculum vitæ Eminentiſs. Card.Aldobrandini, & demum die 26. ex hac vita migraſſe.

Verũ,quia dubitatur an d.Eques talẽ ſocietatem lucratus fuiſſet, ex quo D.Riccius tẽpore nominationis grauiter ægrotabat,& poſt quatuor dies deceſsit,ita vt nominatio nõ ſuſtineretur tanquã facta in fraudẽ d. Equ. ideo dubio hmôi per me in Rota præpoſito DD. cẽſuerunt non eſſe locũ lucro pecuniarum:quia cum D. Riccius ex pacto haberet facultatẽ nominãdi infra 15.dies poterat,durante illo
2 tempore quandocunq. nominare,l.quod quis, ff de act.& oblig.l.ſti
3 pulatio iſta,§.inter certam,ff de ver.oblig.& qui iure ſuo vtitur nemini iniuriam facit,l.iniuriarũ, ff.de iniur. c. cum Eccleſia,de elect.
4 neq in eo dolus conſiderari poſſet,l.nullus,ff.de reg. iur. cum ſimil.
5 Nec obſtat,quod cum nominatio ab ipſo grauiter ęgrotante facta fuerit,dicatur facta dolo,& in fraudem d. Equ. per ea quæ tradũt Canoniſtæ in c.2.de renunt.lib.1.& Legiſtæ,in l.filiæ,ff.ſolut. matr. quoniam fuit reſponſum, quod nullus ex teſtibus deponit, quod d. Riccius dubitaſset de ſua ſalute, vel ſciret infirmitatem eſse pericu
6 loſam.Imò medicus,cuius iudicio recurren.eſse dicit.Ant.conſ.388 num 2.Præterea contrarium deponit, & tertius deponit ſe non credere,quod vnquam de tali periculo fuerit certioratus. Quod etiam
7 eſt valde veriſimile cum ante nominationem peccata ſua non fuerit confeſsus,& tamen ad hunc effectum deberet probari eius ſcientia;
8 nam cum nominatio ab ipſo facta fuerit,non poteſt cõſiderari fraus
9 ſi ipſe de morte non dubitabat,& in hoc attenditur potius eius opinio quam veritas,l.is qui putat,ff.de acquir. hæred. l. quo loco,§.1. vbi Imol.ff.de hæred.inſti.Aym.cõſ.88.n.15.&hoc videtur fuiſse de mente dd. in cauſa Rom.ſocietatis 20.Iun.1583,cor. Eminentiſs. Card. Blanchetto in contrarium allegata, vbi in fine fuit dictum quod licet de illa infirmitate D. Clariæ deceſserit,tamen conſtitit, quod tempore factæ nominationis ipſa non habebat infirmitatem pro tali, vt ita de facili potuiſset mori.
10 Secundo fuit dictum,quod ſola infirmitas periculoſa non eſt ſufficiens ad inducendam ſuſpicionem fraudis niſi cum illa concurrãt aliæ coniecturæ.Aegid.deciſ.344.Rot.in antiq.dec.2. de præſumpt: & ita loquuntur doct.in d.c.2.de renun.in 6.vt declarat ibi Gemin. ſub num 5.Io.Andr.in fin.Anchar.d conſ.388.n 3.Sarnen in reg.de infir.q.19 nu.3. Dec. in c.pręſentia,nu.209.de probat.& hanc eſse

com.

com. opin. teſtatur Pariſ. conſ. 13. num. 68. & conſ. 14. num. 35. & ſeq. vol. 1. Gabriel de legitimat. Conclus. 2. num. 59. Burſat. conſ. 40. num. 63. & 70. nam imminentia mortis arguit potius deſiderium ſalutis, quam illius fraudis cogitationem notant doct. in l. ſed, & quęſitum, ff. de lib. & poſthum.

11 Neque fraus probatur ex eo quod nominatio fuerit facta ne pecuniæ amitterentur, neque ex hoc poteſt allegari dolus eum facultas ſemper reſeruatur ad effectum ponendi pecunias in capite alterius de cuius longa vita magis confitendū ſit alias ſequeretur, quod neq; ab infirmo leui infirmitate poſſit fieri nominatio, cum etiam in illo caſu fiat ad hunc effectum, & tamē hoc ad omnibus admittitur.

12 Non obſtant deciſiones coram Eminentiſs. Blanchetto de annis 1582. & 1583. in cauſa Rom. ſocietatis, quia de illo tempore nominatio poterat fieri quandocunque, hodie vero cum ſit reſtricta ad 15. dies eſt diuerſa ratio, nam tunc poterat differri nominatio vſque ad periculum mortis, & ſic ceſſaret periculum, quod facit contractum licitum, quod hodie ceſſat ſtante breuiſſimo tempore 15. dierum, quæ elapſo, non poteſt amplius fieri nominatio.

VOTVM

EMINENTISS. D. CARD. SERAPHINI, tunc Rotæ Auditori.

EPITOME.

QVi non ſubiacet periculo mortis non poteſt lucrari fructus ſocietatis.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum duodecim pro centenario nulla alia ratione ſuſtinetur niſi propriæ mortis periculum, quo ceſſante contractus reſoluitur in mutuum.*

2 *Ex mutuo quicquid percipitur eſt fœneratitium.*

3 *Pactum reſolutiuum in contractu ſocietatis oppoſitum efficit ne officialis, & qui recognoſcit bonam fidem per obitum eius, ſub cuius periculo ſocietas ſuſtinetur ſuperlucrentur ſortem.*

4 *Ceſſante periculo amiſſionis ſortis ceſſat, & fructuum præſtatio.*

1 CErtū eſt eū, qui nō ſubiacet periculo mortis nō poſſe lucrari fructus ſociet. nō enim alia ratione ſuſtineri poteſt lucrum 12. pro centenario, quā propter mortis periculū, & ideo

& ideo eo ceſſante contractus reſoluitur in mutuum, & quicqui exinde percipitur eſt fœneratitium.

2 In Caſu propoſito propter pactum reſolutiuum in contractu ſocietatis certum eſt, neque officialem, neque Dominum Anibalem, qui recognouit bonam fidem potuiſſe lucrari ſortem per obitum Domin. Boetij Ciuitellæ, vt fuit reſolutum coram me in cauſa Romana 2000. quam deciſionem Rota in alijs cauſis ſequuta fuit.

3 Ceſſante itaque periculo amiſſionis ſortis, ceſſat etiam fructuum præſtatio: nam exigens tales fructus incideret in prauitatem vſurariam de iure punibilem, & deteſtandam; ſi fructus ſoluti fuiſſent, venirent computandi in diminutionem ſortis principalis.

4 Iure itaq; non poteſt dñs pecuniarum quicquam exigere pro fructibus ſi non ſubijcit periculum amiſſionis ſuarum pecuniarum in euentum mortis, & ſi aliter diceremus eſſet aperire viam vſurariæ prauitati, vt quis poſſet lucrari abſq; periculo amiſſionis ſuarũ pecuniarum. Hunc caſum hodie propoſui per modum conſultationis in Rota, & RR. D mei cenſuerunt fructus exigi non poſſe, & ſibi imputet pecuniarũ dñs ſi non ratificauit expreſſo ſocietatem cum illis fideiuſſoribus qui acceſſerũt verum, quia ſi exigeret fructus ſecundi ſemeſtris iure videretur facto ratificaſſe ſocietatem, & hoc caſu ſubiaceret periculo amiſſionis per mortem, & in conſequentiã poſſet etiam fructus exigere. Et ita de facto interrogatus ex ſententia dominorum meorum de iure reſpondendum cenſeo, &c.

DE CENSIBVS.
Cap. XXIV.

1 *Quid ſit cenſus, & quare inuentus.*
2 *Quare Pius V. nouum creandi modum inuenerit.*
3 *Quomodo cenſus huiuſmodi imponatur.*

1 CEnſus eſt onus quoddã, & ſeruitus de ſui natura perpetuus qui à dominis ſuper liberis fundis imponitur de cenſu illiuſq; differẽtijs, & qualitatib. multi tractauerũt, & propterea meũ non eſt in hoc cõpendioſo tractatu, ac praxis cauſarũ agendarũ norma, aliud, quam de illius forma, & inſtrumẽti executione pauca dicere. Fuit cenſus negociantiũ in curia vſui, & cõmoditati adaptatus, & pecunias neceſſitate vrgente tuta cõſciẽtia, & permittentibus Summis Pontificibus recipere valerent.

2 Verum, quia poſt traditam à ſel. rec. Martino Papa Quinto formam creſcente ſupra quam dici poſſit hominum malitia, plura illicita pacta, & conditiones in graue pauperum detrimentum creuerant ſel. mem. Pius, eius nominis Quintus Pontifex Maximus

mus, imo pijſſimus, atq; clementiſſimus; vt hos abuſus tolleret per ſuam conſtitutionem ſub datum Romæ apud S. Petrum, 14. Kalen. Februarij 1568. editum. cenſus ipſos ad certam limitatam formam redigit, & inter alia in ea decreuit, quod nullus deinceps cẽſus creari, & conſtitui poſſet, niſi in actu ſtipulationis contractus prompta, & præſens interueniret pecunia. Prẹterea, quod creetur ſuper fundo ſtabili, & de ſui natura fructifero, ac oneris cẽſus capace, & idoneo.
3 Ad hẹc, quod cẽſus ſolutio poſtpoſita, hoc eſt in fine ſemeſtris fiat, antiquo anticipatæ ſolutionis modo ſublato. Inſuper quod ementes cenſus oneribus, & euentibus fundi, pro eorum cenſus rata parte ſubiaceant. Conſtituit quoque quod liceret venditoribus quandocunque, etiam poſt quantumuis longiſſimi temporis lapſum pro pari pretio redimere, & alias, vt in dicta conſtitutione expreſſius apparet. Et quoniam huiuſmodi contractus formula per hanc conſtitutionem adeo innouata fuit, vt in innumeris ab antiquioribus differat formulam, qua poſt editam conſtitutionem vtimur magis cautam quam potui, inferius ponere non inutile fore ſum arbitratus.

DE FORMA INSTRVMENTI CENSVVM poſt Conſtitutionem Pij V. de illis creandis.

Cap. XXV.

1 *Formula inſtrumenti cenſus.*
2 *Solutio pretij in promptu.*
3 *Solutio cenſus finito ſemeſtri.*
4 *Donatio ſi cenſus plus valeret pretio.*
5 *Promiſſio de euictione.*
6 *Pactum, quod eueniente lite ad intimationem illius ſolemniter faciendam non teneatur.*
7 *Pactum de retrouendendo.*
8 *Confirmatio cum conſtitutione Pij V.*
9 *Promiſſio de faciendo accedere fideiuſſores.*
10 *Quando emptori cenſus pro illius pretij reſtitutione detur proceſſus executiuus.*

1 Dominus Auguſtinus N. ſpõte, &c. omnibus mel. modo, &c. in, & ſuper eius caſale A, nuncupato, &c. ſito in territorio Vrbis in partibus Latij, cui caſale N. prẹdiũ C. territoriũ caſtri S. & caſale M. circum circa caſale ipſum cõſiſtentia cohẹrẽt pro cõfinibus, ſaluis alijs, ſi qui ſint plures, aut veriores cõfines, & d. caſalis fructibus, redditibus, prouentibus, & pertinentijs vniuerſis conſtituit, creauit, & impoſuit annuum cenſum ſcutorum octo.

octoginta monetę iulijs decem pro computatis. Quē cenſum ita creatum, conſtitutum, & impoſitum vendidit, ac titulo perfectæ vēditionis, dedit, ceſſit, tranſtulit, & aſſignauit admodum nobili viro D. Vipereſco de Vipereſchis à Corneto præsēti eminenti, & ſtipulāti pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque. Ad ha-
2 bendum &c. Hanc autem annui cenſus creationem, conſtitutionem, & venditionem, ac omnia & ſingula in hoc inſtrumēto contenta D. Auguſtinus fecit, & facit erga D. Vipereſcum, pro pretio ſcutorum mille ſimilium, quæ in prompta, & numerata pecunia argentea in mei notarij, teſtiumq; infraſcriptorum præſentia à d. Vipereſco præſente, ac realiter, & cum effectu ſoluente habuit, recepit, & ad ſe traxit, de quibus ſic acceptis pro integro, & iuſto dicti cenſus pretio ſe contentum, & ſibi ſatisfactum vocauit, & eundem emptorem quietauit, abſoluit, & penitus liberauit; renunciando quibuſcunq; exceptionibus cum pacto de nunquam amplius pe-
3 tendo. Quem cenſum annuum promiſit ſoluere dicto emptori præſenti, &c, vt præfertur, ſtipulanti de ſemeſtri in ſemeſtre, & in fine cuiuslibet ſemeſtris proportionabiliter, & pro rata, in ſimili bona, & currenti moneta hic Romæ libere &c. alias ad damna om-
4 nia &c. teneri voluit, de quibus &c. Et ſi plus dicto pretio cenſus prædictus valeret, ſeu valere poſſet, totum illud plus condonauit, & remiſit irreuocabiliter d. emptori: quia ſic ex liberalitate ſua
5 ſibi facere placuit, & placet. Et promiſit d. Auguſtinus venditor dictum caſale ad ſe ſpectare, & pertinere pleno iure dominij, vel quaſi, & de ſui natura fructiferum eſſe, & capax dicti annui cenſus, & etiam maioris, & eſſe liberum, & exemptum ab omni alio cenſu, canone, reſpōſione, liuello, ac ab omni, & quocunq; fidei commiſſo purificato, vel purificando, & quibuſcunq; alijs oneribus impedientibus huius annui cenſus impoſitionem, vel quæ dicto emptori obſtare, vel præiudicare poſſint; Et non fuiſſe alicui venditum, datum, donatum, permutatum, diſtractum, aut alias vtcunque alienatum, alienationis etiam largiſſime ſumpto vocabulo, nec in totum, vel in parte quicquam factum fuiſſe quod aliquo modo reſpectu prioritatis, vel potioritatis hypothecæ, aut alias in toto, vel in parte poſſit eſſe in præiudicium huius contractus, & dicti emptoris, & quod nihil fiet in futurum. Et promiſit etiam hanc cenſus impoſitionem, & venditionem, eſſe bene, & valide factas, & in eas tanquam tales facere conſentire omnem perſonam &c. ius haben. aut habere prætendentes in & ſuper dicto caſali, & cenſu ad omnem ſimplicem etiam extraiudicialem requiſitionem, aut interpellationem per d. emptorem, aut eius hæredes, & ſucceſſores, vel cauſam, & ius ab eo habentes faciendam. Pręterea ſuſcipere in ſe omnem litem, cauſam, controuerſiam, & moleſtiam in omni

iudicio petitorio,& poſſeſsorio,& in quacunque inſtantia,& parte iudicij,ſi quæ moueantur ſuper dicto annuo cenſu,ſeu caſali,& ſuſceptas proſequi, & terminare cum ſuis procuratoribus, & aduocatis, & abſq. ſumptibus,cura,interuentu,labore,& impenſa d. emptoris eiusq hæredum & ſucceſſorum . Amplius promiſit eundem emptorem,eiusq. ſucceſſores in dicto annuo cenſu, illiuſq. pacifica perceptione conſeruare ,& ſemper defendere, & liberare ab omni lite,cauſa,controuerſia,moleſtia,ac moleſtante perſona,alias tenere voluit,& ſe obligauit ad omnem euictionem generalem, & particularem dicti cenſus annui in forma iuris valida,& in Vrbe conſueta,tam in petitorio, quam poſſeſsorio, & quouis eorum inſolidum , ergo d. emptorem,&ad omnia damna,impenſas, & intereſſe,ſi quæ dictus emptor,vel ſui hæredes,& ſucceſſores ob dictas lites, moleſtias,vel euictionem paterentur , ita quod ſub prætextu, quod per in curiam,iniuſtitiam,nullitatem,aut imprudentiam iudicantium talis euictio ſequuta fuerit , uenditor prædictus,illiuſq. imposterum hæredes,& ſucceſſores nullo modo valeant ſe excuſare,vel tueri. Con-
6 uenerunt inſuper ijdem contrahentes, quod omnibus , & ſingulis præmiſſis,& in præſenti inſtrumento contentis , dictus D.emptor, non teneatur ad aliquam ſolemnem intimationem litis faciendam, ſed quæcunq.ſimplex notificatio, etiam extraiudicialis , & ſine aliqua ſolemnitate, & forma iuris, ſiue ſtatutorum adhibita, ſeruata, vel non ſeruata, ipſi venditori,vel alicui ex infradicendis fideiuſſoribus,aut alicuius ipſorum hæredidus, & ſucceſſoribus facta ſufficiat, abſque vlla penitus notificatione per d.emptorem ſuoſque hæredes , & ſucceſſores quomodolibet in futurum in iudicio, vel extra faciendam:quia ſic actum,&c .Item conſenſit venditor, & ita conuenit,quod, & quotieſcunq. ipſe venditor , eiuſque ſucceſſores,& ſi fideiuſſores ceſſauerint in ſolutionem dicti annui cenſus de ſemeſtri in ſemeſtre,vt ſupra facienda , ſit in arbitro , & liceat eidem emptori , eiusq. ſucceſſoribus agere,& experiri pro conſequendis terminis dicti annui cenſus,tam contra dictum venditorem,& fideiuſſores inſolidum,eorumq. hæredes,& ſucceſſores , quā contra conductores colonos,ac omnes, & ſingulos dictum caſale pro tempore tenentes,& quoſcunq ipſius venditoris debitores ex quauis cauſa,præſentes, & futuros, ita tamen, quod vna uia electa ex parte emptoris, & ſuorum,nunquam eius præiudicetur, quin ad alteram redire poſſint, vel vtraque eodem tempore experiri , vt ſatisfactionem conſequantur. Quinimo liceat etiam emptori, & ſuis variare ſemper, vſque ad conſequutionem terminorum decurſorum,& non ſolutorum. Ad quæ præmiſſa peragendum idem venditor conſtituit,& fecit d. emptorem,eiuſq. ſucceſſores procuratores irreuocabiles , vt in rem propriam cum iuramento, & facultate

te, omnes, & quoſcunq; opus fuerit quietandi, de pecunijs exigen dis in concurrenti ſumma cenſuum decurſorum, etiam iura, & actiones in fauorem ſoluentium trãsferendi, & cum clauſulis ad lites facultate ſubſtituendi, & ſequeſtrandi, & alijs clauſulis, & facultatibus in ſimilibus mandatis poni ſolitis, & quomodolibet opportunis.
7 Declarantes vlterius, & conuenientes prædicti contrahentes, quod licet dicto venditori, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus; ac etiam fideiuſſoribus infraſcriptis, & eorum cuilibet inſolidum, ſemper, & quandocunque voluerint in perpetuum, etiam non obſtante longiſſimi temporis, centum, & plurium annorum præſcriptione, dictum cenſum ſcutorum octuaginta, pro eodem pretio ſcutorum mille in numerata pecunia hic Romæ liberè, & in ſimili ſpecie vna cum cenſibus in illum vſque diem decurſis, & non ſolutis reſtituto redimere, & extinguere, & dictus emptor, ſuique hæredes, & ſucceſſores retrouendere teneantur, præcedente tamen intimatione, ſeu denunciatione per duos menſes ante redemptionem ex parte venditoris facienda, iuxta formam Conſtitutionis fel. rec. Pij Papę V. de modo creandi cenſus, promulgatæ ſub Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1568.
8 xiv. Kal. Februar. Et denique contrahentes voluerunt, & conuenerunt ſeruari hinc inde omnes conditiones, & requiſita dictæ conſtitutionis, & omnia, quæ Conſtitutio huiuſmodi requirit, pro appoſitis haberi. Sed quatenus ex præmiſſis, vel infra dicendis ab ipſa Conſtitutione omittendo vel faciendo, quouis modo receſſum fore dici, aut dubitari poſſit, declararunt, & conuenerunt etiam, ad tollendum penitus omne dubium, & pro validitate contractus, haberi pro appoſitis omnia, quæ apponenda ſunt, & pro non appoſitis, non apponenda. Redigentes totum contractum, & contenta in eo ad verum ſenſum, & diſpoſitionem dictæ Conſtitutionis: quia contrahentium intentio fuit, & eſt in omni clauſula, & parte huius contractus, cum eadem Conſtitutione ſe conformandi, & ſic, & non alio modo contraxerunt.
9 Poſtremo, vt dicto emptori magis cautum ſit, promiſit D. Auguſtinus venditor huiuſmodi impoſitioni, creationi, & venditioni annui cenſus, tam pro illus ſolutione de ſemeſtri in ſemeſtre, vt ſupra, facienda in perpetuum durante cenſu, conſenſu præſtando, lite, & cauſa quacunque ſuſcipienda, & proſequenda, validitate huiuſmodi impſitionis, venditionis cenſus, & pro quacunque euictione, & in omni iudicio petitorio, & poſſeſſorio inſolidum, quam pro omnibus, & ſingulis in præſenti Inſtrumento contentis vti principales, principaliter, & inſolidum acceſſuros D. N. & N. quos ita acceſſures, & promiſſuros habentes me notario &c. ſtipulante promiſit releuare indemnes, & penitus ſine damno conſeruare; ita quod nul-

lum propterea damnum, aut moleſtiam patientur, alias ad omnia damna, etc. teneri voluit, de quibus, etc. Et in euentum mortis, aut mutationis conditionis in deterius, aut receſſus ab Vrbe dictorum fideiuſſorum, vel aliorum pro tempore in hoc cenſu obligandorum ſeu alterius eorum, promiſit ſemper, ac toties quoties aliquis ex dictis caſibus, tam in vno, quam in pluribus ex fideiuſſoribus obligatis, tam eodem, quam diuerſo tempore cōtingerit, ſtatim obligare, ſubrogari facere alium, ſeu alios ęque idoneos fideiuſſores, ad ſatiſfactionem emptoris, ſeu eius hęredum, & ſucceſſorum, ne vnquam tractu temporis emptor, vel ſui contingentia euentuum prædictorū in eorum cautelis, et actionibus tam realibus, quam perſonalibus deteriores efficiantur: firmis tamen remanentibus ſemper obligationibus talium fideiuſſorum quocunque modo pro tempore deficientium, ita vt quęcunque obligationes ſubrogandę ſemper cumulatiue, iuraque iuribus, et cautelas cautelis emptori, et ſuis accreſcere intelligantur declaratione adiecta, quod in euentum mortis hæredes fideiuſſoris defuncti poſſint ſeſe loco illius obligare, dummodo eo tempore defuncti hæredis conditio deteriorata non appareat: Quia ſic actū, etc. Pro qui bus, etc. extende obligationē cameralē in forma poterunt fideiuſſores poſt ſupradicti contractus ſtipulationem obligationi huiuſmodi quandocunque accedere, qui à notario de contractu prædicto, ac omnibus in ea contentis certiores reddētur. Hæc de cenſibus dicta ſufficiāt. Reliqua habes per recentiores qui ſatis copioſa in hoc ſcripſerunt ad quos in facti contingentia recurre, et tantum non inutile viſum fuit infraſcriptæ rotales deci-
10 ſiones addere, quibus etiam cenſui adden. in 3. p. tract Boccac. de cenſib. ſub nu. 38. ſi non profeſſis ſaltim tyronibus profitura, quod in caſu ibi relato, datur emptori cenſui proceſſus exequutiuus contra venditorem cenſus ex ſtipulatu pro reſtitutione pretij, vbi in illius contractu partes conueniunt debere ſeruari omnes qualitates traditę in Motuproprio Pij V. circa reſtitutionem pretij intra annū computandum à die factę diſdictę venditoris ex illis verbis: pro quibus omnibus, et ſingulis obſeruandis contrahentes ſeſe in forma Cameræ Apoſtolicę obligarunt, vt in ſupradicta forma contractus cenſus videre eſt.

DECISIONES ROTAE

In materia Cenſus.

R.P.D. DECANO.

Romana Cenſus Turris Bubalariæ, Lunæ 7. Nouembr. 1575.

EPI-

EPITOME.

PActum appoſitum in contractu cenſus, quod venditor teneatur infra quatuor annos in totum redimere cenſum vitiat contractum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum appoſitum in contractu, quod vult, vt venditor teneatur infra certũ tempus in totũ redimere cenſum vitiat contractũ cẽſus.*
2 *Ratio ibi aſſignatur.*
3 *Remota ſubſtantia remouetur, & actus.*
4 *Conſenſus requiritur pro ſubſtantia actus alias contractus cenſus redditur eluſorius.*
5 *Pactum, quod venditor teneatur infra certũ tempus in totũ redimere cenſum demonſtrat contrahentes voluiſſe conſtituere potius cõtractũ pignoris, & fœneratitium à iure reprobatum, quam cẽſus.*
6 *Pactum vbi non ſunt contra ſubſtantiam, ſed circa accidentia, tunc quamuis ſint illicita vitiantur, & non vitiant; quia non deficit conſenſus circa ſubſtantiam.*
7 *Intellectus ad l. cum precario, de precar.*

1 QVit reſolutum pactum appoſitum in contractu cẽſus, ꝙ vult vt venditor teneatur infra quatuor annos in totum redimere cenſum vitiare contractum cenſus per reg. in cap. fi. de condit. appoſit. cum ibi notat. l. per ſeruum, § fin. de vſu, & habit. Bald. in l. ſi pater de adopt. Bartol. in l. 2. n. 7. C. de iur. emphit. Doct.
2 in authent. ingreſſi, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & huius concluſionis inter cæteras potiſſima ratio eſt illa, quam tradit Bald. in cap. primo, §. fin. num. 7. per quos fiat inueſtit. Quia pactum, hoc ipſo
3 contractu cenſus appoſitum tendit ad perimendum ipſum actum, cum ſit contra ipſius actus ſubſtantiam. Qua remota remouetur ipſe actus. Abb. in dicto § fin. num. 4. deficit enim conſenſus, qui
4 requiritur pro ſubſtantia ipſius actus, adeo quod videtur, vel quod partes voluerint facere actum eluſorium, l. an inutilis in principio de acceptil. vel quod voluerint in aliam ſpeciem contractus con-
5 ſentire in caſu propoſito, in quo potius videtur, quod voluerint contractum pignoris; & fœneratitium à iure reprobatum conſtituere, vt per Laurent. de Redulph. in tractatu de Vſuris part. 2. queſt. 61. Guid. Pap. ſingul. 477. cum alijs per informantes allega-
6 tis; vbi vero pacta non ſunt contra ſubſtantiam, ſed circa accidentia, tunc quamuis ſint illicita vitiantur, & non vitiant, conſen-

 ſus

ſus enim circa ſubſtantiam non defecit. Non obſtat text. in l. cum
7 præcario de præcar. Tum quia illud eſt potius contra naturalia contractus, quam contra ſubſtantiam, vt multi ex doct. tenuerunt, tum quia non procedit vbi pactum facit, vt contractus in aliam ſpeciem tranſeat, qui eſt caſus noſter, ita poſt Cart. in l. ſi ita donatur de donat. cauſ. mort. ſcriben. tradunt in d. Auth. ingreſſi, Dec. conſ. 94. num. 293. in fin. Cagnol. in l. contractus num. 7. de reg. iur.

R. P. D. PAMPHILIO.

Romana Cenſus, 29. Nouembris 1593.

EPITOME.

FRuctus non debentur ob retardatam ſolutionem quando non concurrunt requiſita tradita ad Paul. de Caſtr. in l. 3. ff. de eo, quod certo loco.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non debentur ob retardatam ſolutionem, quando non concurrunt requiſita, tradita à Paul. de Caſtr.*
2 *Fructus non debentur à die ſuſcepti mandati pro reſtitutione ſortis principalis.*
3 *Incompatibilia ſunt, quod cenſus duret, & ſit in arbitrio emptoris repetere ſortem principalem quando vult.*
4 *Venditori licet ſit licita redemptio cenſus emptori, tamen eſt probibita iuxta Conſtitut. Calixti, & Pij.*
5 *Cenſus ſtatim reſoluitur poſt relaxatum mandatum.*
6 *Mandatum Iudicis reputatur factum partis.*
7 *Cenſus pro parte non poteſt extingui vna parte inuita.*
8 *Contractus cenſus reputatur indiuiduus, & reſolutus ex relaxatione mandati pro tota ſumma.*

1 DVit reſolutũ nõ deberi fructus D. Magdalenæ: quia, aut illos prætẽdunt rõne intereſſe ob retardatã ſolutionẽ, & nõ cõcurrunt requiſita, tradita à Paul. de Caſtr. in l. 3 ff. de eo ꝙ certo loco, quem ſequitur Rota, vt per Mohed. dec. 103. & 288. cũ vulg.
2 Aut ratione cenſus, & minus debentur; quia à die quo ob non adimpletas conditiones Magdalena ſuſcepit mandatum pro reſtitutione ſortis principalis ipſa ſors ceſſit in debitum, ita vt vltra eam non potuerint peti aliqui fructus citra vitium vſuræ, c. pleriq. cũ ſequen. 14. q. 3. Laur. de Rodulf. de vſur. vſura prima, n. 1. Couar. lib. 3.
var.

3 var.reſol.c.1.ſub n.1. nec enim adinuicem compatiuntur, quod cenſus duret,& ſit in arbitrio emptoris repetere ſortem principalem, quãdo velit, quia licet venditori cenſus ſit licita illius redemptio iuxta
4 Conſtitutiones Calixti, & Pij emptori, tamen eſt omnino prohibita,cũ alias eſſet certus de lucro,Sot.de iuſt. & iur. lib.6. q.3. in prima concl.late Corrad.de contract.q.8 9. in ſecunda concl. Cou.lib. 3.var.reſol.c.50.n 4. & quod pactum nõ ſit deductum in ſtipulatione,dummodo emptor aliunde ſit ſecurus,Summ.Ant.2 p.c.8. §.24.
5 circa finẽ, & ideo cum poſt relaxatum mãdatum fuerit in facultate Magdalenę repetere pecunias quando vellet, cenſus fuit ſtatim reſolutus,etiam quod non currat actus retrouendendi; quia res deue-
6 nit ad caſum à quo incipere non potuit, maxime ſtãte mandato Iudicis,cuius factum reputatur factũ partis,l.ſi ob cauſam, ff.de euict. & ceſſat difficultas ex quo oſtẽdit ipſum voluiſſe,vti hac facultate, & extendiſſe cenſum nõ ſolum pro rata pecuniarum habitarum ſed
7 etiam pro tota ſumma cum alias parte inuita non potuiſſet cenſus extingui pro parte l.tutor,& l.lutius de vſur Iaſ.poſt alios in l. quædam n.4. ff. ſi cert. pet. Vltra quod concurrit relaxatio mandati pro tota sũma,quę facit ex veriſimili mente Iudicis, & dictę Magdalenæ contractus habitus fuerit pro indiuiduo, & in totũ reſolutus ad l.Dec.ff.de arb. Bart.in l.græce, §.illud, ſub n.4. de fideiuſs. Alciat. in l.1.§.ſed ſimiliter in repet.n.6.de verb.oblig Pariſ. conſ.12. n.74. lib. 1.Aym.conſ.170. n.6 nec aliud facit, quod Marinus promiſerit ſoluere fructus pro duobus tertijs; quia eius promiſſio ſtantibus ſupradictis fuit inualida maxime cum ſit facta poſt translatũ onus cẽſus in dictum Valerium, cum quo ſeruatis ſeruandis erat creandus nouus cenſus pro licite habendis fructibus.

R. P. D. LITTA.

Romana Saluiani interdicti, 23. Iunij 1600.

EPITOME.

AD hoc vt cenſus ineſſe deductus extinguatur, requiritur actus retroſimilis.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus ad hoc vt extinguatur,requiritur actus retroſimilis.*
2 *Requiritur etiam vltra conſenſum partium,pretij traditio.*
3 *Non dicitur extinctus,licet fuerit relaxatum mandatum pro reſtitutione ſortis principalis loco damnorum,& intereſſe.*

4 *Secus ſi fuit proceſſum ad actualem reſtitutionem ipſius ſortis, ſeu partis vltra relaxationem mandati.*

5 *Venditor Cenſus, qui reſtituit emptori partem pretij videtur recedere voluiſſe à conſenſu.*

6 *Non eſt in poteſtate emptoris repetere ſortem principalem, vel partem cenſus.*

7 *Actus non debet operari vltra intentionem agentis.*

1 Vit reſolutum cenſum nõ fuiſſe extinctum; quia vt extinguatur cenſus in eſſe deductus, & perfectus requiritur actus retroſimilis l. 1. C. quãdo liceat ab empt. diſced. & tenuit Rota in vna Romana cenſus apothecarum 28. Iun. 1578. coram bon. mem Card. Lancellotto in Romana cenſus 3. Iul. 1586. coram Bubalo, & in alia Romana cenſus 3. Maij 1596. coram Penia, qui actus retroſimilis, cum non interuenerit in iſto caſu. Ideo, &c.

2 Et quod actus retroſimilis conſtitutioni non interuenerit, ex eo clare apparet, quod nunquam fuit deuentum ad reſtitutionem pretij cenſus, cuius pretij traditio vltra conſenſum partium, ſicut debuit interuenire pro perfectione conſtitutionis cenſus ad text. in l. pretium inſtit. de empt. & vendit. in l. 2. §. 1. & 12. l. pacta conuenta, ff. eod. & expreſſe cauetur conſtitutione Pij V. de cenſibus, ita etiam reſtitutio illius fuit neceſſaria pro integra ſolutione d. cenſus d. l. 1. C. quando licet ab empt. diſced.

3 Nec obſtare dixerunt Domini, quod fuit relaxatum mandatum, etiam pro reſtitutione ſortis principalis loco damnorum, & intereſſe, & quod factum iudicis factum partis reputetur: quia fuit reſpõſum, quod per hoc non ſequitur, quod emptori cenſus fuerit reſtitutum pretium, quæ tamen reſtitutio, fuit vt dictum eſt neceſſaria pro diſſolutione dicti cenſus.

4 Nec obſtat deciſio alias facta in illa Romana cẽſus coram R. P. D. meo Pamphilio; quia in eo caſu non tantum fuerat relaxatum mandatum pro fructibus, & reſtitutione ſortis principalis, ſed vlterius fuerat proceſſum ad actualem reſtitutionem ipſius ſortis, ſeu partis illius, quo fit, vt iure merito pro extinctione eo in caſu fuerit pronunciatum; tum ratione indiuiduitatis ipſius cenſus, & pretij eiuſdem, tum etiam quia venditor cenſus, quem reſtituit emptori pre-

5 tium, ſeu partem illius in neceſſarium antecedens recedere voluiſſe videtur à dicto conſenſu ad tex. in l. illud, ff. de acquir. hæred. in l. ad rem mobilem, & in l. ad legatum, ff. de procur. Et ad illud motiuum deductum per informantes pro D. Septimio, quod etiam procurator D. Marci Lepidi in executione ſupradicti mandati relaxati pro fructibus, & ſorte principali receperit ſcuta 293. fuit reſponſum ceſſiſſe in cauſam fructuum d. cenſus [illegible] decurſorum, & non in cauſam

ſortis

ſortis principalis ad quam reſtituendam venditor cenſus data perfectione ipſius cenſus compelli minime poteſt obſtan. conſtitutionibus Martini, & Pij V de cenſibus, ex quorum lectura clare cõſtat
6 non eſſe in poteſtate ipſius emptoris repetere ſortem principalem ipſam, aut partem illius.
7 Et quod tollere videtur omnem difficultatem in iſto caſu eſt declaratio quam ipſa, & adhuc integra fuerunt, quod ſcilicet mens eorum nunquam fuit recedere à dicto contractu cenſus, imo voluiſſe, & velle illum producere in ſuo eſſe, & clarum eſt actus agentium operari non debere vltra eorum intentionem iuribus vulgaribus.

Ad illud vero, quod cenſus ipſe non potuerit valide conſtitui ſuper Palatio ſubiecto perpetuo fideicommiſſo, expreſſæq; prohibito alienari alienationis etiam late ſumpto vocabulo, fuit reſponſum non eſſe præſentis inſpectionis. Ex quo dum agitur de extinctione, & non extinctione ob cuius auctus ipſe præſupponi debeat, cum non entis nullæ ſint qualitates, & partes, &c.

R. P. D. IVSTO.

Anconitana Bonorum. Lunę 16. Febr. 1604.

EPITOME.

AD extinctionem cenſus requiruntur legitima diſdicta, oblatio, & depoſitum.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus non eſt extinctus, niſi conſtet de legitima diſdicta.*
2 *Tutor conſtitutus ad certum actum tantum non poteſt cætera expedire, & conſequenter, nec citari ad ea expedienda.*
3 *Diſdicta requiritur alias cenſus remanet integer.*
4 *Tutor licet non ſatis dederit nec adimpleuerit ſolemnia: nihil ominus per eum geſta remanet valida.*
5 *Filijs habentibus matrẽ in tutricẽ nõ poteſt dari tutor, ſed curator.*
6 *Conſtitutio tutoris durante excuſatione matris eſt valida, maxime concurrente decreto Iudicis.*
7 *Citatio debet præcedere depoſitum ad hoc, vt cenſus extinguatur.*
8 *Nuncio, & Notario referentibus adeſſe citationem creditur.*
9 *Emptor cenſus non poteſt cogere venditorem poſt bimeſtre, niſi facta noua diſdicta.*
10 *Circa modum faciendi diſdictam nulla eſt data forma.*
11 *Decretum factum in exequutionem diſdicta habet vim extinctionis*

nis cenſus ex actu retroſimili.
12 *Confeſſio in dopoſito numerationem probat.*
13 *Depoſitum non integrum nullius eſt effectus.*

1 DVbium fuit propoſitum, die Lunæ 12. Ianu. proximè preteriti informantibus ſolum hæredibus bon.mem. Archiepiſcopi Terantini filij q. Petri de Leonibus in quorũ fauorem DD.tunc intellexerunt cenſum non eſſe extinctũ, & nihilominus poſtea auditis informantib.pro D.Io Baptiſta mãdarunt mihi, vt iterũ cauſã proponere cum informatione vtriuſq; partis non aliter extenſa decif Vnde iterũ propoſui cauſam hac die 16. Feb.1604 & à DD.contrariũ fuit deciſu.n,videlicet cõſtare de extinctione cenſus,de quo agitur, & primo dubitatũ fuit circa diſdictã cenſus,quam informantes pro dd hæredibus dicebant nõ eſſe legiti-
2 me exequutam; quia Franciſcus de Alleis cui fuit facta diſdicta erat conſtitutus tutor ad certum actum tantum. Vnde nõ poterat cætera expedire,& conſequenter nec etiam citari ad ea expedienda, ad tradita per Affl.dec.256.in fi.cum alijs adduct.& ita cum diſdicta ſit requiſita à Conſtit.Pij V.ſuper forma creandi cenſus ea deficiente
3 cẽſus remanet integer.Quod tamẽ DD.nõ approbauerũt,quoniam tam ex petitione Lauiniæ matris,& tunc tutricis ad quam Iudex ſe retulit in decreto;quia ex acceptatione Franciſci apparet, quod cõſtitutio fuit generalis durante excuſatione matris, quæ ſuper bonis q.Petri ſui viri volebat ſibi ſatisfieri de eius dotibus citata legitima perſona pro filijs minoribus,& infantibus, & hoc viſum fuit magis attenden.quam illa verba poſita in inſtrumento ad ſupradicta peragendum,ꝙ etiã obſeruantia declarauit,ſi quidem Frãciſcus vere ſe geſſit pro tutore adiuit hæreditatem confecit inuentariũ,obtinuit à
4 Iudice licentiã vendendi mobilia pro ſoluẽdis debitis fuit conuentus, vt tutor ſimpliciter donec ſequuto eius obitu, vel alio impedimento Lauinia mater 27.Ap.1591.reaſſumpſit tutelam,& obtinuit à Iudice illã ſibi decerni, & licet nõ ſatis dederit, & nõ adimpleuerit ſolemnia;nihilominus geſta remanent valida, vt fuit ſæpe deciſũ.
5 Neque intrat in hoc caſu regula quod his hæredibus habentibus matrem in tutricem non poterat dari tutor,ſed curator, & quod tutor non datur ad certum tempus, quoniam imo conſtitutio tutoris
6 durante excuſatione matris eſt valida maxime concurrẽte decreto Iudicis, l.1. & ibi gloſ. & alij, C. in quibus cau. tut. vel curat.hab. vbi videatur. Cuiac. in §. allegans alias leges, Corn. conſ. 17. ſub num.26.lib.2. dicens. In hoc caſu, quod durante impedimento matris eſt locus datiuo, donec mater reaſſumat tutelam.
7 Secundo,circa oblationẽ,& depoſitũ factũ in vim huiuſmodi diſdictæ duo opponebantur; primo quia non præceſſit citatio, & intimatio

natio fuit facta alteri perſonę non legitimæ, ſcilicet quidam Io. Ferrantino de cuius facultate nec etiam conſtat, qua mediante potuerit recipere pretiũm redemptionis cenſus, & ſic depoſitum eſt nullũ Doct. in l. acceptam, C. de vſur. Alex. poſt alios in l. ſi mora n. 6. ff. ſolut. matr. Anch. conſ. 86. n. 3. in fin. Rol. conſ. 61. n. 31. lib. 1.

8 Huic obiectioni reſponderunt DD. ꝙ imo cõſtat de citatione facta Ferrantino in Summ. D. Io. Bapt. num. 14. nec placuit ꝙ dicebatur de actu citationis non conſtare, nam notarius refert citationem nuncij in cedula quã facto exibuit, & produxit, & in hoc cõueniũt nuncius, & notarius, cui creditur Cyn. in l. ſi quis decurio, C. de falſ. & deinde eidẽ Ferrantino fuit facta intimatio, cuius perſona erat ſatis legitima, quia erat deputatus à Lauinia matre poſtquã reaſſumpſerat onus tutelæ, vt cõſtat publico inſtrumẽto exhibito, quæ erat tutrix filiorũ, non ſolum reſpectu hęreditatis patrui, ſed etiã reſpectu hæreditatis patris, & verum videtur, quod, vel non ſit ſolum cõſtitutus procurator ad lites, ſtantibus clauſulis cæteratis in mãdato vel ſatis eſt, quod huiuſmodi reſtitutio prætij cenſus, & depoſitum fuerit infra annum approbatum ab ipſa Lauinia, vt patet inferius, & durante anno à diſdicta emptor cenſus poteſt pecunias recuperare, cuius emptoris vices ſuſtinebat Lauinia mater, & tutrix.

9 Secũdo opponebatur, ꝙ oblatio, & depoſitum factũ fuit poſt bimeſtre à die diſdictę, quę fuit facta Franciſco ſub die 9. Ap. & depoſitum 1. Iul. ſubſequen pro quo caſu quicquid dicendum ſit de vẽditore cenſus, qui poteſt recuperare etiã ab inuito infra annum, tamen emptor cenſus non poteſt cogere venditorem poſt bimeſtre, niſi facta noua diſdicta, vt habetur in Conſtit. Pij V. §. cum vero, & facit Anchar. in conſ. 86. incip. Pro faciliori n. 5. Cui motiuo omiſſa hac diſputationis nouæ diſdictæ DD. ſatis fecerũt in effectu; quia in hoc caſu adeſt citatio contra Ferrantinum actorẽ ad lites, quæ habet vim nouę diſdictæ, vt in terminis fuit deciſum in vna Romana cenſus 13. Iun. 1582. corã S. D. N & ibi fuit dictũ, ꝙ licet ex bulla

10 requiratur diſdicta, tamẽ circa modum diſdictam faciendi, nulla eſt data forma, & ſufficit, ꝙ talia exprimantur, ex quibus appareat venditorem cenſus redimere velle, & ibi aderat citatio ad recipiendum ſortem principalem cũ fructibus, & in hoc caſu à die citationis, quę fuit 22. Iun. 1591. fuit factum depoſitũ infra bimeſtre, ſcilicet 1. Iulij ſubſequentis incontanti penes Nappum à Iudice deputatum, & Iudex mandauit intimari, & fuit facta intimatio 4. die eiuſdem mẽſis, necnõ depoſitum ex mandato Iudicis in vim diſdictæ, in qua dicebatur, quod pecuniæ deponantur, & amplius fructus non currant, quæ, & ſi nõ ſunt repetita in decreto depoſiti, ſufficit ꝙ decretũ ſic

11 factũ in executionẽ diſdictæ, & ita habet vim extinctionis cẽſus ex actu retro ſimili ſecundũ terminos, l. ab emptione, ff. de pac. vbi doct.

Rota

Rota coram Litta in illa Romana Saluiani interdicti 23.Iun.1600
12 Neque præmiſſis obſtat dicere, quod depoſitum non fuit actuale quia confeſſio in depoſito numerationem probat, vt in his terminis fuit dictum coram me in Romana cenſus Lunæ 9. Aprilis 1601.
13 Nec etiam quod non fuerit integrum, & ideo nullius effectus, l. obſignatione, C. de ſolut. Curt. Iun. conſ. 28. nu. 2. cum alijs alleg. quia conſtat de contrario ex alio inſtrumento extinctionis alterius partis cenſus ſub die 12. Febr. 1587.

Et demũ DD. exiſtimarunt ceſſare omnes difficultates propoſitas ex ſubſequenti ratificatione Lauiniæ matris, & tutricis; quia facto prędicto depoſito penes Nappum, Lauinia inſtetit pro cõſignatione pecuniarum depoſitarum, vt ex ipſis ſibi ſatisfieret de ſuis dotibus producendo inſtrumentum depoſiti coram Gubernatore Anconæ, licet nõ obtinuerit ea ratione; quia pecuniæ depoſitatæ erant inueſtiendæ pro cautione Sanctiſs. Domus Lauretanæ, & cum Io Baptiſta Arca tam ſui crediti ratione dotalis contra hęredes Petri, quam ratione cuiuſdam ceſſionis habitæ à Camera Apoſtolica pro prætenſis ſpolijs egiſſet contra depoſitarium, ſeu contra hæredes, vel eorum procuratorem, & obtinuiſſet mandatum, nihilominus Illuſtriſſimus Protector Domus Lauretanæ curauit, quod ex eiſdem pecunijs depoſitatis in pecunia numerata emeretur cẽſus ab equite Bartholomæo Fanello fratre Lauinię, & huius cẽſus datur inſtrumentum publicum celebratum ſub die 24 Iul. 1593. & quicquid de iſto cenſu approbatus eſt à Lauinia, quæ recepit fructus quos recuperauit mediãte lite ab Arca, qui exegerat à Fanello cum cautione de reſtituendo, & reſtituit Lauiniæ vti anteriori creditrici pro ſua dote, & ipſe Fanellus ſoluit cum intentione repetendi ſummam ſolutam, vna cum damnis ab eodem Arca, & fideiuſſore tanquam creditor q. Petri Leonis anterior ipſo Arca, ita vt ſi in extinctione cẽſus D. Triumphi adeſt aliquis defectus, quem non videbant Domini ſatis ſuppletur ex poſtea geſtis per Lauiniam matrem, & tutricem.

Non obſtat, quod omnia dicantur à Lauinia geſta vti creditrice ſuæ dotis, non autem vti tutrice; quia neceſſario adeſt implicita ratificatio etiam vti à tutrice cum agere non potuerit contra iſtas pecunias vti ſpectantes ad filios ſuos hęredes, niſi antecedente ratificatione extinctionis cenſus, à qua pecuniæ proueniebant in filios ſuos hæredes q. Petri patris, pro qua extinctione ita intendebant agentes pro matre, vt interim non curarent pecunias depoſitatas inueſtire, & minores remanere ſine fructibus pecuniarum quas habebant pro pecunijs eorundem minorum.

Neque faciunt cõditiones, quibus factum eſt depoſitum, ſcilicet vt pecuniæ inueſtirentur, quoniam hoc continebatur in decreto, & erat faciendum inueſtimentum ex pacto, vnde iſtæ conditiones in-

trin-

trinſecę non vitiant. Doctor in l. acceptam, C. de vſur.

Ex quibus concluſum fuit conſtare de valida diſdicta oblatione, et depſito, et de extinctione cenſus DD. de Triumphis, etc.

DE EXEQVVTIONE ANTIQVARVM CAMERALIVM poſt editam à Pio V. tribunalis A. C. reformationem. Cap. XXVI.

1 *Nulla prauia citatione ad partes ad exequutionem inſtrumentorum ante Pij Quinti reformationem extra curiam celebratorum proceditur.*

2 *Si mutata eſt debitoris, vel creditoris perſona citatio exequutionẽ neceſſario præcedit.*

3 *Hac citatio etiam dimiſſa copia domi hæredum exequuta ſufficit.*

4 *Ad exequutionem inſtrumentorum Romæ ante Pij V. reformationẽ confectorum quo pacto procedatur.*

1 QVia tẽpore reformationis tribunalis A. C à Pio V. editę multa, ſecũdũ priorem formam, tã in Vrbe quã extra reperiebãtur celebrata inſtrumẽta, dubiũ quõ in illis procedendũ eſſet, oriebatur, Demũ ex voto congregationis DD. reformatorũ ſtatutũ fuit, ꝙ ad exequutionẽ inſtrumẽtorũ cameralis oblig antiquitus, et ante reformationem prædictam vſitata munitorum, et extra curiã, priuſquam eadem reformatio promulgata fuiſſet celebratorũ procederetur nulla præcedente ad partes citatione, vt ante reformatio-
2 nis huiuſmodi promulgationem conſueuerat. Secus quando eſſent mutatæ perſonæ ex parte creditoris, vel debitoris; eo enim caſu decreuerunt citationem ad partes requiri, prout ante etiam requirebatur, vt inferius ſuo aptiori loco dicetur. Quæ citatio dimiſſa co-
3 pia domi hæredũ in vim priuilegij cameralis obligationis valide, et
4 legitime exequi poteſt. Ad exequutionẽ autem obligationũ cameralium, adiectarũ inſtrumentis ante dictæ reformationis promulgationem in Rom. curia confectis, ſeruata antiquarũ citationum, et proceſſus forma, procedi debere ſtatuerunt. Hoc tamen excepto, quod loco excommunicationis, et cenſurarum, relaxantur mandata exequutiua, debitore ad videndum decerni mandatum exequutiuum, et ſucceſſiue iterum ad videndum relaxari mandatum alias decretum, citato. Et vbi cenſurarum fulminatione requirebatur ciatio ad videndũ fulminari, et relaxari cenſuras in obligatione ſuſceptas, quę per iudicẽ ſub decreto, niſi per totã, relaxabantur, voluerunt citari ad videndum relaxari mandatum loco cenſurarũ in obligatione ſuſceptarũ: quod relaxatur, niſi ad primam diem cum intimatione. Hactenus de antiquis, ad nouas obligationes venio.

DE

DE MODO PROCEDENDI AD EXEQVVTIONEM INſtrumentorũ, quæ poſt reformationem Pij V. ſuper Camerali oblig. citra procuratoris conſtitutionem, mandatiq. ſuſceptionem in tribunali Aud. Cam. recepta ſunt. Cap. XXVII.

1 *Citatio prima.*
2 *Decretum, quod ſit in vim huius citationis.*
3 *Hoc decretum eſt diffinitiuum.*
4 *Datur ab hoc decreto appellatio deuolutiua.*
(Declaratio, & differentia clauſularum ſine praiudicio legitima exequutionis, & ſi quid exequendum fuerit, &c.)
5 *Si debitor in contractu appellationi renunciauerit, poteſt appellare obtenta abſolutione à iuramento, quæ datur ad effectum agendi.*
6 *Niſi infra tres, intellige dies iuridicas, vel currentes.*
7 *Secunda citatio.*
8 *Niſi ad primam, intellige diem iuridicam.*
9 *Decretum ſecundæ citationis, quod eſt exequutio ſupradicti primi diffinitiui modi.*
10 *Ab hoc decreto non licet appellare, & quare.*
11 *Ab hoc decreto appellans debet inſimul committere cauſam reſtitutionis in integrum, quatenus opus ſit.*
12 *Per repoſitionem debitoris non tollitur ſententia lata, ſed ſuſpenditur exequutio relaxata.*
13 *Niſi infra quatuor, vel quinque, intellige dies currentes.*
14 *Oppoſitio facta verbo in termino d. citationis ſecũdæ, nõ obſt. decreto*
15 *Si oppoſitio fiat poſt ſeruatum citationis terminum, & ſit de impedientibus exequutionem cameralis oblig. admittitur, & quomodo debitor citetur.*
16 *Oppoſitiones huiuſmodi, vt plurimum, ſunt cauillosæ.*
17 *Iudex ſi illi videbitur has oppoſitiones eſſe veras, præfigit terminũ reo quinque dierum ad probandum.*
18 *In repoſitionibus, & decretis exequutionem minantibus, factis in fauorem creditoris, requiritur intimatio.*
19 *Secus in his, quæ in fauorem rei fiunt.*
20 *Si Iudex incuria ſubſtituti creditorem repõnat, ſeu mandatum relaxet abſque intimatione, poterit hoc decretũ ſuſtineri.*
21 *Quibus caſibus concedatur, nõ grauetur, poſt mãdati relaxationẽ*
22 *Quomodo poſt factam exequutionem, illud concedatur.*
23 *Quo pacto creditor mandatum, & exequutionem poſt oppoſitam cauillosam executionem obtineat.*
24 *Appellatio admittitur ab exceſſiua liquidatione damnorum & intereſſe, etiam ad effectum ſuſpenſiuum.*

In

25 *In hoc liquidationis iudicio duæ tantum ſententiæ ſufficiunt.*
26 *Statutum Vrbis ligat etiam clericos.*
27 *Quo ſit formanda cedula appellationis ab huiuſmodi liquidatione.*

AD exequutionem inſtrumentorum in tribunali Aud.Cam. poſt præcitatam Pij V. reformationem, ſub obligatione camerali abſq. tamen procuratoris conſtitutione, & abſq. mandati ſuſceptio-
1 ne receptorum, ita proceditur. Citatur ſiquidem D. Roſeus Archilegius ex aduerſo principalis, ad ſoluendum infraſcipto D. inſtanti in ſũmam ſc. 100. ei debitorum vigore obligat. cameralis, de qua in actis, alias viden. contra ipſum decerni mandatum exequutiuum ad primã diem, ſeu per totam: dũmodo tamen citatio perſonaliter fiat: inſtante D. Antonio Capono principali, ſiue Magnif. Roderico Comicino eius procuratore. D. Iacobus Belgius eſt Notarius. Qua citatione perſonaliter, vel domi exequuta (etenim vtroq. modo ſufficit) & facta illius relatione per Curſorem in actis (quæ relatio de ſtylo curiæ ſufficit, ꝙ fiat per Curſorem in pede citationis ſubſcriptionẽ abſque eo, ꝙ comparet coram iudice, aut Notario ad referendũ licet de eodem ſtilo in manualibus Notariorum, & regiſtris extendatur N. Curſor retulit in iudicio coram D. Locumtenen. mihi Notario, &c.) comparet principalis, ſiue procurator, & repetito ſuo inſtrumento, cũ camerali obligatione in actis rogato, in partis aduerſæ non comparentis, & nihil releuans opponentis contumaciã, mandatum exequutiuum contra debitorem decerni obtinet, niſi infra
2 tres dies ſoluerit, aut releuans quid oppoſuerit. Et hoc decretũ eſt
3 diffinitiuum. Et licet debitor ab eo appellaret, & cauſam appellationis committere vellet, ſi aliquid contra obligationem releuans ha-
4 beret; tamen Signatura, non viſo grauamine, ſignare ſolet commiſſionem, cum clauſula (ſine præiudicio legitime exequutionis (ad tradita per Galleſ. ad form. cam. 3. p. poſt proceſſum inciden. nu. 7. cum ſeq. et ad reliqua de proceſſ. n. 30. et ſic appellatio deuolutiuũ, non autem ſuſpenſiuum effectum operatur. (clauſula .n. ſine præiudicio legitime exequutionis nõ ſuſpendit exequutionem cõmiſſam, ſed illam reſeruat iudici à quo, & per Rot. coram Palæotto dec. 58 præſeruat tamen exequutionem expenſarum, vt coram Blãchetto in vna Aſten. feudi 28. Maij 1595. & quãdoq. ſuſpendit, vt coram Penia in vna Placẽtina fideiuſſionis 22. Iun. 1592. In quo differt à clauſula Si quid exequendum fuerit. &c. quæ ſuſpendit exequtionem cõmiſſã à iudice a quo, & illam transfert, ſeu remittit Iudici ad quem, vt tenuit Rota in vna Romana DD. de Naris 27. Ian. 1595. coram eodẽ Penia. In commiſſionibus. n. quæ cũ proxima clauſula ſignãtur, non ſtatur aſſertioni partis, ſed partibus informantibus Iudex guſtare ſolet de grauamine. Rot. in nou. de appel. dec. 45. & alias 50. 2 Frãc.

,, iu c.non ſolum.n.2. eod.tit.in 6. Felin. in c. dilectus filius.col.2,nu.
,, 14. de reſcript.)& ad hoc,vt locus ſit exequutioni, & clauſulæ ſi quid exequēdum mandatum iam relaxatum debet iuſtificari ex eiſdem actis quæ ſola attenduntur iuxta deciſionem Rotę in vna Tudertina officij Cancellariæ coram Lancelloto,die 19.Feb.1598 ſed ex nouis ad illius confirmationem procedetur,pronūciando iudex bene fuiſſe iudicatum,et ita etiam dicendum erit de Aegidianam conſtitutione.quæ facit vt ſententia non iuſtificetur ex nouis,ad hoc,vt locus ſit illius exequutioni. Corn. conſ.10.col.2.lib.4.Put.dec.8. de Aegid. Aug.in epit.de appell.prohib. §.10.et redeundo ad relatum
5 appellationis articulum, dicendum erit, quod quamuis in inſtrumēto ſub noua forma,vt prænarratum eſt,concepto, debitor ſe obligando,expreſſe cuicūque appellationi, et reclamationi renunciauerit, nihilolminus obtenta a Vicario Papę,ad effectum agendi abſolutione,quę paſsim datur,cauſam apellationis, citra periurij incurſum, committere poterit.Qua non obſtante Auditor Camerę ad vlteriorem exequutionem procedet iuxta ſuas ordinarias facultates,vt per Galleſ.vbi ſupra,ad ſextam partem q.2.nu.9.et aporobat d.dec.80. Io. Melendem ſemper dicendo, ſolue,& repete,iux.c.debitores,de iureiurand.
6 Elapſis tribus diebus, quos nihil refert iuridicos,aut currentes eſſe:citatur debitor ad videndum relaxari mandatum exequtiuum,
7 alias decretum.Cuius facta relatione comparet creditor coram iudice,et obtinet relaxari mandatum, niſi ad primam diem cum intimatione.
Prima hac die poſt intimationem exequutam elapſa, quam iuridicam eſſe oportet,nihil releuante per debitorem oppoſito,iudex mandatum relaxat.Et huiuſmodi decretum, eſt ſupradictæ ſenten-
9 tiæ exequutio: Et ab illo non conceditur appellatio: quia ab exequutione appellare non licet, l. ab exequutore, ff. quorum appellat. et l. ab exequutione. C.eodem, Capic. deciſ.1.num.17 ſed ſi quis ab hoc decreto appellare,& cauſam appellationis committe-
11 re voluerit, aduertat,vt eadem opera inſimul cauſam reſtitutionis in integrum,quatenus opus ſit,aduerſus aſſertam ſententiam prętenſi decreti mandati, et illius rem iudicatam committere curet.
12 Et quamuis in intimationis terminio iudex debitorem animo melius deliberandi in eum ſtatum, in quo erat ante decretum relaxationis mandati, reponat, vt in his materijs exequutiuis ſæpiſſime cōtingit, cum Iudices Romanæ Curię per tales repoſitiones, quibus quotidie vtuntur, grauamen reuocant, et ad vlteriora procedunt: cum ſint decreta interlocutoria, vt l. quod iuſſu,ff.de re iudic. et c. ſi à iudice de appell.in 6. et cap. cum ceſſante extra eod. Imol. Franc. et Dec. in cap. cum teneamur., num. 15. rub. vbi etiam tradunt,

dunt, quod iſta non ſolum procedunt in iudice ordinario, ſed etiam delegato, præſertim Franc. ibi col. fin. cum non videatur partibus præiudicium inferre, ſed potius expeditioni cauſæ faciliorem exitu præſt are Attamen per eiuſmodi repoſitiones ſententia lata non tolli tur, ſed exequutio relaxata dumtaxat ſuſpenditur. Nam iudex
13 concedendo ea ratione aliquam breuem dilationem creditori, ad verificandum releuans quid, ab eo allegatum, relaxat mandatũ nonniſi ad primam, vt generatim cõſueuit, ſed infra quatuor, quinq. vel plures dies, quos non refert currentes, aut iuridicos eſſe. Quando
14 vero debitor aliquid in termino citationis, ad videndum relaxari mandatum, vt ſupra decretum verbo ſolum opponit, & nihil in ſcriptis oſtendit, vtputa, Calculari, Nouam conuentionem, vel Solutionem, iudex oppoſitione illa non obſtante, facit ſuum decretum, niſi
15 ad primam diem cum intimatione. Sed ſi talis proteſtatio poſt factũ decretum, & intimationem, tamen mandati expeditionem fiat, admittitur oppoſitio quatenus ſit exequutionis cameralis obligationis impeditiua; & neceſſe eſt, ob admiſſionem huiuſmodi citare debitorem ad docendum de quacũque noua cõuentione, ſolutione, & aliis quibuſcunque præiudicialibus allegationibus, allegatis forſan ſeu quas allegare intendat, nec non calculandum, ſi calculare voluerit; & calculo facto, ſoluendum; alias videndum relaxari mandatum exequutiuum, iam decretum, vel, quatenus opus ſit, de nouo decerni, & relaxari. Et in citationis termino, comparente creditore iudex facit decretum, niſi ad primam diem cum intimatione.
16 Quia allegationes, vt plurimum, ſunt cauilloſæ, & per debitorem
17 ſolum ad differendum ſolutionem adductæ: Si tamen oppoſitiones viderentur iudici veræ, aut aliquo modo veriſimiles, ita vt probatæ Cameralis obligationis exequutionem impediri poſſent, præficit terminum trium, aut quinque dierum arbitrio ſuo, ad probandum non per ſpecialem præfixionis actum, ſed faciendo decretum relaxationis mandati, ad creditoris petitionem, niſi infra tres vel quinque. Cum autem ex debitoris parte articuli, ad probandum nouam conuentionem, cum creditore factam, ſolutionem, aut liberationem ipſius dati fuerint, Iudex illos admittit, & teſtes examinari mandat, niſi ad primam diem cum intimatione: vt interim creditor poſſit interrogatoria exhibere, & interpretem conducere. Si vero in ſeruatione termini admiſſionis articulorum creditor, debitori terminum ad examinandum præfigi inſtiterit; iudex arbitrio ſuo terminũ quatuor vel quinque dierum ſtatuet.
18 Cæterum in quibuſcunque repoſitionibus, & decretis exequutionem minantibus quæ in fauorem actoris contra reum debitorem fiunt, ſemper intimatio requiritur: & iudex aliter procedere,
19 non ſolet. Si tamen pro parte debitoris, & illius fauorem aliqua

fiant decreta, ſeu repoſitiones, ad impediendum exequutionem, intimatio non requiritur.

20 Sed adueniente caſu, quod poſt repoſitionem ex parte debitoris obtentam, nulla alia præcedente creditoris repoſitione, nulla intimatione debitori facta, iudex præmiſſa debitoris citatione, mādatū creditori aduerſus eundem debitorem concederet; idcirco de mādati nullitate dici non poteſt. Iudex. n. debitorem animo melius deliberandi repoſuerat, & cum facto melius deliberauerit abſque aliqua alia repoſitione, vel intimatione reo facienda, mandatum hoc pacto valide relaxare potuit, vt ſupra tenuit Rota in vna Abulen. præſtimonij coram Verallo 7. Octob. 1552. inter manuſcrip. lib. 1. dec. 270 ad dec. 12. de probat. in nou. Milius in ſuo repert. in verbo Iudex a quo appellatur ab admiſſione articulorum. Quanquam hoc nūquā, ſeu rarò, niſi forte incuria, ſeu negligentia ſubſtitutorum accidat.

21 Porrò ſi mandatum relaxatum fuerit, etiam quoad creditori ſit actu conſignatum, & debitor dicat velle de ſolutione in continenti docere, aut de alijs illius exequutionem impedientibus, vel etiam beneficio termini iuris gaudere voluerit; iudex ei, Non grauetur, concedit refectis expenſis mandati relaxati quæ expenſæ illico creditori conſignatur. Quando autem eiuſmodi eſt exceptio, quod ea probata veniat, creditor in expenſis condemnandus; concedit, Non
22 grauetur, facto expenſarū depoſito. Si vigore mandati aduerſus debitorem facta fuerit exequutio, & debitor aliquid probare voluerit: non admittitur niſi forte de iniquitate mandati, & creditoris iniuſtitia in continenti doceret, & niſi prius refectis expenſis & data cautione in forma depoſiti; de ſoluendo ſummam pro qua fuit facta exequutio ad omne mandatum D. Auditoris. Fiunt haud raro exceptiones cauilloſæ, & ſolum ad ſolutionem differendam ſub varijs con
23 fictis prætextibus. Et licet hæ relaxationem mandati, & illius exequutionem impediant, tamen iudex, cauillatione cognita, ad vlteriora illis non obſtantibus procedit facta per creditorem obligatione, de expenſas reficiendo in euentum probatæ nouæ conuentionis vel
24 alterius releuantis exceptionis exaduerſo allegatę. Eſt etiam aduertendum in hoc exequutionis obligationis Cameralis iudicio, quod vbi proceditur pro damnis, & intereſſe, quæ iudex, præuia illorū verificatione liquidat: pars poteſt appellare ab exceſſiua liquidatione: & tunc non niſi pro ſorte principali exequutio creditori conceditur, & ita in facti contingētia Signatura pluries reſcripſit, in vna ſcilicet, pro Don Didaco Laſſo de Toledo, contra Nicolaum de Palatios coram Farratino, & in alia inter Capit. & Canon de Tudela, & Beneficiatos dicti loci. Appellatio ſemel tantum admittitur ab huiuſmodi exceſſu, vt per Veſtr. lib. 7 de appel. c. 3. n. 12 Bero. q. 131 n. 3. Capic. dec. 34. in fi. reiecto Galleſ. in tit. de liquid. n. 13. quoniam

25 niam in liquidationis materia, duæ tantum conformes ſufficiũt, quæ
rem faciunt iudicatam, vt per Bar. d l. ab exequutore, ff. de appel præ
26 ſertim ſtante ſtatuto Vrbis, quod etiam Romanos clericos videtur
ligare, vt fuit dictum in Rota in vna Romana expenſarum culturæ
,, coram Pamphilio die 4. Apr. 1591. (licet autem a liquidatione fru
,, ctuum, damnorũ, expenſarum, & intereſſe appellatio, vt dixi, reci.
,, piatur id tamen intelligendam eſt, cum appellatur ab ipſo exceſſu
,, exprimendo certam quantitatem exceſſus loco cauſæ, aut ſaltem a-
,, liquam aliam nominatam cauſam ueram, & iuſtam, alias cum iſta li.
,, quidatio non contineat nouum grauamen, ſed illud idem, quod infe
,, rebatur ex præcedente ſententia, vtique dicendum erit appellatio-
,, nem non eſſe dandam, quod intellige vbi præcedi condemnatio, vt
,, ſuperius dictum eſt, & Iudex ſibi reſeruat illorum liquidationem
,, quæ omnia optime explicantur in deciſione Rotæ coram Robuſte.
,, rio in una Regien. S. Thomæ 3. Decemb. 1576. vbi etiam plene ha-
bes quando ab exequutione datur, vel non datur appellatio, ad quã
,, in facti contingentia recurrere poteris)

DE CENSVRIS, SEV TERMINO AD SOLVENDVM concedendo. Cap. XXVIII.

1 *Terminus ad ſoluendum cenſura antiquitus, nuncupata, quomodo o-lim concedebatur.*
2 *Poſt P ÿ V. reformationem terminus prædictus cenſurarum nomen amiſit, & quando, & quomodo concedatur.*
3 *Terminus non excedit vnquam triginta dies.*
4 *Inter cenſuras, & terminum, quæ ſit differentia.*
5 *Horum terminorum ſolus Auditor Cameræ eſt confeſſor priuatiue quo ad alios Iudices.*
6 *Concedit Auditor Cameræ terminum debitoribus etiam conuentis in non ſuo tribunali.*
7 *Quo pacto Auditor Cameræ reuocet inhibitiones per eum debitoribus in non ſuo tribunali conceſſas, & quando talis ſuſceptio termini nulla ſit.*
8 *Debitori, niſi termino in obligatione expreſſe renunciauerit, etiamſi in mandatum exequutiuum conſenſerit, Terminus non negatur.*
9 *Elapſa vltima die termini ſuſcepti, notarius ad creditoris inſtantiam abſque alia citatione, iudici mandatum expediendum defert.*
10 *Quæ, & qualis poſt termini ſuſceptionem exceptio admittatur.*
11 *Formula ſubſcriptionis Termini.*
12 *Terminus ſimpliciter, & ſine vlla conditione ſuſcipitur.*
13 *Debitor citatus ad cauendum de ſoluendo in ſine Termini, an cauere teneatur.*

1 ANte Pij Quinti ſupra non ſemel citatam Reformationem, petenti debitori Terminus concedi conſueuerat ad ſoluendum cui nomen erat Cenſuræ,&ſpatiũ erat Triginta dierũ, quod paſſim debitori cuicunque pro quacunque ſumma concedebatur. Verum
2 poſt editam reformationem, non amplius ſpatium hoc Cenſurarum ſed Termini nomen obtinuit: qui Terminus per iudicem arbitrio
3 ſuo, habita ſummæ debitæ,& perſonarum qualitatis ratione, uſque ad prædictos Triginta dies, & non vltra conceditur. inter cenſuras
4 antiquas, Terminum,hęc eſt differentia. Cenſurarum vigore in fine ſpatij triginta dierum mandatum exequutiuum concedebatur vnico contextu cenſuræ, & excomunicatio fulminabantur; vt ſuperius indicauimus. Nunc autem virtute Termini contra debitorem illum ſuſcipientem, reuolutis triginta diebus, vel uiginti, vel quindecim, vel etiam decem(ſi iudex reſpectu modicæ ſummæ longiorem Terminum concedere negauerit)mandatum exequutiuum tantũmodo reale, & perſonale abſque excommunicatione conce-
5 ditur. Terminum huiuſmodi concedit ſolus Auditor Cameræ priuatiue quoadomnes alios Romanæ Curiæ iudices: qui Terminum vltra decem dies in vim quacunque ſuarum facultatum concedere nequeunt A.C.(quod aliorum iudicum non eſt)terminum præfatum
6 debitoribus, non ſolum in ſuo, uerum etiam in alio quouis Vrbis tribunali conuentis dat;& illius uigore inhibitiones, exequutionum quorumuis mandatorum, dicto termino durante, impedientes concedit: hac tamen conditione, quatenus exequutio facta non fuerit, & dummodo alium terminum coram iudice, cuius tribunali fuit
7 conuentus,non ſuſceperit. Solet aliquando hæc vltima conditio, dummodo tamen alium terminum non ſuſceperit omitti, &tunc: ſi re vera debitor, coram alio iudice terminum ad ſoluendum ab eo petitum obtinuerit, comparet creditor coram Auditore Cam.& de ſuſceptione prædicta docet. Quibus peractis, Auditor inhibitionem ſuam reuocat cum intimatione: vel(& hoc melius,& magis conſuetum eſt)inhibitionem ipſam non reuocat, niſi debitore citato ad videndum inhibitionem reuocari,attento quod alias terminum ſuſcepit. Cuius citationis relatione facta, decernit niſi ad primam diẽ cum intimatione, vel cum intimatione ſimpliciter arbitrio ſuo(Si
,, tamen iſte terminus vnius menſis,vel 30. dierum concederetur ab
,, alio iudice, quam ab Audit. Cam. iſthæc termini ſuſceptio non ua-
,, leret,& nullius eſſet momenti. Sicut enim dicimus dilationem ad
,, aliquid faciendum à iudice non habente iuriſdictionem aſſigna-
,, tam non ualere, vt tradit Bartol. in l. præſes, C. de appellat. ſub
,, num 6. ita etiam dicendum erit de Termino vnius menſis dato a iu
,, dice non habente iuriſdictionem ;quia vbi eadem eſt ratio, idem
,, quoque Ius ſtatui debet, l. illud ,ff. ad leg. Aquil.)

in

8 In obligationibus vero ante dictam reformationem celebratis, in quibus debitor à cenſuras in actu ſtipulationis ſuſceperat, terminus hic ad ſoluendum, olim non concedebatur. At in obligationibus poſt reformiationem receptis, etiam ſi debitor loco cenſurarum in mandatum executiuum, illiuſq. relaxationem conſenſerit, terminus non negatur, niſi debitor per expreſſa verba illius ſuſceptioni in inſtrumento renunciauerit. Poteſt tamen iudex arbitrio ſuo huiuſmodi Terminum dare, dicta renunciatione non obſtante: quia fit eiuſmodi obligatio ratione traditæ formulæ, non autem quod ſe obligãs
9 huic iuris beneficio renunciare voluerit. Elapſo vltimo die Termini conceſſi, nulla requiritur contra debitorem ad ſoluendum iuxta formã termini ſuſcepti citatio, vt in alijs Vrbis tribunalibus conſueuit; ſed ſolum notarius, abſq. alio nouo decreto, ad creditoris pe-
10 titionem mandatũ à Iudice expediri curat. Poſt Termini prædicti ſuſceptionem nulla alia admittitur exceptio, niſi forte ſolutionis, aut alterius exceptionis exequutionem cameralis obligationis impedientis, quæ per probationes probatas, aut alias incõtinenti probaretur. Nam quando quis Terminum ſuſcipit, debitum expreſſe fatetur, vt verbis expreſſis hæc confeſſio in ſuſceptionis actu extendi-
11 tur: ſic enim illam in ſuo actorum libro, ſub hac formula annotat Leonardus Cecchinus confitendo debitum exaduerſo petitum per d. Iudicem admiſſus, pro illud ſoluendo Mag. D. Annibali Lanfranco creditori abſenti me notario, &c. ſtipulante, infra terminum triginta dierum, Terminum huiuſmodi ſuſcepit, conſentiens relaxationi mandati exequutiui, ſi in ſolutione defecerit abſque aliqua citatione præcedente, & ita iurauit tactis, &c. Contigit interdum, quod debitores prætendentes aliquam ſibi ipſius exceptionem competere contra inſtrumentum, quæ tamen illius executionem retardare nequit, Terminum ſub aliqua conditione, vtputa ſine præiudicio ſuorum iurium, vel metu mandati, ſuſcipiunt: ad hoc, vt interim cauſã nullitatis, ſimulationis, reſciſſionis, vel alterius ſimilis exceptionis committendo exequutionem retardent.

Abſtineant ab huiuſmodi præſeruatiuis, & conditionalibus ſuſce-
12 ptionibus notarij, & ſubſtituti, & confeſſionẽ debiti, ac conſenſum in mandatum libere, & ſine conditione aliqua, aut reſeruatione ſuſcipiant, & annotent. Si autem debitor fuerit citatus ad cauendum de ſoluendo in fine Termini, creditore petente, ſatiſdare tenetur,
13 ad dec. Afflict. 279. nu. 4. Pedem. dec. 130. n. 14. niſi poſſident immobilia, l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog. & ibi doct. vel habeat multa bona mobilia, quæ facile occultari non poſſint; vt ibi Bar. n. 5. & Marſ. in rubr. de fideiuſſ. n. 241. ſed hoc remittitur arbitrio iudicis; vt habetur in reformatione Pij V. §. quod ſi parti.

DE EXEQVTIONE SIMPLICIS CAMERALIS INſtrumentis extra tribunal A. C. vel Romanę Curiæ celebratis adiectæ, contra debitores in curia repertos. Cap. XXIX.

QVando coram Aud. Cameræ vigore inſtrumentorum extra illius tribunal, vel extra Romanam Curiam vbiuis gentiū receptorum ſimplici obligatione, ea ſcilicet in qua in mandatum exequutiuum non eſt conſenſū, cōtra debitorē obligatum in curia præſentem quis procedere voluerit citationem præmittit (ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione quatenus opus ſit, ad videndum mandari extendi formam Cameræ in illis appoſitam iuxta ſtylum Curiæ. (Deinde procedet ad videndum decerni mandatum, ac alios actus ſucceſſiuos per omnia, vt ſupra de inſtrumentis in eodem tribunali receptis late diximus, Cuius formulæ obligationis Cameralis extenſio, licet de iure videatur neceſſaria ante illius exequutionem, ad tradita per Galleſ. in tract. de cam. oblig. q. 3. de proceſſu ipſo, ſub n. 4 quem ſequuti DD. de Rota in vna Romana Palatij Campi Floræ coram Penia ſub die ven. 16. Decemb. anni 1588. Rot. dec. 6. de off. deleg. in nou. Creſc. dec. 197. & alias dec 13. de præben. tamen ex inueterato ſtylo Tribunalis ſufficit tantum pro illius exequutione, quod procedat iudicis decretum ſuper illius extenſione, vt ſupradixi, præſertim parte in indiuiduo aliquid releuanter non opponente.
„ (cuius extenſio non fit cum iuramento, ſi iuramentum ibi non eſt,
„ vt laſ. in l. 1. §. & poſt operis, ſub n. 4. ff. de op. nou. nunc.)

DE EXEQVVTIONE CAMERALIS OBLIGATIONIS ſimplicis adiectæ inſtrumētis in curia extra tribunal A. C. receptis, vel extra curiā celebratis, in quibus tamē ſolutio Romæ deſtinata eſt contra debitores ab Vrbe abſentes. Cap. XXX.

INter modum procedendi ad exequutionem inſtrumentorum extra Tribunal A. C. vel extra Romanam curiā celebratorum contra debitores in curia apprehenſos, quem in præcedenti capite poſuimus, & modum exequutionis contractum in curia extra tribunal A. C. vel extra curiam, in quibus ſolutio Romæ deſtinata eſt receptorum contra debitores extra Vrbem commorātes, hęc dumtaxat eſt differentia. In illo ſcilicet proceſſu per curſores, in hoc vero per audientiam litterarum contradictarum, vel per edictum publicum, iuxta temporis qualitatem, citationes fiunt, & cum maiori dilatione ſecundum loci diſtantiam, prout infra dicetur.

DE

DE MODO EXEQVVTIONIS INSTRVMENTORVM ſimplici camerali obligatione vallatorum extra curiam rece- ptorum, in quibus ſolutio alibi, quam in Vrbe eſt deſtinata contra debitores extra vrbem degentes. Cap. XXXI.

1 *Pro exequutione inſtrumētorū extra curiā celebratorū et in quibus ſolutio in Vrbe deſtinata nō eſt, citatio præmittitur cōtra abſentes*
2 *Afficit hæc citatio etiam domi exequuta.*
3 *Alia citatio poſt huius citationis exequutionem, & reproductionem facienda.*
4 *Decretum in vim huius ſecundæ citationis fieri ſolitum in contumaciam debitoris.*
5 *Iudex comparenti debitori, & articulos ad probandum ſolutionem exhibenti dilationem ad id concedit.*
6 *Pendente dilatione officium iudicis conquieſcit.*
7 *Pro obtinenda excōne in iuris ſubſidium, ſit per exequutores diligentia de exequendo mandatum in loco faciendæ ſolutionis*
8 *citatio quē hāc diligentiā ſequitur. Et quādo exequutorib. creditur.*
9 *Secunda citatio.*
10 *In quibus locis excomunicatio in iuris ſubſidium concedatur.*
11 *Contra Epiſcopos, Prælatos, & Magnates non conceditur in curia ſi de mandato Papæ.*
12 *Contra obligatos extra curiā ſoluere, excōicatio quomodo cōcedatur*
13 *Vniuerſitas non excommunicatur.*
14 *Differentia inter excommunicationem, & interdictum.*
15 *Modus agendi pro litteris aggrauatorijs, & interdictis obtinendis.*

1 SI in vim inſtrumentorum, extra curiam receptorū, in quibus ſolutio extra illam deſtinata eſt, cōtra debitores ab vrbe abſentes procedere volueris, citationem ab A.C. ad partes, cuius exemplar
2 habes inferius in Quarto libro obtinebis. Hæc citatio ex ſæpius dictæ reformationis forma neceſſario requiritur: eaq. perſonaliter, vel
3 domi dimiſſa copia in partibus in quibus debitor degit exequuta, & poſtea in actis notarij cauſæ reproducta, citatur debitor (ad dicē-
4 dum contra iura producta, & repetita videndū iurare teſtes ſuper illorū recognitione, quatenus opus ſit, mandari extendi formā Cameræ in eiſdem iuribus appoſitam iuxta ſtylum curiæ, ac docendum ſe ſoluiſſe iuxta formam ſuæ obligationis, alias viden. decerni manda-
5 tum exequutiuum. (Et in termino citationis, iudex præuia iurium recognitione mandat extendi formam Cameræ, & parte non opponente, inſimul decernit mādatum, niſi infra quindecim dies, aut aliū competentem terminum, infra quem debitor veriſimiliter de ſo-

 lutione

lutione in partibus facta docere poſſit; vt habetur in dicta reforma-tione, §. Rurſus, & quod eadē dilatio concedenda ſit arbitrio iudicis: habetur in l. continuus actus, §. cum ita ſtipulatus ſim, & §. itē qui inſulam. ff. de verb. oblig. & facit l. quod dicimus, ff. de ſolut. & liber. & l. 1. C. de dilationib. & ibi Bal. n. 2. ſi vero debitor citatus cōparuerit, & articulos ad probandum ſolutionem in partibus factam produxerit, atque litteras remiſſoriales petierit, vtique erunt ei à iudice concedendæ cum conuenienti termino ad probandum habito reſpectu loci diſtantiæ; vt ſupra dictum fuit, quo termino pendente
7 iudex debet ſuperſedere; vt in l. ſiue pars, C. de dilat. Hæc nō ita procedunt in obligationibus, cambiorū mercatorum Romanæ curiæ cum curialibus, in quibus conuenta eſt ſolutio in partibus facieda. In illis enim aliqua dilatio ad probandum ſolutionem in partibus factam nō cōceditur, licet de huiuſmodi ſolutione opponatur; quia in totum obligationibus conuentum eſt, ſolutionem infra certum expreſſum terminum in partibus fieri debere, & infra aliud tēpus certum pariter, & deſignatum tenetur debitor; & mercatores in curia de ſolutione eiuſmodi certiores reddere, alias in euentum non ſolutionis in partibus, & certificationis in curia, in Vrbe ſoluere obligatur excommunicatione, de qua in inſtrumēt., cuius exemplar ſupra poſuimus Poſt mandati decretum, facta citatione ad videndū relaxari mandatum exequutiuum, iudex illud relaxat, niſi ad primā diem, cum intimatione.
8 Relaxato mandato ſi debitor paſſus fuerit ad cenſurarū fulminationem in iuris ſubſidium deueniri; facta prius per exequutores diligentia in curia, (& hoc intellige quando ſolutio in curia fieri debet) de mandatum perſonaliter, vel realiter ſaltem contra debitorem exequendo; de qua conſtare debebit per fidem exequutorum à tergo mandati ab ipſius exequutoribus annotatā, [ſi quidē in talibus, & alijs, quæ ad officiū exequutorū ſpectāt, eis creditur, vt per Bal. in l. properandū in §. & ſi quidē, n. 13. C. de iudiciis, & per Tiraquel. de retract. §. 8. glo. 6. n. 22. quem ſecuta fuit Rota in vna Spoletana domus 30. Ianuar. coram Seraphino.] citatio aut contra procuratorem præſentem per curſorem, aut contra principalem abſentem, & procuratorem in curia non habentē per contradictas præ-
9 mittitur (ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorū recognitione, quatenus opus ſit, nec non videndum ſe, aut principalem ſuum in iuris ſubſidiū excommunicari, ad primā diem. Qua relatione facta, aut cedula contra iſtæ
10 reproducta, iudex facit decretum, niſi infra tres dies. Hoc triduo, elapſo, rurſus citatur (ad videndū ſe declarari, & litteras decerni, & relaxari) t huius citationis termino, iudex interponit decretū niſi per totam; prout etiam interponere ſolet in relaxatione manda-

ti exequutiui ſi per contradictas, ſi autem per curſorem in curia niſi ad primam diem cum intimatione. Poſt huius intimationis exequutionem in actis factam, litterę fulminantur ſub forma, quam infra vltimo libro deſcripſimus. Hæ litteræ conſueuerunt ſolum concedi in locis extra iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & Sedi Apoſtolicæ mediate ſubiectis, puta in Regnis Hiſpaniarũ, Neapolis, Siciliæ, Ducatibus Mediolani, Sabaudiæ, Mantua, Florentia, & alijs locis Italię, vbi conſtat iudici, aut notoriæ, aut per teſtes ſaltem extraiudicialiter examinatos exequutionem realem, aut perſonalẽ facile fieri nõ

12 poſſe. Præterea in curia contra Epiſcopos Prælatos, aut Magnates, ob ſupremi Principis reuerentiam nunquam, niſi de illius expreſſo mandato conceduntur.

13 Quando ſolutiones ſunt extra curiam faciendæ, licet debitores alienæ iuriſdictioni, vt prædixi, ſubiaceant, non conceduntur cenſuræ, niſi, vt ſupra retuli, cũ clauſula directa curię Eccleſiaſticę, videlicet (facta prius diligentia, & vobis legitime conſtito, quod vigore præſentis noſtri mandati exequutiui exequutio realis, aut perſonalis facile fieri non poſſit, publicetis excommunicatos, &c.

14 Ad hoc aduerte, quod Vniuerſitas non excommunicatur in c. Romana, §. ſi vniuerſitatem, de ſent. excom. in 6. de cuius ratione late tradunt Moderni in c. dilecti, de excep. & in quibus differunt, & in

15 quibus conueniunt excommunicatio, & interdictum late tradit Io. de Anan. in rubr. de cler. excomm. Et licet præſenti tempore hęc de raro conceduntur interdicta, nihilominus non rationi diſſonum viſum fuit tam generalis, quam ſpeciales interdicti formulas hic imprimendas fore; modum vero agendi pro obtinendis litteris aggrauatoriis, reaggrauatoriis, & interdictis habes in illarum formulis de quibus in quarto libro.

DE MODO PROCEDENDI AD EXEQVVTIONEM CAmeralis oblig. in tribunali A C. receptæ in qua mandatũ exequutiuum vna vel bina citatione pręcedente conſenſum fuit contra debitores in Curia apprehenſos. Cap. XXXII.

1 *Citatio prima contra debitorem, qui in mandatum exequutiuum vnica præuia citatione relaxandum conſenſit.*

2 *Prima citatio contra eum, qui bina citatione, & intimatione præcedentibus mandatum ſuſcepit.*

3 *Secunda citatio.*

1 QVi in hac noua obligationis formula quis arctius ſe obligando mandatum executiuum vnica præuia citatione in ſe ſuſceperis, citabitur (ad ſoluendum infraſcripto D. inſtãti ſummã

ei

ei debitam, alias videndum contra ipſum relaxari mandatum exequutiuum in obligatione ſuſceptum, cuius relaxationi conſenſit ad primam diem, vel per totam ſi perſonaliter fiat, inſtante D. N. principali, vel eius procuratore d. Cęlius eſt notarius. Qua citatione exequuta, & in actis relata, iudex inſtante dicto creditore facit decre
2 tum niſi ad primam diem cum intimatione. Si vero in obligatione fuerit coſenſum relaxationi mandati bina citatione, & intimatione præcedentibus (nam ita plures reperiuntur obligationes receptæ obligatus eodem modo citatur: & iudex non relaxat mandatum in termino citationis, ſed mandat citari pro ſecunda, facta ſimili ſe
3 cunda citatione iudex decernit, niſi ad primam diem cum intimatione, & ea exequuta, & reproducta, debitore, nihil releuans opponente mandatum relaxatur.

DE CENSVRIS FVLMINANDIS CONTRA debitores. Cap XXXIII.

1 *Plura de cenſuris fulminandis contra debitores decoctos.*
2 *Excommunicatio non eſt ferenda contra inopes debitores, ſecus contra doloſos debitores.*
3 *Excommunicandus eſt perſonaliter citandus.*
4 *Quando debitor excommunicari poſſit nulla præuia monitione.*
5 *Ratio quia iudex apponit manũ in broliardo in qualibet die iuridico*

1 ID quod dictum eſt de cenſuris fulminandis contra debitores alienæ iuriſdictionis, idem quoque ſeruatur contra quoſuis debitores vbique locorum degentes pro ſolutione debiti hic in Romana Curia deſtinati, præuijs tamen diligentijs exequutorum, & illis apud acta cauſæ notarij relatis, vt ſupra diximus. cum creditori acerbum ſit mittere alibi, ſi ſolutio in Romana Curia facienda ſit, idem quoque ſeruatur contra debitores ſtatus Eccleſiaſtici Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectos, ſi ibi ſolutio deſtinata ſit conſtito Auditori per publica documenta, quod contra eos realis, & perſonalis exequutio fieri nequeat, vel Curiæ Eccleſiaſticæ excommunicatio dirigitur, cum dicta clauſula, conſtito, vt ſupra meminibus. Verum in vtroque caſu non ita paſſim conceduntur contra debitores eius Prouinciæ, ſeu eccleſiaſticæ iuriſdictionis, vbi realis, aut perſonalis exequutio fieri poſſit, ſicut conceduntur contra extraneos debitores alienæ iuriſdictionis, ſed cum grano ſalis, habita ratione ad qualitatem rei, ſummæ, & perſonarũ, ſed tunc denegantur, & conce-
2 duntur iudicis arbitrio. Nec prætereundum, quod licet non ſit proferenda excommunicatio in eum, de quo certum eſt non eſſe periculum propter eius inopiam, & impotentiam, vt tradit Galleſ. in ſumm.

ſumm. reliqua de proceſſu,ſub num 49. q 5. Abb. in cap. Odoardus,num.9 de ſolut. & quod excommunicatio non ligat niſi ſoluere valentes,non autem impotentes dicit idem Abb. in cap. P.G.nu. 11. de off.& pot.iud.deleg.quod puto intelligendũ quando debitor notorie non ſit ſoluendo,& mutatio ſtatus illius in deterius proceſſerit ſine dolo,ſed tantum mala aduerſa fortuna ex aliquo ſiniſtro euentu;quia afflictis nõ eſt danda afflictio;ſecus tamen quando illorum paupertas præceſſit cum dolo,&culpa ipſorum;quia tunc non ſemel vidi tales debitores doloſos ab Vrbe abſentes, ſeu latitantes dictis cenſuris innodari,&cõtra eos ab Auditore Cameræ eas fulminari,quod arbitror fieri ratione doli,&culpæ;quoniam priuilegio legis pauperibus conceſſo ſimiles doloſi,& culpoſi gaudere non debent vulg.l.ex dolo,ff de dolo,cum alijs vulgaribus,ſed de his hactenus,ab hanc materiam cenſurarum tanquam grauioris ponderis proſequendo deſiderium etiam erit,quod excommunican
3 dus eſt perſonaliter citandus.Rota dec.3.in nou.nu.52.quia cum excommunicatio non fertur,niſi ob contumaciam,ſeu culpam moniti,ideo hæc monitio perſonalis neceſſaria eſt antequam vis excõ
4 municetur,poteſt etiam excommunicari nulla præuia monitione de conſenſu creditoris moroſi ſub conditione niſi ſatisfecerit in termino,&tunc elapſo termino ob illius moram fertur contra eum excommunicatio ſine qua à iudice ea non fertur, Abb.in cap.P.G.ſub n.9.in fi.de off.et pot. iud.deleg.Io.Galleſ.ad form.cam.in 3.p.q.3.
5 ſub n.7.Et hinc inoleuit ſtylus Curię A.C.apponendi ſingulo die iuridico manum in libro,ſeu Broliardo nuncupato,ut puta niſi infra tempus conuentum dentur litteræ de conſenſu.

DE PROCESSV EXEQVVTIONIS ſimilium inſtrumentorum extra Tribunal Auditoris Cameræ factorum contra debitores præſentes.Cap. XXXIIII.

1 *Citatio prima pro exequutione huiuſmodi inſtrumentorum.*
2 *Hic proceſſus extenſionem forma Cameræ non exigit,ſecus ſi contingat procedi ad cenſuras.*
3 *Parte opponente generalia contra, requiritur noua citatio.*
4 *Recognitio iurium quandocunque per Notarium, recipitur.*
5 *Recognitio quomodo annotatur.*
6 *Recognitio,licet fiat poſt terminum retrotrahitur ad diem termini.*
7 *Parte opponente actor nequit ad vlteriora in cauſa procedere,niſi recognitis iuribus.*
Secus parte non opponente.
8 *Quid agendum quando reus opponit , velle adhibere interpretem, & inter*

& interrogatoria recognitioni.

9 *Recognitio apocæ quomodo ſit facienda.*

10 *De ſtylo contrarius eſt vſus, & quid ſufficiat.*

11 *Modus ſeruandus in recognitione facienda per comparationem litterarum.*

12 *Omnia acta ante recognitionem facta ſubſiſtunt.*

13 *In quibus caſibus oppoſitio hæc non admittitur.*

14 *Citatio contra debitorem opponentem de calculo, vel noua conuentione, aut ſolutione.*

15 *Quæ dicatur exceptio requirens altiorem indaginem.*

QVando in inſtrumentum ſub conditionibus, quas proximo præcedenti Capite receſuimus, extra tribunal A. C. eſt receptũ
1 & in tribunali pro habenda illius contra debitorem in curia præſentem exequutione producitur, hæc requiritur prima citatio (ad dicendũ contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione quatenus opus ſit, necnon relaxari mandatum in obligatione ſuſceptum.) In hoc enim proceſſu extenſio formæ Cameræ non eſt neceſſaria.

2 Creditori tamen conſulo, ſi ſibi diligentius cautum eſſe velit, vt extenſionem hanc à iudice debitore ad hoc citato obtineat. Nã ſi poſtea ei ad proceſſum ſubſidialem excommunicationis deuenire expedierit, immediate, nullo extenſionis decreto expectato, aduerſus debitorem excõmunicationis remedium, modo, quem ſuperius retuli, libere, & licite obtinebit: alias erit neceſſe illius extenſionem obtinere; ſine qua litteræ declaratoriæ nullitatis vitio ſubiacebunt. Exequuta prædicta citatione, & illius relatione in actis redacta, iudex decernit, niſi ad primã diem cum intimatione; ſi tamen pars aduerſa nihil oppoſuerit. Quia ſi citatus in huius, vel alterius,
3 cuiusuis citationis ſimilis termino, Generalia contra, oppoſuerit verbo, & termino ad dicendũ cõtra pendẽte proteſtatus fuerit nihil fieri, iudicis officiũ in formæ Cameræ extenſione mandati relaxatione, vel alterius cuiuſuis decreti interpoſitione quieſcit, & iudex
4 admittit ſolum iura, & recognitionem illorum recipi mandat: & opus eſt alia citatione ſuper formã Cameræ extendenda, vel alio obtinendo decreto. Et quamuis ius diſponat, & forma vnius actus, prout infra dicetur, requirat recognitionem huiuſmodi coram iudice, & in ſeruatione termini ad dicendum contra, recipi tamen ex ſtylo & inueterata obſeruantia recipitur per Notarium domi eius, vel teſtium, vel alias vbilibet, & quandocũque. Idque ſine difficultate procederet, vbi diceretur ad videndum iurare teſtes ſuper recognitione, & committi Notario cauſæ, &c. Quia tunc etiam quandocunq. & in quocunque loco poteſt fieri recognitio; vt ſupra dictum eſt, &in-

5 & inferius ſuo aptiori loco latius explicabitur. Extenditur prætere rea hęc iurium recognitio a tergo illorum, abſque annotatione diei manus,& anni ſub hac forma DD.N. &N. medio iuramento tactis,&c. recognouerunt litteram, ſignum,& perſonam retroſcripti Notarij publici,ac ſigillum legalitatis Ciuitatis Corneti in forma.
6 Quę recognitio hic recepta,& annotata ſemper retrotrahitur ad diē ſeruati termini; & in confectione manualis actorum, regeſtri, & extractus ſub illa die extenditur; vt latius, & expreſſius in termino-
7 rum formulario videre poteris. Verum nota quod hęc ita ex interuallo temporis acta recognitio valet, parte non opponente: quia ſi pars aduerſa in termini ſeruatione, vel etiam poſt oppoſuerit, nihil fieri niſi recognitis iuribus, quamuis oppoſitio huiuſmodi vlteriorē proceſſum non impediat, nec aliud nouum decretum propterea requiratur ſuper teſtium recognoſcentium receptione; ſed vigore illius primi decreti hæc recognitio per Notarium recipi poſſit;tamen antequam a Notario recipiatur,non poteſt ex parte actoris ad vlteriores actus in cauſa deueniri; vt l. inſtrumentum,C. de prob. Moder. de prod. cōcl. 1294.n.4.Quia iura non recognita remanent tan quam ſcripturæ priuatæ c.2. vbi gl. de fid. inſtr. Oldr.conſ.1. n.3.ver ſic.non obſtat. Secus tamen parte non opponente: quia tunc valet ſententia ſine recognitione, & iura nō recognita tunc fidem faciūt. vt per Aegid. dec.540. & poſſunt etiam recognoſci poſt ſententiā Pereg. dec.151. die 5. Octob lib.1.alias 311.lib 2.dec.5. Nouemb. 1548.& in una Placen.fructum, coram Panphilio die 3.Iunij 1588. Sed ſi pro reo in quacunque iudicij parte fuerit oppoſitum, nihil fieri, niſi prius recognitis iuribus, & ſuper hac recognitione facienda ſpecificatis nominibus, cognominibus,patria,& habitatio-
8 ne teſtium, quia intendit dare interrogatoria,& interpretem adhibere, & niſi ipſo tacito, officium iudicis quieſcit,& omnia acta ſuſpenduntur, nec poteſt ad vlteriora procedi, niſi facta formali recognitione. Super qua pluries diſputare,& conſtanter affirmare vidi, quod requiruntur teſtes, qui deponant vidiſſe ſcribentem ſcribere illud,chirographum, ſiue ſcripturam, quam recognoſcere aſſerit, exprimendo locum loci, Alex. conſil. 76.num.6. volum. 3. Iaſ. in l. admonendi, num. 88. in 3. caſu de iure iuran. Felyn. cap.2. num. 1. de fid. inſtum.Pariſ. conſil 19. num.44.Afflict. deciſ.8 1.in fine. Palçott. deciſ. 174. in vna Romana duorum millium. Et hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Ioſeph.Lud.in deciſ. Peruſ. deciſ. 7. nu.17 & 18. & quo ad dictum chirographum, teſtatur
9 Galleſ. ad oblig. form. cam. mihi 25. In recognitione, autem inſtrumentorum non ſit ita exacta recognitio, vt in ſcriptura priuata. Put. deciſ. 1. de fide inſtrumen. cum inſtrumenta publica habeatur pro plene recognitis per deponentes, ſeu recognoſcere

manum

manum, vel ſcripturam,&perſonam Notarij ſcribentis, vt ſupra dictum eſt, iuxta ſtylum notariorum Ro.curiæ, vt per Abb.in c.ex litteris, de conſt.& præſertim vbi ſunt inſtrumenta de partibus quia non poſſunt facilè in curia reperiri teſtes, qui deponant vidiſſe ſcribere illud inſtrumentum, de cuius recognitione agitur, vt fuit dictũ in Rota, in quadam cauſa Maioricen.beneficij coram Auguſtino die 17.Maij 1553.vt per Veral. dec. 27.in manuſcrip.lib.1.Hoc nihilo-

10 minus omittere nolui, quod etiam ſi ex prædictis in recognitione requirantur teſtes, qui interfuiſſe ſcripturæ deponant, tamen de obſeruantia tribunalis A. C. valida fuit, & eſt recognitio facta per teſtes deponentes recognoſcere; quia eis nota eſt manus ſcribentis; vt per Veſtrium, de product.iur. lib. 6.n.8. verſ.nihilominus, cum huiuſmodi recognitio modo præmiſſo facta, vt plurimum remittatur arb.iudicis, de quo late per Menoc. de arb. iud. caſ. 114.n.20. Et id verum eſt, ſiue de tertij, ſiue de ſcribentis præiudicio agatur: & hoc

11 in apocis priuatis: Et adeſt ſtatutum Vrbis, de quo per Galleſ.in d. tract. de præambulis, & de inſtrum.q.2.nu.11.&ſeq. uerum quando hæc recognitio altero ex relatis modis haberi non poteſt, fit per cõparationem litterarum alterius ſcripturæ, quæ certa ſit, &indubitata, vtputà ſi ſit trino teſte ſubſcripta: vt per Ben.Stracha de merc.in tit.qũo in cauſa mercat. proced.ſit n.9.aliàs ſecus comparatio fieri nequit, Affl. dec.181.n.2 & 5.Quæ comparatio fit coram peritis,& expertis, ad id pro vtraque parte nominatis, qui arbitrantur,& iudicant ſuper dicta litterarum per comparationem recognitione. Et in cauſam diſcordiæ per iudicem tertius deputatur ex officio, cuius arbitrio ſtatur: quem cum iuramento referre,& declarare debere ſcitum eſt, ex l.hac edictali,§.his illud, C.de ſecund.nupt. Natt.conſ. 40.n.1.tamen dicta comparatio eſt dubia, quia forma ſcribendi mutatur ex multis acidentibus; vt per Bal. in auth.ſi quis n.2.in fin.C. qui potior.in pign.hab.& in hoc vide ea, quæ latiſſime dicit Paul.de Caſtr.in l.comparationes n 5 C.de fid.inſtr.quæ autem dicatur comparatio,& qũo ſit facienda habetur in l.comparationes, eod.tit.Et licet talis recognitio non niſi ſemiplene probet, vt per eundem Affl. d.dec.n.6.& ibi not.Caſtren.conſ.87.n.2.vol.2.vbi habetur, ꝙ in chirographis ſupradicta recognitio, ſemiplena dicitur prboatio: ſecus in ſcripturis publicis, in quibus remittitur arbit.iudicis; vt per Menoc.eod.tit.cas.94.lib 2.n.24.&25.tamen non ſemel in d.tribunali dicta chirographa modo præmiſſo recognita exequi,&exequutioni

„ demandari vidi, ac ſi plene recognita forent. (Quo vero ad recogni
„ tionem ſcripturarum quæ fieri ſolent ſine teſtibus, vtputa litterarũ
„ cambij, miſſiuarum,&ſimilium, non eſt neceſſaria recognitio per te
„ ſtes deponentes vidiſſe ſcribere, eum qui ſcripſit, ſed ſufficit ꝙ teſtes
„ recognoſcentes teſtes ſubijciant bonam cauſam ſcientiæ, videlicet

ex

,, ex quo habent notam manum ipſius ſcribentis, vt tenuit Rota in
,, Auenionen. pecuniaria coram Rubeo die 29.Apr.1599 (Nota ndū
12 eſt præterea acta omnia ante recognitionem,&oppoſitionē,de qua ſupra meminimus,facta eſſe valida , licet per recognitionem facien-
14 dam,vt præmiſi,ſuſpendantur.Fit non raro hæc oppoſitio, nihil fieri,niſi recognitis iuribus ſuper recognitione aliquorum iuriū, quorum recognitio eſt iudici notoria;puta bullę plumbeæ Annuli piſcatoris,ſigilli Cameræ Apoſtolicę,Pœnitentiarię, Regeſti bullarum,& ſupplicationum; quam cum Iudex calumnioſam manifeſte videat,illa non obſtāte ab vlteriora procedit.Hęc de recognitione dicta ſuf-
14 ficiant. Ad propoſitum in hoc capite proceſſum redeo. Cum debitor ante mandati relaxationem, vel etiam poſt oppoſuerit, velle calculare cum aduerſario,vel nouam cum eo conuentionem feciſſe,aut debitum perſoluiſſe, quę exceptiones exequutionem cameralis obligationis impediunt, citabitur debitor modo præmiſſo in 27. cap. relato. Qua citatione exequuta, &reproducta, & elapſa prima die iuridica poſt exequutionem huiuſmodi, mandatum exequutiuum expeditur.Alię verò exceptiones requirentes altiorem indaginem, in his exequutiuis, & ſummarijs cauſis non admittuntur, & reijciuntur,qualis autem dicatur exceptio requirens altiorem indaginē, eſt illa quæ non poteſt expediri intra tantum tempus quantum proceſſus principalis,Bart. in tract. ſuper conſtit. ad reprimen.in §.ſummaria poſt n.4.&magis late per Lancell.in 2.p.c.17.de attent. nullitate pend. ſub num. 120.121.& 122.

DE CALCVLIS QVI INTER COLLITIGANTES FIVNT. Cap.XXXV.

1 *Citatio prima ſuper calculo facienda.*
2 *Si debitor petat ſtatui diem,&horam ad calculandum,fit citatio alio modo.*
3 *Poſt primam citationem cōputa,&libri calculatoribus conſignātur.*
4 *Poſt hanc conſignationem fit alia citatio.*
5 *Mercator cogitur reo petente libros exhibere.*
6 *Stylus Notariorum ſuper exhibitione librorum mercatorum.*
7 *Poteſt reus huic declarationi addere, ſi & prout de iure.*
8 *An librorum exhibitionem petens, illis ſtare teneatur*
9 *Quæ dicta ſunt de libris, non ita procedunt in inſtrumentis. Et quā plura alia de mercatorum libris, illorumq exhibitione.*

CVm inter litigantes ſunt habita, & tractata plura computa,quę obligationem cameralem, cuius vigore agitur,& illius ſolutionem tangant, iudex ad partis comparentis, & ſæpius de calculo opponen-

1 ponentis inſtantiam, alteram partem citari mandat. Ad eligendum pro parte ſua peritum, & calculatorem ad effectum videndi, & calculandi computa inter aduerſarium, & inſtantem habita, & tractata, vna cum perito calculatore per inſtantem eligendo, & calculari mandari videndum, alias videndum illũ eligi, & deputari per D. ex officio ad primam diem, vel per totam ſi perſonaliter fiat, inſtan. Magn. D. Cle mente Mazzulano principali, vel eius procuratore. Et in citationis termino inſtans ſuum peritum nominat, & in contumaciam partis aduerſæ non nominãtis ſuum peritum, per iudicem aliquẽ ex officio deputari obtinet cum intimatione, vel, niſi ad primam diem cũ intimatione, arb. iudicis. Qua intimatione exequuta, & reproducta, computa, partitæ, ſolutionum, ac dati, & accepti ſi in actis Notarij exhibita inueniuntur, calculati, ſiue calculãtoribus, ad hoc vt calcu
2 lent, conſignantur. Si debitor conuentus certam diem, & horam ad calculum inter ipſas partes faciendum ſtatui petierit, citatur alia pars, ad calculandum in officio Notarij pro certis die, & hora, ſi calculare intendit, alias viden. relaxari mandatum quibuſcunque non obſtan. Et in hũc caſum Iudex mãdatum, niſi ad primam diẽ cum in
3 timatione relaxat. Poſt conſignationem cõputorum, ſcripturarum, & librorũ in manibus calculatorũ factã, citatur debitor hoc modo: (Intimetur Magn. D. Horatio Ruſpoli exaduerſo principali, qualiter libri, & cõputa reperiuntur in manibus calculatorum ad effectum calculandi, ideo citetur idem, ad illos informandum, faciendumq. pe
4 ritum ſuum referre, alias viden. mandari referri per peritum pro parte infraſcripti d. inſtantis deputatum, illiusq. relatione ſtari mandari ad primam diem.) Qua adueniente Iudex decernit, & mandat referri, & relationi periti partis inſtantis ſtari mandari, niſi ad primã diem fecerit ſuum peritum referre, cum intimatione. Poſtquam intimationem exequutam, & exhibitam notarius, in vim huius decreti peritorum relationem recipit; qua viſa, iudex poſtea ad cauſę expeditionem procedit. Si autem reus, vel actor errorem calculi allegauerit cum incontinenti probare debet. Dec. in l. 1. n. 8. C. de errore calculi.
5 Rota in vna Foroliuien. penſ. 28. April. 1595. coram Penia, Si autem proceditur ad mercatoris inſtantiam, & reus conuentus, vt plerunq. accidit, ad docendum de ſolutione, vel pro calculo faciendo, aut ad alium effectum ſibi proficuum libros exhiberi petit: iudex ab executionem vlteriorem, niſi facta librorum exhibitione, non procedit; licet pluries extrahantur partitæ per Notarium cauſæ, quem pro illarũ extractione iudex arb. ſuo tranſmittit. Ad quã exhibitionem mercatores cogi poſſe negant, ſaltem niſi facta prius declaratione de vo
6 lendo illis ſtare pro, & contra. Et quamuis alias a Notarij huius tribunalis collegialiter congregatis relatum fuerit, partem petentem exhiberi libros de ſtylo teneri hãc declarationẽ facere; tamen, pace

ipſo.

ipſorum dixerim, quod veritas in contrarium eſt. Etenim pars non
poteſt cogi declarare ſe velle illis ſtare pro, & cõtra, ſimpliciter, ſed
7 tantum adiecta conditione, ſi, & prout de iure tenetur, cum iuris eſ-
8 ſe videatur, vt qui vult ſe fundare in libro quoad ſolutionem debiti,
illum quoad creditum inſimul acceptare debeat, vt per Menoch. de
arb. iud. lib. 2. caſ. 92 per tot. Ang. l. 3. dec. 313. ſecus tamẽ procedit
qñ petens talem exhibitionem, non fundaret intentionem ſuã circa
ſolutionem in libris apparentem: quia tũc dicendũ eſſet libros mer-
9 catorum, & illorum partitas nõ niſi contra ſcribentem probare, iux.
com. op. de qua per Iaſ. in l. admonendi n. 134. & ſeq. de iur. iur. & q
non probent plenè pro tertio contra tertium, etiam ſi eſſent publi-
ci officiales, extat deciſio Rotæ in Caputaq. penſ. corã Quiroga,
& per Verall. dec. 13 lib. 1. in manuſcr. & alia facta, in cauſa Ciuita-
tis caſtelli releuationis indemnitatis coram Paleotto, die 9. Iunij
1559. ſub num. 191. & dec. Cott. 267. Et cum hæc pauca dixerimus
de libris pro tertio contra tertium, non videtur rationi diſſonum a-
liquid eſſe referendum, quo ad fidem eis adhibendam pro ſcribente,
vel contra eum, quod habetur per ſcribentes in l. quædam, §. num-
mularios. C. de eden. & l. admonendi, ff de iur. iur. vbi habetur, quan-
do ſit eis fides adhibenda, ſcilicet, quod conſiderata qualitate mer-
catoris, & quantitate creditis, ſeu conditione rei, de qua agitur iudi-
cis in hoc auctoritas accedat, & eius arbitratu fidem eis adhibeat,
vt latè per Hipp. de Marſil. in ſing. 458. verſ. liber merc. Partita au-
tem vnius libri vera exiſtente an cæteræ præſumuntur veræ, vide
Caſtren. in conſ. 301. n. 4. l. 1. Iaſ. in rep. l. admonẽdi n. 128. ff. de iure
iur. Gabriel concluſ. 5. num. 1. vbi atteſtatur de magis communi. Et
licet obligatus exhibere libros, teneatur eos edere in loco, vbi exer
cuit, etiam quod ibi eſſe deſierit, vt per Gomeſ. deciſ. 268. tamen ſi
hic in Vrbe non reperiantur, vidi A. C. illos non ſemel exhiberi
mandaſſe in loco vbi reperiuntur, hoc modo videlicet. Quod idem
Aud. Cam. per ſuas compulſorias litteras, & ſubdelegationis in-
ſtrumentum, arbitratu ſuo ſubdelegat iudicem in partibus, cui li-
bri exhiberi debeant, qui videt ſi aliquid eſt qnod ad cauſam faciat,
& illud ad partis petentis inſtantiam ad ipſum Dominum Audito-
rem, quo merita cauſæ cognoſcere poſſit mittit. Etenim quæ dicta
ſunt de libris, non ita procedunt in inſtrumentis: nam ſi aliquis
vult ex inſtrumento agere, regulariter in totum, & non in parte,
ei ſtare cogitur; vt per Cynum in l. 1. C. de confeſſ. & l. 2. C. de do
nat. ante nupt. cum ſimil. Quis enim non poteſt approbare contra-
ctum ad ſui vtilitatem, & illum reprobare quo ad eius damnum, l.
ſi ita ſtipulatio, in fin. ff. de oper. liber. Bald. conſil. 32. & 34. num.
1. volum. 2. Tiraquell. de retract. in fin. num. 4. & ſequen. Ex contra-
ctu tamen quem quis impugnat, vel non ſeruat, ſe iuuare non poteſt,

„ quatenus durat impugnatio, ſed ea finita ſic Paul.de Caſtr.in l.cum „ proponis la 2.n.2. C.de pact.vide etiam Iaſ. in tit. de actionibus, §. „ item ſi quis, num 22. & ſeq.

DE MODO PROCEDENDI AD EXECVTIONEM inſtrumenti contra Communitatem.

DVbitant aliqui in proceſſu exequutionis obligationis per Cõmunitatem factæ, An mandatum contra Priores, Maſſarios, & Officiales, ac particulares in inſtrumento non nominatos perſonaliter exequendum concedi poſſit. Vidi, iure permittente, ſemper in ſimilium exequutione obligationum mandata exequutiua relaxari, & exequi mandari contra Priores,& Officiales Cõmunitatis, pro tempore exiſtentes, licet in obligatione non ſint nominati. Ratio, quia,licet debitum Vniuerſitatis non ſit ſingulorum de per ſe ſingulariter conſideratũ;l.ſicut ;§.ſi quid Vniuerſitati, ff. quod cuiuſque vni. nomi. & ibi Paul. de Caſtr. in §. ſi quid in princip. Afflict.deciſ. 400.n.2. nec ergo videatur condecens, quod vnus de vniuerſitate capi poſſit, ſeu inſol.dum exigi pro debito totius vniuerſitatis, & nedum ciuili imo naturali iuri repugnet, vt alius pro alio moleſtetur ; l. 1. C. vt nul. ex vic.lib.10.&in auth.vt nul.iud.§.quoniam vero,& de iniur.& damn.dat.in 6.cum ſimil. hi tamen, ad quos ſpectat onus exigendæ collectæ, elapſo tempore, per quod ſunt in negligentia, capi poſſunt, & ab eis exigitur inſolidum. Verum ipſi poſtea ab illis de Vniuerſitate recuperabunt pro viribus ſingulorum, l. 1. circa fi. ff. de mu.& honor.& illam ad hoc allegat Bart.ſecundum Lud.in §. actor municipium,quia adhoc allegat.C.de exact.tribu.l.miſſi opinatores lib.10. Vnde erit dicendum, quod ſi ad conſules,ſeu priores ciuitatis ſpectat onus exigendi credita,cum tamen communitas non habeat neque nolle,neque velle,& iſti quadam fictione populum repræſentent, argum. l.oſſa, ad fin ff. de relig. & ſum. fune. & conſtituantur in negligentia illa exigendi, pro ſoluendis debitis ciuitatis poterunt ipſi capi,& inſolidum exigi,per d.l. 1. & d.l. miſſi opinatores,& ita debet intelligi, quod not.Bald. in l. etiam. C.de executio. rei iud.idem etiam dicit Bart. in l. 4.ff.de re iudic.vbi ſic diſtinguendo: dicit, aut loquimur de exequutione perſonali,& ſic hoc modo; quia conſules populi capiuntur, qui quadam fictione ſunt populus, non quia ſunt perſonaliter debitores, ſed quia habent facult.tem ſoluendi ; vel quia populus nõ debet perſonaliter capi cum non ſit in mora, aut loquimur in exequutione reali,& tunc debet fieri exequutio in bonis ipſius Communitatis,vt puta in molendino,nemore,& ſimilibus, vt ibi ſub nu. 11. in fin. verſic.modo reſtat,& ſub

num.

num. 14. eod. verſic. vbi quod nec iumenta ſingularum perſonarum poſſint capi pro debito vniuerſitatis, cum in contractu non continetur obligatio ſingulorum, ſed tantum eſt obligata ciuitas non autem ſinguli ciues, quia quod meũ eſt, vniuerſitatis non eſt, nec minus poſſunt capi tanquam ſingulares, licet contractus vniuerſaliter, & ſingulariter ſingulos obliget, cum tot, & tanti ſint ciues, nec poteſt apparere quantum tangat prorata, nec actor poteſt edere certã quantitatem, ſequitur, quod captus debet relaxari, & dicere, quod quilibet tenetur inſolidum, niſi expreſſim, aut nominatim dicatur falſum eſt, vt ibi ſub eod. nu 14. Et quod vniuerſitas ex ſuo contractu nõ poſſit obligare ſingulas perſonas, non conſentientes obligationi dicis Iaſ. in. l. ſi ſe non obtulit, ſub n. 25. ff. de re iud. & ibi vide limitationes ſub num. 23.

DE NVLLITATE, ET REVOCATIONE MANDATI, & exequutionis Cap. XXXVII.

1 *Qui plus debitore, & tempore petit, in expenſis condemnatur & mãdatum reuocatur.*

2 *Valet mandatum pro ſumma incerta; Sed ſi vltra debitum exequatur creditor in expenſis condemnatur.*

3 *Cenſura quãdo petitum eſt plus debito non ſubſtinentur etiam pro ſumma debita.*

4 *Mãdatum pro ſumma indebita obtentum ſubſtineatur pro ſumma debita ſed non pro expenſis.*

5 *Plures caſus, quibus mandata ex nullitatis capite reuocantur.*

1 QVi plus debitore, & tempore petit, venit in expenſis condẽnandus, l. vnica. C. de plus petition. & mandatum ſi quod
2 obtinuerit reuocatur. Si quis obtinuit mandatum pro ſumma incerta, puta pro ſorte principali alicuius ſocietatis, & illius fructibus non liquidatis, validum eſt, vt inferius ſuo aptiori loco dicetur. Sed ſi fuerit contra debitorem plus debito exequutum, petitio per dictam exequutionem declaratur nulla: cum enim decretum ſit indiuiduum, non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere. l. in hoc iudicio, ff. famil. herciſcun. Afflict. dec. 218. num. 4. cum in parte nullũ, & in totum redditur nullum: vt per Riminald. Iun. cõſil. 190. num. 78 & ſeq. vbi atteſtatur de communi. Et actor in expenſis mãdati, & exequutionis venit condemnandus, licet ex infra dicendis mandatum pro ſumma debita ſubſtineatur ex quadam æquitate; quando de nouo eſſet concedendum, & relaxandum ſecundum Angel. & alios in l. ſi finita, ff. de damn. infect. Grauet. conſ. 36. num 7. Gozad. conſil. 21 num. 36. vbi atteſtarur de communi in cõ

3 fil.74 nu.167. Cenſuræ autem quando ita incertæ ſunt, & in earum
publicatione plus debito petitum fuiſſe apparet, nec etiam pro ſum
ma debita vllo modo ſuſtinentur: quia etiam ſunt indiuiſibiles, ſem
per reuocantur; vt bene explicat Galleſ. in eius tract. ad form. cam.
in quæſt. poſt proceſſum inciden. n.36.& ita fuit pluries in Rota iu-
dicatum; vt coram de Graſſis in vna Calaguritana beneficij 7.Nou.
1575,& coram Bubalo, in vna Salamãtina penſionis 9.Maij 1585.
nu.3. in dec. diuerſ. impreſſ. lib. 2. Et differentia eſt inter mãdatum
& cenſuras; quia mandatum poteſt iuſtificari etiam poſt illius rela-
xationem; vt coram Rubuſterio 20. Iunij 1576.in vnà Nepeſina.
Cenſuræ autem non iuſtificantur ex nouiter deductis. vt coram Ve-
4 rallo deciſ. 157. lib. 1. & deciſ. 286. in manuſcript. Extracto autem
mandato pro centum, quando creditori non debentur niſi quinqua-
ginta, & ſic pro quinquaginta plus debito, licet in mandati extra-
ctione, & pro centum & pro quinquaginta idem peræque impenda-
tur, tamen reus ad impenſas mandati eiuſmodi non obligatur; quia
ſententia, ſeu decretum vnicam integram ſummam continens, etiã
ſi in parte debeatur, non poteſt etiam pro ſumma debita, vt dictum
eſt, ſuſtineri; ſed prorſus nullum redditur, vt per Bart. & Bald. vl-
tra ſuperius citatos in l. certi condictio, §. oportet igitur, ff. ſi certũ
pet. per eundem Bart. & alios in l. fin. de iuriſdict. omn. iudic. Put.
deciſ. 317. lib. 1. & in vna Larinen. frumenti coram R.P.D.Ro-
buſterio de anno 1575. & in eadem Larinen. coram Eminentiſſimo
Blanchetto 9. Decembris 1577. dec.205 Et quamuis hæc manda-
ta ex ſuperius allegatis, præſerim parte inſtante, in totum tanquam
nulla reuocanda ſint, nihilominus ad antiquo Auditoris Cameræ
ſtylo, qui vim legis obtinet, Afflict. deciſ. 135. num 3. Roland.
à Valle conſil. 70. num. 13. volum. 1. contrarium ſeruatur. Manda-
tum enim pro ſumma indebita relaxatum, ſuſtinetur pro ſumma
debita, licet in expenſis condemnetur actor, vt dixi. Qui ſtylus
Auditoris Cameræ videtur fundatus in æquitate ad euitandum cir
cuitum, qui euitandus eſt, l. cum fundus, §. 1. ff. ſi certum petat.
Socin. conſil. 171. colum. 4. verſic. Sed poſito, Roland. à Valle
conſil. 79. num. 9. volum. 3. Quod indubitatè procedit, quando
decretum, ſeu ſententia continet diuerſa capita: quia tunc ſubſti-
netur pro ea parte, quæ verè debita eſſet; quot enim ſunt capita
tot ſententiæ, vt in l. ſcire debemus, ff. de verb. oblig. Put. deciſ. 327.
in non impreſſis, & in impreſſis deciſ. 324. num. 5. Contard. in re-
pet. l. vnicæ, C. de moment. poſſeſſ. ratione damni irreparabilis, li-
5 mit. 1. num. 38. fol. mihi 148. Becc. conſil 92. num. 4 Sed ſi fue-
rit mandatum relaxatum, aut per contradictas parte in Curia exi-
ſtente, aut parte citata in Vrbe, debitis tamen, ac requiſitis ter-
minis non ſeruatis, quod nimia agentium diligentia, & ſubſtitutó-

rum

rum in curia interdum accidere poſſet, puta omiſſa formæ cameræ inſtrumenti in actis producti extẽſione, reuocabitur. Reuocabitur pariter, ſi in vim inſtrumenti in actis producti, cui adiecta ſit ſimplex cameralis obligatio, ea ſcilicet, in qua nullum eſt ſuſceptum mandtũ, ad relaxationem mandati in obligatione ſuſcepti proceſſum fuerit. Rurſus reuocatur, ſi nõ elapſo intimationis termino expeditur, quoniam d. termino pendente officium iudicis conquieſcit, l. ſiue pars, C. de dilatio. Et pari ratione reuocatur, ſi nõ elapſo termino in actis per debitorem ad ſoluendum ſuſcepto, mandatum expediretur.

DE EXEQVTIONE OBLIGATIONIS CAMERALIS pro intereſſe ex ſui natura liquido. Cap. XXXVIII.

ET quia hæc exequutionis obligationis Cameralis materia eſt ſatis quotidiana, & ideò plenius pertractanda non igitur videtur prætereundum, quod ſi illius vigore proceditur contra obligatũ particulariter ad certam rem dandam ſiue tradendam, & in defectum ad intereſſe creditori teneri voluit, ſi intereſſe fuerit ex ſui natura certum, & liquidum, tunc pro eo conceditur exequutio, ita vt ſupra fuit reſolutum in Sacræ Rotæ auditorio in vna Romana cenſus corã Seraphino die 10 Decemb. 1583 & in alia Romana, ſeu Cornetana dotis, 11. Februarij coram Cantuccio, quam deciſionem inferius habes Romana, ſeu Cornetana dotis die 11. Februarij ..... coram Cantuccio. Domini dixerunt Illuſtr. Domino Alexandro de Aptis competere viam exequutiuam vigore obligationis Cameralis contra Illuſtriſs. Dominum Bernardinum Sabellium pro reſtitutione dotis, de qua agitur ex pluribus.

Primò, quia in inſtrumento conſtitutionis Dominæ Helenę dictus Bernardinus eius maritus promiſit & ſe obligauit Dominę Portiæ matri dictæ D. Helenæ, quod Eminentiſſimus Dominus Cardinalis de Sabellis inueſtiat ſcuta 9000. tempore receptionis in bonis ſtabilius pro cautela, & ſecuritate dotis in omnem caſum, & euentum reſtitutionis dotis, & pro his dictus Dominus Bernardinus ſe obligauit in forma Cameræ. Vnde cum non doceatur pro parte dicti D. Bernardini de huiuſmodi inſtrumento poteſt dictus D. Alexãder hæres d. D. Portiæ agere executiuè ad intereſſe ad quod d Bernard. expreſſe ſe obligauit in forma Camerę, vt per Galleſ. d. form. oblig. cam. par. 3. num. 11. & loco intereſſe petere ſortem principalem, Bald. in l. ſi traditio q. 4. C. de act empt. Ruin. conſ. 141. nu. 9. in fine lib. 1. Roman. conſil. 295. num. 10. & ſequen. lib. 2. ſicut dicimus in contractu cenſus, quod ſi non ſeruantur pacta, nempe renouatio cautionum ſeu aliqua pacta poteſt loco damnorum peti ſors principalis.

Secundo, quia in dicto inſtrumento dotali eſt enunciata reſtitutio dotis, vt patet ex illis verbis, in omnem caſum, & euētum reſtitutionis dotis obligatio Cameralis pro omnibus, & ſingulis intelligitur, etiā pro reſtitutione dotis: quia clauſula, omnia, & ſingula, refertur ad enūciata. Alex. conſ.17. n.2.lib.3.Ruin.conſ.137.n.6.lib.1.& cōſil.103 n.11.lib.1.Pariſ.conſ.97.n.91.lib.1.Creſcen.dec.26.& in fortiorib.terminis Lancel.in Rota ſocietatis de Philippen.3. Mar.1581.

DE EXEQVVTIONE OBLIGATIONIS quarantigiatę. Cap. XXXIX.

1 *Via citationis ad quarantigiati inſtrumēti exequutionē proceditur.*

2 *Quæ citatio ſiat.*

3 *Contra hanc exequutionem appellatio ſuſpenſiua non datur, ſecus ſi inſtrumentum ſit aliquo modo offuſcatum.*

4 *Debitori in forma quarantigiæ obligato terminus iuris conceditur.*

1 PVtant nonnulli ad exequutionem obligationis ſub forma quarātigiæ recepta in via monitorij in tribunali A.C. procedendū eſſe: non deſunt tamen plures, qui contrarium ſentiunt, & exiſtimant citationem ſufficere. Nam ex quo eiuſmodi obligatio per Notarios Vrbis, raro, vel nūquam recipi conſueuit, his dubitationibus anſam 2 præbet. Ego vidi ex inueterato, & incōcuſſo, hactenus more citationem præmitti aduerſus debitorem ad ſoluendum iuxta ſuæ obligationis formam, alias videri contra ipſum decerni, & relaxari mandatum exequutiuum. In cuius citationis termino, iudex ad partis comparentis inſtantiam illud decernit, & relaxat, niſi ad primam diem cum intimatione. Cum iſta quarantigia ſit præceptum factum in cōfeſſum per notarium de inſtrumento rogatum effectum Iudicem Cartularium de obſeruando promiſſa, Cyn.in l. 1.n.3.in fi.C. de cōfeſſis. Bar. ibi in ſum.n.15. Ang. in l.a iudice prætor, §.1.n.4. ff.de re iud.& ideo exequutiuum. Neguſ. de pignor.in primo memb.8.p n.22. ſuper hac quarantigiæ forma, illiusq. vi, & importantia, ac exceptionibus, quæ contra eam admittantur, cum plures I. C. ac viri doctiſſimi ex profeſſo tractauerint, hæc pauca ſolummodo ad exequutionis modum, 3 & procedendi ſtylum dicta ſunt. Contra huius obligationis exequutionē, nulla ex præmiſſis appellatio recipitur ſuſpenſiua. Secus quando tale inſtrumentum aliquo modo offuſcatum apparet, eo enim caſu viam exequutiuam non habet, Lancel. de attent.appel. pend in 2. 4 p.c.12.lim.9.n.7. Et quamuis forma hæc arcta ſit, vt quis ſub ea ſe obligans iudicis præceptum, & madatum in ſe, vt ſupra dictum eſt, ſuſcipiat; tamen debitori petenti terminus 30. dierum, vel breuior, conſiderata ſumma debita, ad ſoluendum paſſim conceditur. Cęterū

quæ

quæ dicuntur de modo procedendi in quarantigia eadem videntur ſeruari in exequutione inſtrumentorum iuratorum, ad tradita per Iaſ. in l. iusiurandum n. 13. ff. de iureiur. & per eundem Iaſ. in tit. de actionibus, §. itē ſi quis, il 2. n. 17. Hip. de Marſ. ſing. 356. incip. iuramentum, Signatura tamen vt audiui, contrarium ſeruare conſueuit, & commiſſionem appellationis ad vtrunq. effectum paſſim concedit. Quod videtur conformari cum reſolutione DD. de Rota, de qua in deciſione facta coram Litta, in cauſa Briconorien, pecuniaria ſeu Imolen. dotis die 17. Nouembris 1596.

DE PROCESSV EXEQVVTIO. INSTRVMENTI, IN QVO notarius omiſit ponere, ſub qua forma debitor ſe obligauerit. Cap. XL.

1 *Si ſuperuenit notarius, qui inſtrumentum recipit ſtatur illius declarationi.*

2 *Mortuo notario qui ſit Aud. Cameræ, vel Cameræ Apoſt. ſub forma Cameræ obligatio facta intelligitur.*

3 *Quomodo facienda ſit extenſio clauſula, &c. ſi notarius ſit mortuus.*

4 *Quando notarius corrigat errata remiſſiue.*

OB negociorum, & obligationum numerum, notarij, eorumq. ſubſtituti, & ſcribētes obligationes cæteratas in ſuis libris annotāt, & aliquando incuria, vel memoriæ defectu ſubſtantialem clauſulam obligationis cameralis prętermittunt dicentes ſolum. Pro quib. &c. obligauit, &c. iurauit, &c. Et vidi alias dubium, An obligatio in qua illius forma minime exprimitur in forma Cameræ, vel in forma iuris
1 facta intelligatur; Et ſuper dubitatione huiuſmodi per dd. Locumtenen. & notarios tribunalis A.C. reſolutum ꝙ ſi notarius, aut ſcriba, qui obligationem recepit, ſuperuiuit, & intereſt, ad eum ſit recurrendum illiusq. declarationi ſtetur: talis.n. ſcriba Notarium principalē repræſentat, iuxta plures reſolutiones DD. Notariorum A.C. collegialiter factas, de quibus in libro rubeo d. collegij. Si vero non ſuperuiuat, vel abſit à Notarijs tamen A.C. vel Cameræ Apoſt. recep-
2 ta ſit, in forma Cam. recepta eſſe intelligatur, illiq. exequutio nō ſecus, ac inſtrumento in forma Cam. extenſo detur: etiam ſi non ſit expreſſa forma Cameræ; etenim non conſueuerant ſub alia, quā Cam.
3 Apoſt. forma inſtrumenta ab illis recipi. Hæc pauca de inſtrumentis in Vrbe celebratis dicta ſunt, non inutile videntur aliqua alia dicenda de extenſione clauſularum inſtrumentorum extra vrbem celebratorum, vtputa qūo debeat extendi clauſula, &c. ſi notarius ſit mortuus docet Bar. in. l. Gallus, §. idem credendum n. 2. & 3. ff. de lib. & poſthum. Alex. conſ. 163. vol. 7. n. 11. & conſ. 28. n. 8. lib. 2. Iaſ. in l. Ar-

gentarius,col.1 .in fin.ff. de eden.l. non impoſſibile, n.6.ff.de pact.& in terminis d.l.Gallus,d.§. idem credendum,eod.tit.idem Iaſ. de extenſione d.clauſulæ, ſeu dictionis, &c. abbreuiati magis diffusè dicit quod ſi notarius rogatus de tali inſtrumento in qua expreſſe non legitur forma quaranti giæ non habeat firmum ſtylum attenditur ſtylus per eum conſuetus in illa materia de qua agitur per alia inſtrumenta ab eo recepta, & leuata. Si autem variauerit in eadem materia attenditur vltimus ſtylus ſuus, & ſi de vltimo ſtylo non appareat recurritur ad magis communem, & in caſibus dubijs recurrendum
4 eſt ad iudicem, vt ibi ſub num.23. Dicendum quoque erit, quãdo notarius valeat ab eo errata corrigere, in his quæ pertinent ad ſuum officium, & quando in his quæ pertinent ad partes pro illorum intellectu recurrere ad Bart. in conſ. 208.lib.1. per totum, qui materiã hanc optime diſtinguendo explicat.

DE EXEQVVTIONE MANDATORVM EXEQVVTIVOrum. Cap. XLI.

1 *Mandata exequutiua, per quoſcunque exequutores exequi poſſunt.*
2 *Hoc Iudices aliter ſentiunt.*
3 *Poteſt fieri exequutio realis, & perſonalis vnico contextu.*
4 *Ex gratia, & modeſtia Iudicum contra certas perſonas mandata perſonaliter non exequuntur.*
5 *Sub qua conditione debitores carcerati relaxantur.*
6 *Realis exequutio in bonis mobilibus, quomodo fiat.*
7 *Quomodo ſuper re ſtabili mandatum exequitur.*
8 *Forma huius vltima exequutionis.*
9 *Si debitor pecunias promptas habens, & exequutoribus cõſignat, ceſſat exequutio.*

1 MAndata exequutiua in tribunali A.C.relaxata exequutoribus dantur exequenda, & per exequutores quoſcunq. exequi poſſunt iuxta diſpoſitionem litterarum Pij IV. ſuper reformatione. tri-
2 bunalium Vrbis. Verum hodie A. C. & illius Locatenen. aliud ſentiunt, mandataq. per eorum exequutores tantum ſub nullitatis pœna aliqua ex cauſa moti, exequi mandant. Exequutores habito mandato exequutionem realem, & perſonalem creditoris arbitrio faciũt
3 Cameralis.n.obligatio hanc facultatem, & priuilegium habet: Per-
4 ſonalem quidem faciunt debitorem ad carceres ducendo, à qua perſonali exequutione Epiſcopi, Prælati, Barones, Illuſtres Viri, ac Mulieres honeſtæ ex gratia, & modeſtia iudicum excipiuntur, licet obli-
5 gatio indifferenter contra omnes prædicto priuilegio gaudeat. Facta perſonali exequutione non relaxatur à carceribus debitor niſi

ſoluto

ſoluto debito vel præſtita cautione idonea in forma depoſiti de ſoluendo ad omne iudicis mandatum: idque ex quodam potius diuturno, & inueterato more tribunalis, quam ex iuris diſpoſitione cõ
6 tingit: quia de iure deponere non eſt ſoluere, Bar.in l. item liberatur ſ.qui paratus,n.3.ff. quib.mod.pign.vel hypo.ſol.Si autem exequutio in bonis mobilibus fiat, ſolent exequutores bona ex domo debitoris accipere, & penes aliquem tertium in depoſitum dimittere. Solent præterea accipere aliquem depoſitarium illius exequutio-
7 nis, licet re vera illi non conſignent.Si vero exequutores realem in bonis ſtabilibus exequutionem facere voluerint, vocato Notario, ad domum debitoris. vel vineam accedunt, & mandatum ſuper illa exequuntur in illam intrando, & per eam deambulando, de quo actu duobus adhibitis teſtibus Notarius, ita inſtrumentum conficit. N. Curiæ Illuſtriſs.& Reuerendiſs.D.Auditoris Cameræ exequutor, ſiue ſubexequutor habens prę manibus mandatum exequutiuum ad inſtantiam Illuſtr.D.Tiberij Ceuli, contra B. relaxatum, cuius hic
8 eſt tenor. De mandato,&c. vna mecum Notario acceſſit ad domum dicti B. debitoris ſitã in Vrbe in regione Parionis, cui ab vno latere,&c. ſuper ea, illiuſq omnibus, iuribus, membris,& pertinentijs, virtute præinſerti mandati exequutionem fecit omni meliori modo
9 &c. ſuper quibus,&c. prę ſentibus, &c.Debitor aliquoties ad dictã realem, vel perſonalis exequutionem euitandam, habens pecunias prõptas, illas exequutori conſignat,& ſic ceſſat vtraque exequutio.

DE SVBHASTATIONE PIGNORVM. Cap. XLII.

1 *Citatio in proceſſu ſubhaſtationis pignorum.*
2 *Exemplar mandati de ſubhaſtando.*
3 *Si debitor penes Notariũ, vel creditorẽ deponit, ſit citatio alio modo.*
4 *Formula mandati de ſubhaſtando pignora per debitorem depoſitata, vel creditori conſignata.*
5 *Poſt relaxationem huius mandati, quid agendum.*
6 *Creditor exequutori dicenti depoſitarium recepiſſe.*
7 *Contra depoſitariũ ab exequutoribus acceptũ nõ requiritur citatio.*
8 *Secus contra receptum à Notario, & quæ citatio fiat.*
9 *Non licet creditori curſorem eligere, & quare*
10 *Tenetur creditor deferre mandatum ad bancum Curſorũ, & quid per illorum Magiſtrum fiat.*
11 *Curſor conſignatis ſibi pignoribus oblatores recipit.*
12 *Tres ad minus debent eſſe oblatores.*
13 *Quid ſit cedula ſubhaſtationis.*
14 *Quid Curſori pro illa habenda ſoluatur.*

Subã

15 *Subbaſtatio rei magni valoris denegatur pro paruo credito.*
16 *Qua dicantur pignora conuentionalia.*
17 *Creditor in pignore conuentionali habet ciuilem,& naturalẽ poſſeſſionem.*
18 *Creditor in pignore cõuẽtionali dicitur procurator debitoris &n.19*

1 POſt factam realem exequutionem, ad creditoris inſtantiam hæc fit contra debitorem citatio, ad videndum mandari conſignari infraſcripto inſtanti pecunias, ad computum ſui crediti, ſeu in ſolutum, ſi ſufficiant, quatenus vero pignora, curſori ad effectum ſubhaſtandi,& ſubhaſtati mandari. In cuius termino Iudex facit decretũ, niſi per totam illam diem debitor ſoluerit, vel aliquid releuans allegauerit.
2 Sequenti die mandatum ſub hac forma expeditur. De mandato Illuſtriſs.& Reuerendiſs. D.A.C. ſiue eius R.P.D Locumtenen. &ad inſtantiam Illuſtr. D. Tiberij Ceuli principalis, mandatur tibi exequutori, ad quem ſpectat, quatenus ſtatim viſis præſentibus, ſub 500. ducator. auri cameræ,& pro illis mandati exequutiui,& in iuris ſubſidium, excommunicationis, alijſque &c. pœnis, debeas pignora in exequutione d.B. ablata, quatenus pecuniæ, inſtanti in ſolutum ſui crediti, quatenus vero bona curſori, ad effectum ſubhaſtandi, conſignaſſe,& conſignari feciſſe: Tibi vero Curſori ad quem ſpectat, ſub
3 eiſdem pœnis mandatur, quatenus viſis præſentibus debeas eadem pignora, vt moris eſt ſubhaſtaſſe; quoniam d B. debitore citato D. ita mandauit, die &c. Debitor aliquoties ad expenſas exequutionis euitandum, ſolet in officio Notarij aliqua pignora deponere, ſeu illa in poſſe ſui creditoris ex conuentione tradere,& in hunc caſum erit præmittenda, citatio modo inferius dicẽdo. In cuius termino Iudex
4 facit decretum, niſi ad primam diem cum intimatione. Qua intimatione exequuta,& producta,& prima die iuridica poſt exequutionem elapſa, expeditur mandatũ, curſori tantum decretum, quatenus debeat pignora in actis depoſita, ſeu conuentionalia ſibi conſignanda,
5 vt moris eſt, ſubhaſtaſſe. Mandatum de ſubhaſtando ſic expeditũ exequutori, qui exequutionem fecit, conſignatur: qui pecunias, ſi quas habet in manibus, creditori reſoluit, ſi bona mobilia, debitorem adeundo,& ab eo auferendo, ſi fortè apud eum adhuc remanſiſſent, vel à tertio, in cuius manibus in depoſitum illa dimiſit accipiendo, cur-
6 ſori conſignat. Si autem aliquis ſe depoſitarium vocauit ad illũ accedens, bona eius propria, vt practicari vidi, aufert,& curſori præbet,& ea eſt exequutoris in his, quæ ad officiũ eius pertinet, fides, vt etiam ſi tertius ille depoſitarius conſignare recuſauerit, aut ſe depoſitarium vocaſſe negauerit, non poſſit propterea exequutoribus obſiſtere, quin bona ſua propria auferant, aut ipſum ad carceres du-
7 cant. contra eum, qui ab exequutoribus in depoſitarium exequutionis electus fuit, non eſt opus proceſſu, aut citatione aliqua. Quando autem

8 autem depoſitarius à notario recipitur, citatio contra illum, ac debitorem requiritur. Ad videndum mandari conſignari, & conſignandũ reſpectiue, alias viden. contra ipſum depoſitarium decerni, & relaxari mandatum exequutiuum. Et in relationis termino Iudex, niſi ad primam diem cum intimatione decernit. Qua exequuta, reproducta reuolutaq. prima poſt exequutionem iuridica die, creditori mandatum reiectis per depoſitarium exceptionibus allegatis, conceditur

9 Non licet creditoribus curſorem ad ſobhaſtandum prgnora, quem maluerit eligere: nam ſubhaſtationes per turnum curſoribus ab illo-

10 rum Magiſtro pro tempore exiſtente diſtribuuntur. Expedito mandato de ſubhaſtando, creditor Magiſtro curſorum in eorum bãco in acie Campi Flore quotidie reſidenti illud defert, & per turnum curſori, cui debetur diſtribuit, nomenque curſoris prædicti, à quo ſubhaſtatio eſt facienda, à tergo mandati annotat, vt ille pignora ab exe-

11 quutoribus recipiat. Receptis curſor pignoribus, ſi mobi lia ſint, ab exequutore, notario, ſeu creditore per realem, & effectualem conſignationem: ſi vero ſtabilia habita ab exequutore, notario relatione exequutionis factæ, ad illorũ ſubhaſtationẽ procedit: oblatores recipiendo. Quos pro eius faciliori, & celeriori expeditione, creditor conducit, eoſq. curſor recipit, ac illorum nomen, & quantum ſudet pignoribus offerant, annotat. Et cum tot receperit oblatores, ꝙ ſibi iuſtum, & æquiualens pretium aonorum, & oignorum oblatum eſſe

12 videatur (in qua oblationes tres ad minus de ſtylo curiæ debent eſ-

13 ſe oblatores) ad creditoris inſtantiam cedulam ſubhaſtationis facit. quæ eſt notula in folio bonorum ſubhaſtatorũ de cuius iudicis mandato ſubhaſtantur, per acta cuius notarij, nomina offerentium, quidu, & quantum offerant, cum aſſertione, ꝙ poſt vltimum oblatorem

14 neminem plus offerentem inuenit Pro hac cedula curſoribus obuli ſeu baiocchi duo pro ducato, ad rationem carolenorum decem pro ſingulo ducato pretij oblati ſoluũtur, & aliquando minus. Et quando pretium oblatum ad ſummam debitam non aſcendit, creditor ſolum pro quantitate oblati pretij ſoluere debet, non autem pro tota ſumma debita vt ſæpe curſores petunt.

15 Quam ſubhaſtationem rerum, ſeu pignorum magni valoris pro paruo credito non ſemel denegari vidi, iuxta terminos, l. magis puto §. ne paſſim, ff. de reb. eor. & per Hip. de Marſ. in eius prax. crim. ad l. Corn. de ſicar. & in l. ſorem, n. 36. præſertim quando creditor ex redditibus rei, cuius ſubhaſtatio petitur, infra breue tempus de eius cre-

16 dito ſatisfieri poteſt. Dicto igitur de iudicialibus pignoribus, aliquid etiam videtur præmittendum de pignoribus conuentionalib. quæ dantur per debitorem creditori pro eius ſecuritate, in quibus credito habet ciuilem, & naturalem poſſeſſionem, iux. not. per Alex. in l. 1. §. per ſeruum corporaliter, ff. de acquir. poſſ. Ex quo infertur quod

17 quod creditor in tali pignore habet interdictum poſſeſſorium vtile ſcilcet vti poſs decis, vt per Neguſ. de p gn. 2. memb. 3. p. poſt n. 32.
18 cum creditor in tali pignore dica ur procurator debitoris, vt per Paul de Caſtr. & Iaſ. in l. creditori, ff de nou. op. nunc. ideo poteſt illud ſequuta mora deb tor s non reluentis vẽdere, & dominiũ in emptorẽ trãsferre, ſiue data ſit licẽtia vendendi à debitore ſiue nõ, modo cũ lapſum fuerit tempus ad redimendũ, vt per eundẽ Neguſ. eod. tit. 1. memb. 6. poſt n. 1. & 11. Quod intellige, quando pignora reperiuntur penes creditorẽ ei data à debitore, quæ ad tollendũ fraudis, ſuſpitionem, ſeruatis ſeruandis, præuia illorum ſubhaſtatione, vẽ-
19 di poſſunt. Et hinc inoleuit ſtylus Curiæ, quod in illorum venditione citatur debitor (ad reluendum pignora conuentionalia, alias viden. illa mandari conſignari curſori ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mandari.) Et iudex interponit decretum, niſi ad primã diem ea debitor reluerit cum intimatione. Et deinde proceditur ad illorum deliberationem, ſeu dationem in ſolutum, modo quo ſupra meminimus de alijs iudicialibus pignoribus.

DE DELIBERATIONE PIGNORVM. Cap. XLIII.

1 *Citatio pro obtinendo mandato de deliberando.*
2 *Mobilia, niſi infra decem dies, ſtabilia vero, & officia, niſi infra menſem cum intimatione deliberantur.*
3 *Decendium, & menſis non niſi poſt intimationem currunt.*
4 *Intimationes quandocũq. poſſunt ante expeditũ mandatũ reproduci.*
5 *Quare bis terminus debitori concedatur. Menſis autẽ 30. eſt dierũ.*
6 *Termino deliberationis pendente, etiam poſt datam cedulam, maiores oblatores à Notario recipiuntur.*
7 *Citatio cõtra vltimũ oblatorẽ in pretij oblati ſolutione morã faciẽtẽ.*
8 *Licet oblatoribus impune pœnitere.*
9 *Cauti procuratores, oblatores in forma cam. obligare faciũt, & quare*
10 *Elapſo deliberationis termino, mãdatũ ſine vlla citatione expeditur. Nonnulla alia in materia deliberationis pignorum.*
11 *Iudex ex aliqua probabili cauſa poteſt terminum abbreuiare.*
12 *Formula mandati de deliberando.*
13 *Quid agendum poſt hoc mandatum expeditum.*
14 *Creditor ad cuius inſtantiam pignora ſubbaſtantur, an de euictione teneatur, & an in pretio officij cæteris præferatur, & num. 15.*
16 *Deliberatio pignorum fit præſenti pecunia.*

1 OBtenta à curſore ſubhaſtationis cedula, debitor citatur ad viden. deliberari pignora ſubhaſtata plus offerenti, mandatumq. de ſuper opportunum decerni, & concedi. Facta citationis relatione com-

2 cōparet creditor, & ſubhaſtationis cedulam exhibet: qua per No-
tarium recepta iudex pignora plus offerenti deliberat: Si fuerint
mobilia, niſi infra decem dies cum intimatione; ſi vero ſtabilia, aut
officia; vel loca montium,(quæ non ſubhaſtantur, niſi præuia cōmiſ-
ſione manu Papę ſignata) niſi infra menſem cum intimatione.
3 Et decendium, ſeu menſis non incipit currere, niſi poſt diem exe-
4 quutæ intimationis. Hęc atq. omnes alię in quibuſcunq. cauſis inti
mationes quandocūq. reproduci poſſunt, quādo ſuper illis aliquod
iudicis decretū non requiritur, dummodo in actis ante mandati ex-
5 peditionem reproducantur. Terminus autem decē dierum, & reſpe-
ctiuè menſis debitori cōceditur ad reluendū ſua pignora, vel melio-
rem ſuam conditionem faciendā per augmentum pretij pignorū, &
5 maioris oblationis. Menſis autē 30. eſt dierum. Hanc opinionem ap
probat Bar. in l. cum biſſextus, ff. de verb. ſign. Gemin. in c. quā ſit,
de elect. in 6. Bald. in l. eos, §. fin autē, n. 8. prop. fin. C. de appel. l. &
clarius in c. licet, vbi Butr. de ſupplen. neglig. Prælat. Et licet ali-
qui dixerint, quod menſis, qui aſsignatur à iudice, intelligitur de tot
diebus, quot tenet ille mēſis in quo terminus fuit aſsignatus, vt per
Io. Andr. in c. quam ſit, de elect. in 6. tamen in tribunali A.C. ſerua-
tum fuit, & de præſenti ſeruatur, quod menſis ſiue à iudice, ſiue à le-
ge aſsignetur, vtroque caſu ſit triginta dierum: quia aliqui menſes
habent 31. dies, & vnus 28. & ſic inter plus & minus tenenda eſt me
dia via, vt per Paul. de Caſtr. in l. ſcimus iam. §. cū igitur. C. de iur.
6 deliberan. Si autem pendente deliberationis termino, aliqui emere
volentes maius pretium ſuper bonis deliberandis obtulerint, etiam
quod in actis Notarij cauſæ, cedula ſubhaſtationis exhibita, & de-
cretum deliberationis factum ſit, à Notario recipi conſueuerunt;
quia per hoc conditio tam creditoris, quam debitoris melior ef-
ficitur. Verum, quia oblatores huiuſmodi ad debitorem requiſi-
tionem, vt pignorum deliberationem fraude, & calumnia impe-
diant, & maiorem dilationem conſequantur, vt plurimum, mit-
7 tuntur; Si oblator ille pignora recipere, & oblatum pretium perſol
uere diſtulerit, citatur (ad exburſandum pretium per eum oblatum,
& pignora recipiendum, alias videndum illa mandari delibera-
ri penultimo offerenti, mandatumque deſuper opportunum de-
cerni & relaxari.) Et in contumaciam ipſius pretium non ſoluen-
tis, iudex penultimo offerenti, niſi ad primam diem cum intima-
tione, deliberat. Tutius tamen in hoc eſſet imò neceſſe, & vtile, in-
ſimul citare debitorem tanquam dominum pignorum, cum de
eius preiudicio agatur, iuxt. terminos l. de vnoquoque, ff. de re iudic.
8 Eſt in his oblationibus locus pœnitentiæ, & conſequenter oblato-
res inuiti ad pignora recipiendum cogi non poſſunt, vt per Ca-
ſtren. in l. à diuo Pio. §. Sed ſi emptor, ff. de re iudic. ne detur proceſ-

ſus

9 ſus in infinitum, cùm idem poſſet contingere cum alio in actu vẽdi
tionis. Bar. in l. licitatio, de publicanis, & vectigal. vbi concludi ꝙ
,, ſi ſunt duo licitatores, vnus p oſt aliũ, & ſecundus non ſit ſoluendo,
,, primus non eſt liberatus, vt fraus euitetur. Nã ille qui licitaret, poſ-
,, ſet ſupponere nõ idoneũ ad libertatẽ conſequendam, vt ibi in prin.
,, Amplius dicit, ꝙ ſi licitator vellet pœnitere antequam alius offerat
,, eſſet locus pœnitentiæ, publice reuocando eius licitationem, idem
,, Bar. ibid. n. 4. in fin.] Igitur caueant cauti procuratores, & præmiſſis
obuiẽt proteſtationis remedio, quam in actis notarij cauſæ faciãt;
quod non recipiantur oblatores, per notarium, niſi cum præſenti
pecunia, vel obligatione camerali, & iuramento: nequeunt enim ſic
,, obligati pœnitere [ſed qñ Notarius ſtipulatus eſt dictam promiſſio
,, nẽ, nõ eſt locus pœnitentiæ, quia tunc inter emptorẽ, & vendentẽ, or
,, ta eſt obligatio Bar. ibid. n. 4.] Termino decem dierum, vel menſis
10 pòſt intimationem exequutã elapſo nõ eſt opus alia citatione, nec
iudicis decreto; ſed mandatum ſub forma infra dicenda expeditur.
Qui terminus de ſtylo curiæ, vt ſupra dictũ eſt, datur pro cõmodi
tate debitorũ; intra quem poſſint illa reluere. Sed ſi agatur de rebus
11 mobilibus, & de modica ſumma vel ex aliqua probabili cauſa, iudex
dictũ terminũ ſuo arbitratu abbreuiat, vt per Menoc. de arb. iud. li.
2. caſ. 6. per tot. Forma autem mandati de deliberando eſt huiuſmo
12 di. De mãdato Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. A. C. ſiue eius Locumte
nen. & ad iſtantiam Ill. D. Tiberij Ceuli principalis tenore præſen
tium mandatur tibi curſori, ad quem ſpectat, quatenus ſtatim viſis
præſentibus, ſub 500. ducator. auri cam. mandati exequutiui; alijſq.
pœnis debeas pignora, ſeu alia bona D. A. in exequutione ablata p
te ſubhaſtata Magn. D. Matthæo Branchæ vltimo, & plus offerenti,
vt moris eſt, deliberaſſe, pretio oblato per te recepto; pretiumq. ip-
ſum d. Ill. D. inſtanti creditori pro concurrenti quantitate ſui credi
ti conſignaſſe; reſiduum vero ſi quod eſt in actis notarij infraſcripti,
ſeu penes depoſitarium Montis Pietatis depoſuiſſe. Quoniã eodem
13 debitore citato, & intimato, præuiaq. dictorũ pignorum, ſeu bono
rũ ſubhaſtatione, & deliberatione, D. ita mandauit die, &c. Alia for
ma mandati de deliberando officium. De mandato, &c. ad inſtan. Ill.
D. Valerij Vipereſchi principalis. Mandatur tibi Curſori, ad quem
ſpectat, quatenus viſis præſentibus, ſub, &c. debeas officiũ. ꝙ fuit
D. N. per te ad d. Ill. D. Valerij inſtantiam ſubhaſtatum, ad fauorem
d. B. plus & vltimi offerentis in manibus Reuerendiſs. D. Papæ Da-
tarij, ſeu alterius ad id deputati reſignaſſe recepto pretio per ipſum
vltimum offerentem oblato, & ex eo creditum d. D. inſtanti perſol-
uiſſe, & reſiduum penes depoſitarium Montis Pietatis depoſuiſſe.
quoniam citato & intimato d. debitore, præuiaq. ſubhaſtatione, &
deliberatione d. officij, D. in vim ſpecialis commiſſionis S. D. N. Pa-

pæ,

pæ,de qua in actis,ita mandauit,Die,&c.Præſcripti mandati vigore
curſor pignora,ſeu bona , aut officium plus offerenti deliberat &
conſignat, pretium recipit,illudq. creditori incontinenti conſignat;
reſiduum pretij,ſi quod eſt penes notarium cauſæ:aut depoſitarios Mō
tis pietatis,vel penes ſe retinet pro creditoris cautela,ratione expē-
14 ſarum taxandarum. Creditor autem ad cuius inſtantiam bona, ſeu
pignora ſubhaſtantur,non tenetur de euictione, vt latius inferius di-
15 cetur:ſed tantum principalis debitor,ac ſi ipſe vendidiſſet per publi
cum inſtrumentum. Et hoc videtur facere creditor tanquam procu,
rator debitoris,Dec.conſ.449. n.37.& 38. Sed bene creditor tene-
tur probare,quod res vendita ſit ei hypothecata,ſeu obligata,& ſe in ea
potiorem eſſe quolibet alio,& quod vendat bona fide ac rite;alias tene-
tur de euictione,vt per doct.de quibus per Neguſ.de pign.in 1.mēb.
6 p. n.4. Ad relatā deliberationis materiam,etiam referre volui, quod
16 creditor, ſeu creditores,qui ad ſubhaſtationē officiorū modo præ-
miſſo procedunt, ceteris alijs creditoribus, quantumuis anteriorib.
in pretio dictorum officiorum aliquando præfecti fuerunt,& aliquā-
do non fuerunt prefecti. Et quando fuerunt prefecti factum eſt hac,
vt puto ratione:quia ſimilia officia non niſi ex ſpeciali gratia pape,
ſubhaſtari poſſunt: eo enim caſu ille dicitur eſſe potior, cui res à
Principe ex gratia fuit conceſſa, Roman.conſ.298.verſ.circa premiſ
ſam dubij conſultationem, adducen.ibi tex. in c. Abbate ſane, verſ.
pro parte autem altera,de re iud.ſed vt dixi in eodē tribunali A. C.
& vnum, & aliud diuerſis temporibus practicari vidi,& audiui; con-
formantibus ſe ſe iudicibus in hoc cum mente ſummorum Pontificū
qui pro tempore fuerunt, & a quibus ſimilia reſcripta impetrata fue
,, rūt.(Demū nō videtur omittendū quod ſi deliberatio facta, & poſſeſſio
,, rei deliberatæ aſſecuta fuerit pretio effectualiter nō ſoluto, habetur
,, ac ſi deliberatio facta nō eſſet, vt in l. a D.Pio §. ſed ſi emptor, ff. de
,, re iu.& ita tenuit Rot.in vna Caſtriſamb.20.Dec.1577.cor.Aldob

AN ANTE AD DICTVM PIGNVS,PRIMVS CREDItor comparens deliberationem impediat Cap.XLIV

1 *Primus creditor comparens ante perfectā exequutionem,quando impediat vlteriorem exequutionem, & quando non.*
1 *Vigilantibus,& non dormientibus ius commune ſcriptū eſt, & quādo.*
3 *Primus creditor comparens poſt perfectam exequutionem nonniſi iudicio ordinario aget.*
4 *Bona ſeu pignora ſubhaſtata,quando ſint creditori adiudicanda.*
5 *Paria ſunt emptorem non reperiri,vel iuſtum pretium non offerri.*
6 *Creditor qui vigore mandati exequtiui facit ſe immitti in poſſeſſionem bonorum debitoris malè agit, & quare.*
7 *In bonis alienatis lite pendente exequutio fieri poteſt.*

Si

1 SI ante addictum pignus,& perfectam exequutionē in bonis debi
toris ſecundi creditoris,alius creditor prior etiā in termino deli
berationis cōparuit,& in cōtinenti docuerit de ſuo credito,quodq.
bona,quę ad ſecundi creditoris inſtantiā ſubhaſtantur,ſint ei reſpe-
ctu ſui crediti anterioris prius hypothecata (pręſertim ſi debitor
non eſt ſoluendo) vtiq. admittetur refectis expenſis eatenus factis
ſecundo creditori:cū ſecundi creditoris diligentia,& vigilantia illi
2 obeſſe non poſsit.Iura. n. quę loquuntur,ꝙ vigilantibus, & non dor-
mientibus ſubueniunt, ad Affl. in dec.190. n.2.procedunt qñ omnes
creditores ſunt pares, nec vnus habet maius priuilegium quā alter,
vt ibi n.5.Poterit tamen ſecundus creditor dicere,& inſimul obtine
re ꝙ non ſuperſedeatur in exequutione,ſed fiat venditio; & de pre-
tio ſatisfiat primo creditori, & reſiduum conuertatur in cauſam iu
dicati,ſatisfaciendo ipſo ſecundo creditori,vt per Neguſ.de pign.1.
3 memb. 6 q.n 3.& ita pluries practicari vidi. Si autem poſt addictum
pignus,& perfectā exequutionem primus creditor comparuerit, iu-
dicio ordinario,non autem exequutiuo audietur:quia poſt ſubhaſta-
tionem, & deliberationē, ſeu adiudicationem dominum eſt transla-
tū in emptorem qui efficitur dñs, l.3. C.de exequ.rei iud.vbi Bar. &
Doct.in l.à D.Pio,§.ſi ſuper rebus,vbi poſt alios Iaſ.n.13.cum plur.
ſeqq. verſ.gl.in verb.integris ff.de re iud. & optime Gram.dec. 51.n.
4.Alex.in l.ſi finita.§.Iulianus,col.pen.n.120 & ſeq.ver.itē in quan-
tum,ff. de dam.infect. Cum igitur ex pręmiſsis debitor,eo citato, pri
uetur illorum dominio, vt per Affl.dec. 358.n.4.nec ſint propterea
bona illa amplius debitoris, merito dicēdum erit dictis legibus ſan-
citum fore ordinario iudicio, vel alia actione, non tamen exequuti-
4 uē, vt ſupra dictum eſt,agi debere. Quādo autem bona,ſeu pignora
ſubhaſtata,ſint creditori adiudicanda,vide d.dec.Affl.n.5.6,vbi dici-
tur ꝙ bona ſeu pignora in exequutione capta in cauſa iudicati ſub-
haſtantur,& alteri quam creditori deliberātur,niſi in ſuſſidiū, ſi aliū
non reperit emptorem iuſtum;quia paria ſunt,emptorem non repe-
riri,vel iuſtum pretium non offerri,vt per Bal.in l 2. C.ſi cauſam iud.
Galleſ.ad for.cam. in q.poſt proceſſ.inciden.n.3.& etiam creditori,
ſi plus offerat,quam alius, Alex.in d.l.à D. Pio,§ ſi pignora,n.11.&
5 tunc per iudicem,pręuijs diligentijs faciendis per curſorem iudici
relatis,creditori adiudicabuntur pro iuſto pretio, & ſic præcedente
æſtimatione expertorum,ad d.dec.Affl.358.quam ſecuti fuere D D.
de Rota in vna Rom.Vineæ DD.de Brunis coram Orano 11.Dec.
1591.& quod procedat ſubhaſtatio,& deinde ęſtimatio peritorum,
Roſ.à Valle conſ.32.n.33.Put.dec.152.li.2.n.2.ꝙ procedit ętiam cō-
tradicente creditore, Rota in vna Bellaiana diſcuſſionis 5.Iul.1563.
coram Sarmiento,& in Romana de Trincijs 6.Iul.1598.coram Gy
6 pſio.Creditor autem qui pro conſequutione ſui crediti vigore man-
dati

dati exequuitiui facit ſe immitti in poſſeſſionem bonorum ſui debitoris male facit, quia ipſe non efficitur dñs, nec talis poſſeſſor facit fructus ſuos, non ſequuta ſubhaſtatione, & deliberatione, vt in l.1.& 2.C.de pign.actio, & in l.ſi dominium. C.de pign.hypot. & d.l.ſi finita, d.§.Iulianus, n.1.& 4.ff.de dam.infec.ratio, quia non efficitur poſſeſſor; ſed nudus detentor, vt per Neguſ. de pign.2.mẽb.3.p.n.6. ver. amplia regulam, vbi dicit, ꝙ iſta opinio videtur verior.& cõior, nec ,, ſuccedit pleno iure, Lucana dec.97.n.8. (Cæterum quæ ſuperius di- ,, cta ſunt de pignoribus in exequtione captis, applicantur etiam in ,, pignoribus conuentionalibus: quia licet data ſit creditori poteſtas ,, illa vendendi lapſo termino debitori aſſignato, tamen de neceſſita- ,, te præmittitur citatio ad huiuſmodi pignora reluendum, alias videndum illa mandari conſignari curſori ad effectum ſubhaſtandi, & ſub ,, haſtari mandari, vt per Afflict. dec.358.nu.3.prope finem.)

Et in terminis d l.ã D. Pio magis explicite dicen. erit, ꝙ qñ tertius poſſeſſor bonor. debitoris condẽnati vult impedire exequutionẽ, & ſubhaſtationẽ, & deliberationẽ bonorũ, ſeu pignorũ in exequutione capitorũ, & tunc ſummatim factis probationibus, ꝙ bona ſpectant ad ipſum, non autẽ ad debitorẽ condemnatum per viam exceptionis impeditur exequutio, ſi autẽ cõparet poſt perfectã executionem, vt ſupra dixi, tũc introducto iudicio ſuper reſciſſione, vel actione rei vendicationis factiſq. plenis probationibus, ac debitis ſeruatis terminis de more, & ſtylo curię ſeruari ſolitis retractabitur illorũ venditio, ſeu adiudicatio, ita optime refert Paul.de Caſtr.in terminis d.l ã D.Pio, §.ſi ſuper, & in §.ſi poſt additum pignus, de re iu. Am
7 plius ad relatum propoſitum exequutionis præmiſſæ, ꝙ ea poteſt etiam fieri contra poſſeſſorem rei debitoris alienatæ lit. pend etiã eo non citato, Socin. Iun.conſ 92.n.5.vol.1.Cephal.conſ.195.nu.14& 15.& magis late per Capic.dec.128.n.6.& 7.vbi dicitur quãdo hoc verum ſit, & ibi in facti contingentia omnino recurrere.

DE PROCESSV EXEQVVTIONIS CAMERALIS OBLIgationis, quando facta eſt mutatio perſonarum. Cap.XLIV.

1 *Mutata ex parte creditoris, vel debitoris perſona, requiritur citatio ad partes antequam per contradictas procedi poſſit.*
2 *Quare hæc citatio præmittatur.*
3 *Ad exequutionem agens actoris, & rei perſonam in hoc proceſſu legitimare tenetur. Secus, parte non opponente.*
Legitimatio perſonarum facta in vno iudicio, prodeſt etiam aliјs.
4 *Præparatoria quæ dãtur cõtra hæredes, quib. ipſi reſpondere tenentur.*
5 *Quid ſit audientia contradictarum, & quare citationes per eã fiant.*

G *Tempore*

6 *Tempore vacationum generalium, edicta à curſoribus fiunt, non autē contradictæ.*
7 *Contradictæ exemplar.*
8 *Edicti formula.*
9 *Omnes Ro. Curiæ Iudices ſuis loco, & tempore per contradictas, & edicta procedunt.*
10 *Mortuo debitore, mandatum contra bona hæreditaria, non autem contra hæredum perſonas relaxatur.*
11 *Si bona hæreditaria per plures poſſidētur, poteſt creditor exequi mā datum in bonis cuiuslibet hæredis inſolidum.*
12 *Contra hæredem qui ſimpliciter hæreditatem acceptauit, datur actio realis, & etiam perſonalis pro virili, & quare.*
13 *Citatio contra hæredem in hoc caſu neceſſaria.*
14 *Iuramentum eſt tranſitorium ad hæredes quoad illius obſeruātiam; ſecus quoad pœnam periurij.*
15 *Eccleſia hæres instituta, quæ hæreditatem adiuit, & inuentarium nō confecit, creditoribus hæreditarijs ſatisfacere tenetur.*
16 *Quo caſu cōtra hæredes cum benef. l. & inuent. etiam vltra vires hæreditarias realis, & perſonalis exequutio detur.*
17 *Hæres cum benef. l. & inuent. de inuentario ſolemniter facto docere debeat alioquin de proprio tenetur.*

1 AD Cameralis obligationis exequutionem contra hæredes debitoris ad creditoris, vel contra debitorem ad creditoris hæredis inſtantiam procedere volens, citationem ad partes contra debitorē, vel illius hæredes (ſi ab Vrbe abfuerint) obtinebis ad ſoluendū ſummam debitam, & videndum exequi obligationē in forma Cam. Non
2 conceditur proceſſus per contradictas, niſi prævia hac citatione perſonaliter, vel ſaltem dimiſſa domi copia exequenda, iux tradita per Galleſ. ad for. cam. in proceſſu de perſona exequen. 3. par. Nam licet debitor de ſua obligatione ſit certus, & adueniente ſolutionis termino ipſo iure interpellatus, & ideo audientiam contradictarum cuſtodire teneatur: tamen de perſona hæredis certus non eſt; niſi forſan debitor eſſet in curia tempore obitus ipſius creditoris, & iam eſſet in mora conſtitutus. Hæc quoque ad partes citatio eſt contra hæredes debitoris neceſſaria, vt de eorum auctoris debito certiores reddantur. Talis enim proceſſu per contradictas datur ratione moræ, ſeu contumaciæ, quæ eis aſcribi non poteſt, niſi prævia citatione modo præmiſſo facienda, cum hæres habeat iuſtam cauſæ ignorantiam,
3 vt in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. Hac exequuta, & in actis reportata citatione, agens ad exequutionem obligationis, ſiue hæres creditoris contra debitorem, ſiue creditor contra debitoris hæredes, perſonas tam pro ipſius, quam rei, ſeu reorum parte legitimare tenetur.

Intel-

4 Intellige tamen ſi hoc in iudicio exequutiuo fuerit oppoſitum; quia alioquin nõ requireretur legitimatio perſonæ, ſecundum Petr. de Gher. in ſing. 23. 1. p. qui citat Bart. in l. 2. C. de edict. diu. Adr. tollend. Secus autem dicendum erit in iudicio ordinario; quia tunc agens tanquam hæres debet probare ſe eſſe talem, etiam ſi non opponatur alia ſuccumbi, ad not. in. l. 2. Cagnol. in l. hæredem, n. 6. de reg. iur. Bald conſ. 374. n. 3. lib 4. His etiam add. quod ſi filius conueniatur tanquam hæres non ſufficit probare, q́ ſit filius, niſi etiam probetur,
5 q́ ſit hæres. Dũ enim dicitur, filius ergo hæres, hoc intelligitur quo ad nomen, & non quoad commodum, & incommodum, vt per Spec. in §. 1. de teſtam. lib. 4 p. 3. n 23. & q́ quoad fauorabilia tantum locũ habeat, extat dec. Lucana 38. n 25. in filio agente, ſecus in conuento Lucana dec. 26. n. 11 Ad propoſitum relatæ quæſtionis, nolo ſub ſilentio pertranſire, q́ licet acta facta in vno iudicio inter diuerſas perſonas regulariter non probent, vt in l. ſæpe, ff. de re iud tamen nõ ita procedit, quando acta reſpiciunt legitimationem, ſeu habilitatẽ perſonę; etiam q́ non eſſet pronunciatum ſuper dicta habilitate. Alex. conſ. 61. n. 9. Rota in vna Gallen. præpoſituræ coram Capiſucco 29. Nou. 1555. quia facit ius quoad omnes, Rota coram Seraph. in vna Romana domus 9. Iun & 27. Octob. 1586. Et quia ſupra ſæpius, & ſignanter in hoc capite de audientia contradictarum, meminimus à propoſita materia non longe digredienda, aliqua de contradictis ipſis, ac etiam edictis quæ ſcitu neceſſaria videntur referre decreui. Audientia igitur contradictarum eſt locus publicus in Vrbe, in quo citantur ad omnes actus in cauſa neceſſarios omnes cõtumaces ab Vrbe abſentes, contra quos ratione moræ non ſoluendo, & cõtumaciæ in non comparendo proceſſus per contradictas datur. Citantur ibi quoq. ij ad quorum præſentias tutus non pręmittitur acceſſus, vt inferius aptiori loco dicemus. Quæ citationes (quas contradictas vocant) leguntur in prædicto publico loco per Notarium contradictarum, ſiue illius ſubſtitutum diebus iuridicis, & non feriatis in honorem Dei, aut de Palatij Apoſt. obſeruantia, & audientijs Rotæ durantibus.
6 Vocationum autem tempore non leguntur contradictę, ſed affiguntur per curſores edicta in acie campi Floræ. Ratio huiuſmodi citationum publicarum videtur modum antiquæ ætatis imitari: in qua locus erat in Monte Citorio ſeu verius Citatorio Vrbis, ad citationes publicas exequendas deputatus, idq. per affixionem ad columnam, quæ etiam ibidem hodie viſitur. Cuius quidem citationis exemplar ex huiuſmodi
7 (Mandat Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Auditor Cameræ, ſiue eius R. P. D. Locũtenens citari per audientiã publicã litterarũ cõtradictarũ, vt moris eſt, & citat, & D. N, & N. ex aduerſo principales, omneſq. alios ſua quomodolibet intereſſe putãtes, eorũq. procuratores, ſi qui pro eis ſint in Rom. Curia, quatenus

prima die iuridica proxima futura compareant in iudicio legitime coram eorum altero ad dicendum contra iura producta,& repetita, videndum iurare teſtes ſuper iillorum recognitione,quatenus opus ſit, nec non ſoluendo infraſcripto inſtanti iuxta formam eorum oblig alias videndum contra eos relaxari mandatum in obligatione ſuſceptum, vel dicendum,&c.in cauſa &cauſis coram eo vertentib. inter dictos citatos ex vna,& D.A.principalem,de,& ſuper certa pecuniarum ſumma,rebuſq.alijs, &c.partibus ex altera . In quorũ fidem;&c. Dat. Romæ in eadem Audientia litterarum contradictarũ, ſub anno à Natiu.Dñi,&c.die &c.Pontificatus,&c.)Edicti vero formula ſic concipitur. (Petrus Paulus Creſcentius Prothonotarius Apoſt.Cauſarum Curiæ Cam. Apoſt.Generalis Auditor,&c. præſenti publico edicto aciei Campi Floræ, vt moris eſt, affigendo, & publicando citamus,& citari mandamus N& N. ex aduerſo principales, omneſq.alios,&c.eorunq.procuratores, ſi qui,&c.quatenus prima die iuridica proxime futura cõpareant in iudicio legitime corã Nobis,ſeu R. P.D. Mattheo Buratto Locũtenen.noſtro,ad dicen.contra litteras citatorias ad partes decretas,& exequutas,& reproductas,iuraq.producta,&repetita;viden.iurare teſtes ſuper illorũ recognitione quatenus opus ſit,nec non mandari extendi obligationem in for.cam.in dictis iurib.appoſitam,iuxa ſtylum curiæ, vel dicendũ &c. in cauſa,& cauſis vertentibus coram nobis inter dictos citatos ex vna,&N.principalem,ſuper certa pecuniarum ſumma,rebuſq.alijs, &c.partibus ex altera,alioquin,&c.Hanc autem,&c.decernentes,&c.In quorum fidem,&c. Dat.Romæ in Palatio iudiciali noſtro Anno à Natiuitate Dñi,&c,Pontificatus,&c.)Citationes ante ſcriptæ non ſolum ab Aud.Cam.ſed etiam ab alijs Ro.Curię Iudicibus ordinarijs,& delegatis decernuntur, & ab ordinarijs citationibus, quæ per curſores fiunt,differunt ſolum in modo exequutionis. His obiter de contradictis,&edictis relatis,ad rem in capite hoc propoſitam redeo.Facta perſonarum legitimatione,de qua ſuper mentionem fecimus,ad cæteros omnes actus vſq.ad mandati relaxationem, illiuſque exequutionem eo modo procedetur, quo ſupra iudicauimus,cum de exequutione obligationum,in quibus nulla eſt mutata perſona agebamus.Procedetur etiam per contradictas contra procuratorem dominum litis effectum,qui poſtea ſe à iudicio abſentauit,docto prius ſummarie,& extraiudicialiter de eius abſentia,vt in decisionibus cauſarum DD.de Rota in cauſa 30.Dub.25.antiq.impreſſ.Et citationes idem,ac ſi per curſores fieret in ſubſtantialibus continebunt iuxta obligationum natura, Notandum tamen,quod ſi mortuo debitore contra illius hæredes agẽs,mandatum exequendũ in bonis hæreditarijs, non autem contra hæredum perſonas regulariter loquendo obtinebis.

8 (margin, beside "formula ſic concipitur")
9 (margin, beside "Anno à Natiuitate")
10 (margin, beside "mortuo debitore")

11 Et ſi bona hæc hæreditaria per plures hæredes, etiam per diuiſionem illorum inter eos factam, ſeparatim poſſidentur; licebit creditori mandatum in bonis hæreditarijs cuiuslibet in ſolidum ad eius libitum exequi, vt per Neguſ de pign. 2 memb. 8. p. n. 4. Si creditor difficilē crediti ſui exactionem cōtra bona hæreditaria inuenerit, videndū erit, vtrum hæredes ſint cum benef. l. & inuen. vel ſimpliciter ſe in hæreditate immiſcuerint. Primo caſu, hæres releuatur conficiēdo legitimè inuentariū: quia vltra vires hæreditarias nō obligatur, vt in l. ſcimus, §. & ſi pręfatam. C. de iur. delib. Secūdo vero caſu, pro
12 virili portione actionē reali, & perſonali coguntur. Pariſ. cōſ. 42. n. 39. lib. 1. Lucan. dec. 98. n 16. Ratio, quia hæres defuncti hæreditatē
13 ſimpliciter adeundo, tacite cum hæreditarijs creditoribus quaſi cōtrahere videtur, vt poſt alios per Rol. à Vall. conſ 8. nu. 25. vol. 2. & Crot. cōſ. 216. n. 5. vol. 2. ſe ad omnia eiſdē modo, & forma quibus defunctus erat obligatus, ſe obligare videtur, mediante eius proprio facto; ſcilicet additionis hęreditatis, vt per Gram. conſ. ciuile 100. n. 8. & conſ. 125. n. 12. quia talis aditio in facto conſiſtit, vt in l. pro hęrede, in prin. ff. de acqui. hæred. Et id comprobatur, quia hęres tenetur pro facto defuncti, & contrauenire non poteſt, l. cum à matre. C. de teſt. milit. Pariſ. conſ. 16. n. 127. lib. 2. Grabiel com. opi. de regul. iur.
14 Concl. 11. n. 1. Prædefunctus enim ſuis in ipſum, ſuoſq. hæredes, & ſucceſſores, ac ſua, & hæredum ſucceſſorumq. ſuorum bona obligauerat. Quam quidem obligationem hæres ipſe per actum aditionis hæreditatis ratificari videtur, iuxta deciſ. Afflict. 111. num. 16. & 17. deciſ. 240. poſt nu. 11. Et eo caſu poterit tanquam hæres, & principalis citari (ad ſoluendum iuxta formam obligationis q. dict. N. ſui auctoris; alias videndum relaxari mandatum exequutiuum, in quod prædictus N. conſenſit in bonis hæreditarijs, & proprijs, etiam contra ipſum perſonaliter exequendum.) Et iudex facit decretum, niſi ad primam diem, cum intimatione. Ad quam ſolutionem, & promiſſorum per eius authorem obſeruationem tenetur ex iuramento defuncti, quod licet non ſit tranſitorium ad hæredes quoad pœnam periurii, & cenſurarum: adeo vt hæres iurantis non teneatur petere diſpenſationem à iuramento, Guidopap quæſt. 140. n. 5. tamen quoad illius obſeruantiam tranſit, vt per Bart. in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. 3. præſertim quando iurauit pro ſe, & hæredibus, vt per eundem Afflict. deciſ. 381. num. 8. Socin. Iunior
15 conſil. 6. num. 25. volum. 3. & vſque adeo hoc veritati nititur, vt ſi Eccleſia hæres fuerint inſtituta; & hæreditatē ſimpliciter adiuerit, & inuentarium non confecerit, hęreditarijs creditoribus ſatisfacere teneatur, etiam vltra vires hæreditarias, vt Alexand. in dicta l. ſcimus iam, §. ſin vero, C. de iure deliberand. Guidopap. deciſ. 57 1. ſecus tamen creditoribus legatarijs, vt per Puteum deciſ. 6 in

tit.de teſtam.d.dec.Sarnen.in qua pro diſtinct.alleg.doct.Ang.Aret. in §.in extraneis.inſtit. de hæred.qualit.& differ.& Io.de Anan.in c. in litteris,de teſtam.& licet hoc nō videatur procedere in Eccleſia, in qua ceſſat illa præſumptio fraudis, & ſubtractionis, quæ oriri poſſet ob non confectionem inuentarij, vt in §.ſancimus d.Auth.de hæred.&falcid.Item,quia lex ciuilis non poteſt ligare Eccleſiam.c. Eccleſ.S.Mariæ,de conſt.tamen reſponderi poteſt, q̄ hæc præſumptio ceſſaret,etiam in pupillo non doli capace,qui ei comparatur,vt dicit B r.in l.pupillor.in prin.ff.e orum,l.Reſpubl.C. quibus ex cauſis maiores ;& tamen ſatis eſt, q̄ adminiſtratores poſſunt ſubtrahere,& ſic præſumptio ſubtractionis locum in eis habere poſſet . Alex.in l. ſcimus,§.notiſſimum,C.de iur.delib licet remedio reſt.in integr.ſuccurrantur, ad Clem.de in integ.reſt. ſait c qui contingit,§ . ille etiā, de reti.domib.d. Clem.Guidop.d.dec.571.n.4 verſ.ſed poteſt Eccleſia.Et tanto magis Eccleſia eſt reſtituenda;quia ea per aditionē hæreditatis non poteſt facere ſuam conditionem deteriorē,nec acquirere hæreditatē damnoſam,vt per Paul.de Caſtr.in l. ſcimus iam,C.
16 de iur.delib. Conceditur etiā ſimilis exequutio cōtra hæredes cū beneficio legis,& inuentarij realiter,& perſonaliter in proprijs bonis vltra hæditarias vires, qn̄ ex eorum parte reſpectu aditionis hæreditatis, & confectionis inuentarij dolus commiſſus appareat, vel ſolemnitates requiſitæ ſeruatæ nō ſint, de quibus infra ſermonem faciam;quia tunc hæres capi perſonaliter poteſt,vt per Corn.conſ.31 n.2.& 15. cum alijs alleg.In tantum,quod ſi hæres debitor carceratus vellet bonis cedere,non admitteretur,vt in auth de hæred. & falcid.d §.ſancimus,col.1.Socin.reg 46.fallen.17. in fine.
17 Tenetur inſuper hæres allegans ſe hæredem cum d.beneficio incōtinēti docere de inuentario legitime facto. Alioquin citabitur ad docendū legitimę de prætenſo inuentario hæditatis, & bonor. q. N. per eum allegato,nec non ad exhibendū bona in eo deſcripta,ſeu de illis computum, & rationē reddendum,alias de ſuo proprio ſoluendum, & videndum contra ipſum relaxari mandatum executiuū perſonaliter,&realiter contra propria bona exequendū.In Hoc articulo tanquam à principali negotio dependente exequutiue, & prout in principali negotio proceditur procedendum erit,cū de principali,& acceſſorio idem ſit iudiciū,ad tradita per Bar.in extrauag.ad reprim.verſ.ſummarie,in 2.col.Iaſ.in l.2.C.de edict.diu.Adr.toll. Vbi id pro regula affirmat. Si.n.ſecus fieret,ſequeretur acceſſorium melioris conditionis eſſe,quam ſit principale quod abſurdum eſt. Ad hæc etiam nota,quod ſi talis hæres promittit ex contractu ſoluere id,quod tanquam hæres cum beneficio l.& inuentarij ſoluere tenebatur ſi ex ipſo contractu immediate conueniatur non habebit beneficium inuentarij,quia illa prima obligatio alteratur : & in ſecunda

da mutatur, quę immediata attenditur, vt per Menoch.de præſump. lib. 4. præſumpt.109.num.48.

De validitate citationis per A. C. decretæ poſt illius obitum, vel aſſumptionem ad Cardinalatum. Cap. XLVI.

1 *Citatio per A. C. decreta etiam poſt illius ad Cardinalatum aſſumptionem, vel obitum exequi poteſt,*
2 *Afficit eiuſmodi citatio, non ſecus, ac ſi tempore noui Auditoris decreta fuiſſet.*
3 *Ceſſante perſona, non ceſſat officium.*
4 *Mortuo Auditore, vel Cardinale creato, Pontifex Viceauditorē, qui vſque ad noui Auditoris electionem ius reddit, deputat.*
5 *Nouus Auditor à Pontifice eligitur, & ab eo, non autem à prædeceſſore iuriſdictionem accipit.*
6 *Cur auctor hoc caput poſuerit, cū liquido appareat has citationes vale (re.*

1 CItatio, Monitoriū, Mandata, & quæcunq. alia expeditio ab A.C. conceſſa, ſiue in Ro. Curia, ſiue extra eā exequenda ſint, licet ante illorum exequutionem Auditorem ipſum in Eminentiſs. Cardinalium collegium adſciri, vel naturæ debitum perſoluere contingat, exequi, & intimari, ac nouus ſucceſſor Auditor ad vlteriorem illorū exequutionem abſque alia nouiter concedenda citatione procede-
2 re poteſt. Sufficit.n. hæc citatio, & ſic exequuta arctat citatum æque ac ſi noui Auditoris tempore conceſſa foret: quia ceſſante perſona, non propterea ceſſat officium. Ita fuit dictū in vna Papien. bonorū
3 coram Lancell. 3. Mart. 1576. Et vacante perſona, redditur ius, vt an
4 tea reddebatur. Nam interim Viceauditor à ſummo Pontifice deputatur. Et nouus Auditor in prædeceſſoris locum ab ipſo ſummo Pontifice, non autem à prædeceſſore Auditoris conſtituitur, & iuriſdictionem accipit, vt per Hipp. de Marſ. in eius practica in l. more maiorum, ff. de iuriſd. omn. iud. n. 185. Hæc de huiuſmodi citationū mandatorum, & aliarum quarumcunq. expeditionum viribus, & ſubſtinentia à pluribus etiam iuris conſultis interrogatus, non quod ea dubitationis principium habeant, retuli.

An mortuo creditore poſt monitorium exequutum, & reproductum aliud requiratur Cap. XLVII.

1 *Citatione, vel monitorio ante creditoris obitum executo, & reproducto non eſt opus noua citatione.*
2 *Quare noua citatio non requiratur.*
3 *Quælibet inſtantia tranſit in hæredes.*

4 *Hæres, & defunctus vna, & eadem perſona cenſentur.*
5 *Per impetrationem citationis, & illius decretum reſpectu impetrãtis dicitur lis introducta.*
6 *Reproductio citationis reſpectu citati eſt de ſubſtantia, ad effectum inducendi litis pendentiam.*
7 *Per mortem Papæ non expirat iuriſdictio iudicis ordinarij.*

1 EAdem ratione, ſi monitorium, citatio, aut alia quęuis expeditio ad inſtantiam N. expedita fuerit, iſque poſt illius legitimam exequutionem, & in actis reproductionem deceſſerit, nouum monitorium, ſeu noua citatio ad illius hæredis inſtantiam non requiritur.
2 Quia hęres in locum illius, qui illam obtinuit, ſubrogatur: & iudiciũ ad hæredis inſtantiam, in quem inſtantia quęlibet tranſire videtur, proſequendum eſt. Hęres enim poteſt vti iure defuncti, vt in l. cum quidem, §. fiſcus ff. de vſuris. Quia hęres, & defunctus vna, & eadẽ perſona cenſentur; vt vltra ſuperius allegata, in auth. de iureiurand. à minor. præſti. ꝟ. 1. Idem ſeruandum erit contra reum non comparentem tanquam contumacem: cum iuri conſentaneum non videatur, quod per illius contumaciam ipſe durior efficiatur aduerſarius.
3 Vtroque tamen caſu tutius eſſe exiſtimarem, nouam citationem pro vlteriori cauſæ proſequutione, & expeditione obtinere. Poſſet enim hæres ignorantiã litis pendentię allegare cum ea pręſumatur, vbi ſcientia non probatur, iuxta tex. in c. pręſumitur, de reg. iur. lib. 6. & in l. verius, ff. de probat. Quod maxime procedit in hęrede, qui inalterius iure ſuccedit, c. cum quis, de reg. iur. lib. 6. c. qui in alterius, eodem tit. Et licet verum ſit, vt proxime dictum eſt, quod quęlibet inſtantia tranſit in heredes, id tamen intelligitur quando lis eſt conte-
4 ſtata; quia tunc inſtantia currere incipit, & ideo vbi non eſt contradictio, & in caſibus in quibus lis non conteſtatur, non eſt dare inſtãtiam, vt per Affl. dec 346. n. 1. & ſeq. Nam per ſolam impetrationem
5 citationis, & illius decretum reſpectu impetrantis lis dicitur introducta, & cauſa cõmiſſa, vt in clem. 2. vt lite pend. Rot. dec. 426. vt lite pendente, & in citationibus in antiquis, & dec. Caputaq. 246. in vna Taurinen. præpoſiturę 17. Apr. 1554 in manuſcr. Affli. dec. 220. poſt n. 13 quod intellige quatenus obtinens citationem ſit principalis, vel procurator legitimus, ſeu deinde ad dictam cauſam ſuperueniat mandatum, & in tẽpore producatur, vt ibi; ſecus tamen ſi ci-
6 tatio non fuiſſet reproducta in vitã citati, cum reſpectu eius reproductio ſit de eſſentia ſubſtãtialis citationis, ad hoc, vt lis introducta dicatur. Dec. in c. quoniam contra, n. 22. & 25. de prob. late Rol. à Val. conſ. 47. n. 65. vol 2. Maran. de ord. iud. 6. p. verſ. propoſui, nu. 54. Bal. in l. fi. C. de fer. Fel. in c. illud, n. 11. verſ. ſecunda concluſio, de pręſcr. Marſ. in l. de vno quoque, n. 136. ff. de re iud. Idem Rol. conſil.

90.n.35.vol.1. & propterea bene dixiſſe puto tutius eſſe nouam citationem cōtra hęredes mortui obtinere ex ſupradictis. Iam diximus, quod ceſſante perſona Auditoris Cameræ, non propterea ceſſat officium, neque illius exercitium, dicendum etiam erit, vtrum per mortem Papę eum delegantis ceſſat illius iuriſdictio, cui dubitationi videtur negatiue reſpondendum: quia cum Auditor Camerę Iudex ſit
7 ordinarius illius iuriſdictio non expirat, vt per Maran. de ord.iud.in 4. par. 5.diſt. iudiciorum, ſub n.56. & ibi plura de iudice delegato, dicto num.56. cum ſeq.

De aliquibus ad exequutionem cameræ obligatonum attinentibus, quæ Notarij officium concernere videntur Cap.XLVIII.

1 *Notarius eſt oculus iudicis, præſertim in iudicijs exequutiuis.*
2 *In exequutiuis iudex vt plurimum fidem notarij ſequitur.*
3 *Officium diligentis ſubſtituti.*
4 *Inſtrumenta exequenda debent legitime eſſe recognita.*
5 *Obligatio exequenda ſit liquida, & ſi eſt conditionalis purificetur.*
6 *Agens in contractu tenetur adimplere contenta in eo.*
7 *Obſtant interdum exequutioni capitula correſpectiua, vel diuerſa.*
8 *Agens ex inſtrumento debet in eo eſſe nominatus.*
9 *Non agitur ex inſtrumento ante diem ſolutioni adiectam.*
10 *Neceſſaria eſt ante exequutionē perſonarū legitimatio, & quomodo.*
11 *Si proceditur pro fideiuſſore contra fideiuſſores, vigore ceſſionis, mādatum, dempta illius rata conceditur.*
12 *Intimatio ceſſionis fit per cōtradictas, ſeu ſi facta ſit in fauorem tertij non obligati.*
13 *Fideiuſſor in quibus caſibus poſsit agere contra principalem antequam ſoluat.*
14 *Quando cedens poſt ceſſionem poſsit agere, & exigere.*

ANtequam ad alia, quæ plus ponderis habere videntur, deueniā pauca hæc, quæ ad notarij officium attinere videntur, referam.
1 Et primo, quia in his præſertim cauſis exequutiuis Notarij, ſeu eo-
2 rum Subſtituti debent eſſe oculi Iudicis; cum eorum fidem in illis,
3 vt plurimum Iudices ſequantur; diligenter animaduertant prudentes Subſtituti, Antequam mandata ad iudicem experienda deferant, an omnes termini iuxta præmiſſum ſtylum legitime præceſſerint.
4 Inſtrumenta, quorum exequutio petitur, ſumma adhibita diligentia inſpiciant; quod ſint ſufficienter recognita, non abolita, nec cancellata, nec in aliqua illorum parte ſuſpecta, ſeu diminuta ſaltem
in

in ſubſtantialibus, cum in his cauſis ciuilibus ſuſpitio falſitatis in ſubſtantialibus, habeatur pro falſitate in tantum, ꝙ ſcriptura ſuſpecta non probat, vt in c. porrecta de confirm.vtil.vel inut.&ibi doct. &dec.3.not.Anchar.conſ.173.n.8.Alex.conſ.76.lib.1.n.6.&.in Barchinon.ſpolij 17.Maij 1553.coram Caputaq. in manuſc.dec.268.li. 1.& in ſumma ꝙ omnia ſua requiſita habeant, ad hoc vt tanquã inſtrumenta exequantur; quæ refert, & enumerat Galleſ.de cam.obl.in 3.p.1 q.& alijs partibus.& quæſtionibus d. tractatus. Quem quidem tractatum, vt diligens Subſtitutus, tanquam ſibi non parum proficuum, ac eius officij, ac eorum, quę in pręſenti meo libello dicũtur, intellectui apprime neceſſaria continentẽ ſępius videat, & reuideat conſulo. Poſſet.n. ob terminorum ignorantiam, errorem non leuem committere, & ob id nomini ſuo maculas inijcere, & partium dam-
5 no, & detrimẽto eſſe. Videat præterea an obligatio, cuius exequutio petitur, ſit liquida; an vero aliquam habeat conditionem, qua ex parte agentis, qui illam purificare tenetur, purificata non ſit: cũ agens ex contractu debeat prius adimplere contenta in eo. Dec.conſ.336. lib.3. præſertim quando agitur ad contrauentionem; alias nõ poteſt obtinere, Corn. conſ.246.n.6.lib.3.Dec.conſ.452.n.3. Aretin. conſ. 70. n.2.verſ.2.dicimus.cum non obſeruanti obſeruandũ non ſit, tex.
7 in l.cũ proponas, lib.2.C.de.pact. Inſuper ſi plura ſint capitula, quę ſint correſpectiua, vel diuerſa & taliter ꝙ exceptio agendi obſtet a-
8 genti. Item ſi agens ex inſtrumento ſit in eo nominatus. Rurſus ſi tẽ
9 pus ſolutionis aduenerit, habeatq. diem adiectæ ſolutionis. Demum
10 ſi ſint legitimatæ perſonæ, tam actoris, quã rei conuenti; Actoris ſcilicet, ꝙ eius perſona in iudicio legitime ſtare, rei vero, ꝙ debite cõueniri poſſit, vt dictum eſt in d.c.43. Ne igitur notarius, ſeu ſubſtitutus ſecum etiam iudicem in errorem ducat, inſtrumenta iudici deferat, & per eum ante mandati expeditionem legi curet, potiſſimum ſi cõtra abſẽtes, qui ſuas exceptiones, & defenſiones proponere nequeũt
11 procedatur. In ſimili proceſſu, qui fit per contradictas, ſiue per edictum publicum vidi, & etiam audiui aliquos iuuenes ſubſtitutos plures erraſſe dum proceditur ad inſtantiam fideiuſſoris ſoluentis aliquam partitam pecuniarum pro principali debitore, qui obtẽta ceſſione iurium à creditore agit contra principalem debitorem, ac cõfideiuſſores obligatos, & conceditur ei mandatum cõtra confideiuſſores pro tota, atq. intrega ſumma, licet parte non opponente idem proceſſus poſſit ſaluari, vt coram Robuſterio 10.Iun.1575 .inter D. Fabritium de Fabijs, & hęredes de Aſtallis dec ſum fuit: parte vero opponente, quoad alios confideiuſſores, debet deduci, & defalcari rata ipſius ceſſionarij, qui eſt confideiuſſor cum alijs obligatis, licet ſint inſolidum obligati. Bar.in l. Modeſtinus n.3.ff.de ſolut. Mediãte tamen huiuſmodi ceſſione fideiuſſor recuperabit ab alijs confideiuſſoribus

oribus

ſoribus reliquum d.ſummæ,dempta tantum rata ſua, & pro reſiduo exequutio committetur, vt per Bar.in l.Modeſtinus,n.10.ff.de ſolut. Bald.in l.ſi di‥erſa in addit.in prin. C.locati & conducti.ratio quia ſi inſolidum alios conueniret confideiuſſores illi poſſent opponere, ꝙ ſi ſoluiſſem totam ſummam à te in parte repeterem,ergo pro tua parte agere non potes, vſque adeo quod agens pro tota ſumma poſſet cogi à d.confideiuſſore ad cedendum ſibi iura contra ſe ipſum ſicut tenebatur creditor principalis, ita tradit Bar.in l.ſi plures,li. 26. ff.de admin.& peri.tut.& curat.n.2.prop.fin.Capic.dec.18.n.3.ſi alij ſint ſoluendo.Si vero aderit aliquis ex coufideiuſſoribus, qui notorie habetur pro non ſoluēdo,nulla de eo ratio habetur, & rata illius nullatenus computatur,vt per Bar.in d.l.Modeſtinus d.n.10.verſ.attamen.Affl.dec.142.n.3.quod quidem operæ pretium cenſui ad memoriam ſubſtitutorum notariorum deduxiſſe,ad tollendum præiudicium, quod, vt plurimum ex tali errore partibus infertur, & ꝙ non datur fideiuſſori actui exequutiua contra confideiuſſorem niſi ei fuerint ceſſa iura,habetur in l. vt fideiuſſor,ff.de fideiuſ.& mand.Rurſus circa hāc quotidianam quæſtionem dico,quod licet ſint duo, vel plures,vt dixi, fideiuſſores,qui conſtituuntur vti principales, principaliter,& inſolidum; tamen inter ipſos,ille vere dicitur principalis,ad cuius manus peruenit pecunia,&qui obligat ſe vt principalis, videtur potius obligari.Paul.Caſtren.cōſ.331.vol 1.Hip.de Marſ.ſing.2. verſ.ſi plures fideiuſſores. Alii autem cēſentur promiſiſſe animo intercedendi,ſeu fideiubendi,Corn.conſ.124.lib. 1.& conſ.316. lib 4. Aym.conſ.91.lib.1. n.2.cum cōcordan Et quo ad ipſos ſunt fideiuſſores, vt in his terminis tenuit Rota in vna Romana repet.indebiti
12 coram Robuſterio 19.Nou.1573.Et propterea mandatum contra principalem pro tota atq. integra ſumma expeditur,nec parte in facit. Vt autem ad materiā proceſſus faciendi ad inſtantiā ceſſionarij, à qua aliqualiter digreſſi fuimus, redeamus.dicendum eſt,ꝙ licet aliqui docti viri probabiliter alias dixerint,intimationem ceſſionis huiuſmodi valide fieri non poſſe per contradictas,cum ante exequutionem requiratur,quod ea obligatis legitime intimetur, vt per glo. in l.3. ff.pro Soc.Alex.conſ.95.lib.2.n.10.tamen ex longo vſu tribunalis,qui pro lege allegari poteſt,tam in decidendo, quam ordinādo faciunt ea,quæ allegari ſolent de efficacia ſtyli,per doct.in c.ſi.decō ſuet.&in c.ex litteris,de conſt.&in c. 1 1. de prēb.in 6. contrarium ſeruatur. Ab autiqua enim praxi recedendum non eſt.vt per Bal.in l. illud ff.de excuſ.tut.&in conſ.136 n.3.lib.1.Secus tamen dicendum erit quando ceſſio facta foret ad fauorē tertii nō obligati,neq in cōtractu nominati;quia cum veniat extra conſiderationem intellectus vtiq. dicendum eſt talem ceſſionem ante exequutionem legitime intimari debere, vt per Galleſ.in 2.q.p.1 n.1.& 2 & antequam ab hac
mat

materia fideiuſſoria,& proceſſu faciendo recedam,hęc quoq; annotaſſe abs re non duxi, ꝙ licet regulariter fideiuſſor non poſſit agere contra principalem,antequã ſoluat, vel vt eum liberet à fideiuſſione niſi in certis caſibus,vt puta, Primo,ſi fideiuſſor condemnetur. Secũdo,ſi ſoluit,conſignauit,& depoſuit, vt in l.qui mutuum,§.fideiuſſor ff.mandati. Tertio, ſi hoc actum ſit,vt eum liberet infra certũ tẽpus vt in l. ſi pro ea, C. mandati in his ſemper exequutiue procedendo. Quarto,ſi diu ſtetit in obligatione, ꝙ intellige iudicis arbitrio ſecũdum gl.in §.fi.in d. l.ſi pro ea,nihilominus ex ſtatuto Vrbis,c 94 lib. 1. diſponitur, quod licet fideiuſſor diu non ſteterit in fideiuſſione,poteſt tamen conſeruatoriam cautionem petere. Quod quidem nõ ſemel à iudice denegari vidi in eo,qui infra modicum tempus vellet iuuari d. ſtatuto, cum iſtud tempus remittatur arb. Iudicis aduoc. per Bal.in d.l.ſi pro ea eod.tit.& late per Affl.dec.241.n.3. & 5. Quinto ſi principalis cœpit bona ſua diſſipare,& in plurib.aliis caſibus enumeratis in d.l.ſi pro ea,eod.tit.Et in his prox.relatis caſibus iudicio ordinario,non autem exequutiuo agendum erit, & in articulo pre-
24 miſſæ ceſſionis, de qua ſupra meminimus tanquam ſatis quotidiano non ſiluere,quod vim cedens licet ceſſerit omnes actiones vtiles,et directas,tamẽ ex quo directæ actiones inhærent oſſibus cedẽtis non poſſunt ab eo ſeparari, et ideo niſi interuenerit alterum de tribus,de quibus in l.3. C.de nouationib.poteſt nihilominus cedẽs agere,et exigere,et ſoluens conſequitur libertatem,Affl.dec.335.n. 23. requiſita autem pro iuuenum intelligentia non inutile viſa ſunt hic referenda,vtputa,primo ſi ceſſionarius eſſet litem conteſtatus, ſecundo ſi partem debiti ſuſcepiſſet, tertio in certiorato debitore denunciauerit ei ne ſolueret cedenti.

De Remiſſoria pro liquidatione Cameralis obligationis concedenda.Cap.IL.

1 *Non conceditur remiſſoria pro liquidatione obligationis niſi principali legitimi citato.*
2 *Non arctas citatio per contradictas.licet forte ſtylus ſit in contrariũ*
3 *Stylus eſt ſtricti iuris.*
4 *Si obligatio eſt liquida, ſufficit quod quando cunq. principalis citetur,& arctas citatio facta contra procuratorem.*
5 *Secus in obligationem non liquida,& quare.*
6 *Longæuus vſus iuri comparatur.*

1 SI contingat pro Cameralis obligationis liquiadationis ad decretũ remiſſoriæ procedi,remiſſoria hæc non decernitur prędcedente c
2 tatione per contradictas,ſed requiritur citatio perſonaliter facienda

nec

nec obſtat allegatio ſtyli Tribunalis A.C.ita permittentis: quia ſtylus ſtricti iuris eſt; & non debet extendi, vt inferius probabitur. Et hæc valida ratio eſt. Quando .n. obligatio eſt liquida ſi procurator conſtitutus debitum fatetur, nullæ aliæ ſunt partes iudicis, niſi in cõdemnando, ſeu exequendo, ſiquidem contra confeſſum de iure non promulgatur ſententia ſed fit ei præceptum de ſoluendo, vt bene explicat Gallcſ. in tract. de oblig. liquidat. n. 13. & ideo ſufficit, vt cunq. principales citetur. Secus autem quando obligatio non eſt liquida: quia cum agatur de liquidanda cauſa, & ob id de graui præiudicio, procurator cõſtitutus nihil fateri poteſt, niſi liquidata obligatione; ad quam liquidationem faciendam principalis eſt legitimè citãdus: Alioquin remiſſoria abſq partis citationis decreta reperiretur. Atta
6 men ſi per cõtradictas hæc liquidatio fiat, proceſſus, nõ niſi ex lõgo tribunalis vſu qui iuri comparandus eſt, vt in prax. c. retuli, ſaluabitur, licet Rota non obſtante ſtylo, & vſu d. tribunalis A.C. contrariũ tenuerit, vt per Put. dec. 32. in vna Aquen. lib. 2.

DE MANDATORVM EXTRA TRIBVNAL A. C. RELAXATORUM EXEQUUTIONÈ, EXTRA VRBEM FACIENDA. Cap. L.

1 *Mandata in vim cameralis obligationis in curia Capitolij, & Vicarii aliquando relaxatur.*
2 *Hæc mandata nequeunt extra Vrbem vltra quadrageſimum ab ea lapidem exequi, & quare.*
3 *Quænam citatio pro exequutione eiuſmodi mandatorum corã A. C. neceſſario ſit facienda.*
4 *Negat interdum A.C. hanc exequutionem, & nouus proceſſus requiritur.*

1 Vigore Cameralis obligationis relaxantur aliquando mandata exequutiua in curia Capitolii, cõtra Romanos, & Eminentiſs. D. Vicarij Papæ, contra clericos Romanos, ſcilicet originis, vel be-
2 neficiatos. Sed cum illa extra Vrbem in locis ad ea per quadraginta milliaria diſtantibus prædictorum iudicium auctoritate exequi non poſſint, cum eorum iuriſdictio vltra dictum terminum non exten-
3 datur, Auditor Cameræ, vti quarumcumque ſententiarum in Romana Curia latarum exequutor, aditur pro habenda exequutione, aut in ſubſidium excommunicatione, quæ ambo ſolent per Auditorum Cameræ concedi præuia partis citatione, ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, nec non videndum mandari exequi mandatum alias per D. Iudicem relaxatum, mandatumque de illud exequendo deſuper neceſſarium, & opportunum ad

partes concedi,& relaxari,ſeu in iuris ſubſidium videndum ſe excõmunicari, & litteras declaratorias deſuper opportunas decerni, & relaxari.Et idem pro mandato de exequendo, ſeu litteris ſoluitur,quod ſolueretur, ſi in tribunali mandatum e equutiuum à principio rela-
4 xatum fuiſſet.Aliquando A.C.exequutionem mandatorum huiuſmodi concedere recuſat: & tunc noua opus eſt inſtrumenti coram eo productione, & nouo in eius tribunali contra debitorem proceſſu qui erit magis tritus, quam alius ſuperius relatus.

DE CITATIONIBVS, ET ILLARVM EXEQVVTIONE. Cap L I.

1 *Omnes citationes in cauſis exequutiuis vigore oblig. cam.vſq. ad quãcumq ſummam, & in ordinarijs vſque ad viginti ducatos, domi dimiſſa copia exequuntur.*
2 *Ex cõmiſs. excitatoria iuriſdictionis nõ alteratur proceſſus exequut.*
3 *Tamen citationes perſonaliter exequendæ ſunt.*
4 *Citationes ſubſtantiales quæ dicantur.*
5 *Lunæ Mercurij, & Veneris ſeruabantur termini ob ſuperuentum Comiſſionis, niſi in ea dicatur ſingulis diebus, & horis, &c.*
6 *Si reus petit ab impetitis abſolui proceſſus eſt ordinarius.*
7 *Obligatio Cameralis non habet actionem paſſiuam, ſed tantum actiuam ex parte creditoris.*
8 *Citationis ad dicen.contra, fiunt ad primã diẽ etiam per contradicta.*
9 *Per contradictas relaxatur interdum mandatum pendente termino ad opponendum.*
10 *Poſt intimationes, niſi ad primã diem exequutas, expectatur lapſus illius primi diei, qui ſit iuridicus.*
11 *Si intimatio decreti facti cũ intimatione ſimpliciter, perſonaliter exequitur, poteſt ſtatim illa exequuta decretum exequi.*
12 *Secus ſi exequuta ſit domi dimiſſa copia, quia tunc expectatur lapſus diei quo exequuta fuit.*
13 *Nulla citatio poteſt fieri ad hodie per totam niſi perſonaliter fiat.*
14 *Citatio facta ad hodie per totam nõ conualeſcit, etiam ſi expectetur prima dies iuridica.*

1 Citationes omnes in cauſis exequutiuis vigore cameralis oblig. vſq. ad quamcunq ſummam; in ordinarijs vero vſq. ad ſummam 20.ducat.domi dimiſſa copia de ſtylo tribunalis A.C.fieri & exequi
2 poſſunt.Si autẽ in cauſa vel exequutiua, vel ordinaria pro parte acto-
3 ris, vel rei cõmiſſio, quæ tantũ iuriſdictionem excitatoria ſit, ſuperuenerit, licet proceſſus exequutiuus propterea non alteretur, ita vt ordinariè, & ad terminorũ ſubſtantialium obſeruationem procedi debeat.

-beat, tutius tamen erit citationes ſubſtantiales perſonaliter exequi, vt per Marian. in tract. de cit.art.17.circa 7.Ferrar.in tit. form. reſp.
4 rei in gl.11.n.17 verſ.Amplius quæritur.Citationes vero ſubſtantia les dicuntur, ſine quibus ſententia ſuſtineri non poteſt, vt in Seno-
5 gallien.Syluę, coram Cotta,dec.64.n.1. diuer.Et niſi in cōmiſſione facultas procedendi ſingulis diebus,& horis data fuerit, ſiue cauſa ſit à principio cōmiſſaria, ſiue ordinaria,&poſtmodū Commiſſio ſu peruenerit,debent termini ſeruari diebus rotalibus, Lunæ.ſ.Mercurij,& Veneris:& ſi aliis diebus ſeruentur, nulli erunt; niſi dicatur in Cōmiſſione, iux.ſuas ordinarias facultates,in quibus vbi agitur vigore oblig. cameralis, & tunc poterit procedi etiam domi dimiſſa copia, excepta prima citatione ad dicen. contra cōmiſſionem, quę perſonaliter eſt exequenda,arg.l.4.§.Prętor ait,ff.de damn. inf.&hoc ibi per Bar. in l.1.ff.de lib.agn.Innoc.in c. fin.extra. de eo qui mit.in
6 poſſ.Aduertendū tamen eſt, ꝙ ſi reus aliqua ratione ſe ab impetitis abſolui curauerit, proceſſus eſt ordinarius, & termini ſubſtantiales,
7 vt in cauſis ordinariis ſeruantur. Nam Cameralis oblig. non habet reciprocam,& paſſiuā actionē,ſed actiuā ſolummodo ex parte cre-
8 ditoris, vt infra dicā. Citationes ad dicen. contra, ſemper ad primā diem fiunt,&alias factæ nullæ,&inualidę ſunt, etiā per contradictas
9 & parte non opponente fiant. Per contradictas fiūt aliquando citationes ad dicen.contra ad primā diē, & relaxari mandatum per tot. Quod mandatū pendente termino ad primam ad opponendum expeditur,& parti conſignatur: & videtur potius ex quodā antiquo vſu, quā iuris permiſſione poſſe ſuſtineri: quia pēdente termino ad deponendū non deberet concedi, cum officium iudicis conquieſcat, vt
10 ſuperius probaui. Si intimationes niſi ad primā diem, aut perſonaliter, aut domi dimiſſa copia exequantur,antequā ad decreti exequutionem deueniatur, expectatur lapſus totius illius diei primæ, quæ
11 iuridica eſſe debet. Si decretū aliquod repoſitionis, vel alterius actum cum intimatione ſimpliciter fiat, facta perſonali decreti huius intimatione, illā ſtatim reportata, ad eiuſdē exequutionē proceditur.
12 Si vero intimatio domi dimiſſa copia à Curſore fiat, nequit decretū exequi, niſi tranſacta die, quo facta fuit intimatio. Nō poteſt quis ꝑ
13 totam audientiam citari, niſi perſonaliter citatio exequatur, Put.deciſ.178. lib.1.n.2 adeo vt ſi domi dimiſſa copia fiat, non afficiat, nec
14 etiamſi prima dies iuridica expectetur teneat: quia eſt nulla, atque iterum exequenda. Citationes autem quæ fiunt domi dimiſſa copia etiam in oblig.Cam. fiunt vna die pro altera.Put. d.dec.178.cū quilibet ſcire præſumatur, ꝙ ad eius, quā inhabitat, domū eſt denunciatū; vt p.Bar.& Bal.in l.ſcire oportet,ff.de excuſ.tut. Ang.conſ.185. rep.conſ.215.verſ. Viſis igitur ſupradictis. Vbi dicit, ex citatione domi dimiſſa copia facta præſumi domeſticos, & familiares citato denū-

ciaſſe

ciaſſe; intermiſſo tamen aliquo tempore, iuxta ꝗ veriſimile ſit, citatum notitiam habuiſſe eorũ, quę domi geſta ſunt. l. Lutius, §. Lutius ff. de lib. & poſth. Et propterea rationabiliter dicendum erit, citationes, & Intimationes manere debere ab ortu Solis, vſq. ad occaſum.

DE SVMMIS IN PETITIONE RELAXATIONIS MANDATI exprimendis. Cap. LII.

1 *In certis caſibus ſpecificatio certæ ſummæ non requiritur.*
2 *Quo caſu actor teneatur ſpecificare ſummam petitam.*

1 ETiam ſi quælibet petitio iudicialiter facta certa eſſe debeat, cũ actor teneatur exprimere cauſam, & ſummam ad euidentiã facti, ſiue reali, ſiue perſonali actione agitur, vt per Abb. in c. ſignificãtibus, de libell. oblat. per tot. Ferrarien. in forma libelli in actio. real. gl. iure dominii, vel quaſi, n. 43. verſ. quęritur ergo & ob id à bo. me. Eminentiſs. Card. Riario tunc A. C. mandatum fuerit, ꝗ in debiti cõfeſſione, petitio certæ ſummę exprimi deberet: nihilominus abſq. aliqua expreſſione in petitione ad mandati relaxationem proceditur, & in illius expeditione ſolum ſumma ſpecificatur. Verum quando agitur vigore inſtrumenti, in quo de fructibus mentio fiat, puta ſocietatis officij, cenſus, penſionis domus vel caſalis, aut annuæ præſtationis, nec petitione, nec in mandati expeditione cauſa fructuum ſumma ſpecificatur, ſed dicitur tantum pro fructibus decurſis, & nõ ſolutis, vel alia incerta quantitate; & mandatum, & excommunicatio paſſim conceduntur, iux. dec. Rot. 183. in nou. Acchil. deciſ. 1. de ſent. excom. quas ſequuti fuerunt DD. de Rota in vna Rom. domorum in Burgo pro D. Claudio Nero 22. Nou. 1560 coram Robuſte-
2 rio. Tamen ſi pars comparet, & offert ſoluere, facta illorum liquidatione, non datur, niſi facta dicta liquidatione vt ibi.

DE REPOSITIONIBVS. Cap. LIII.

1 *A.C. reponit quandocunque appellantem in cauſis exequutiuis, etiam ſi decretum tranſierit in iudicatum.*
2 *Decreta in exequutiuis, quoad iudicẽ nunquã tranſeunt in iudicatũ.*
3 *Sententia nulla põt reuocari ab eodẽ iudice, qui eam tulit, & quando.*
4 *Et quomodo iudex ordinarius cognoſcatur à iudice delegato.*
5 *Solet A.C. reponere à quibuſcunq. decretis diffinitiuis, etiam abſolutorÿs ad fauorem rei factis.*
6 *Decernit iudex niſi infra tres, vel niſi ad primam: vt interim partes audire poſſis.*
7 *Si decretum in ſcriptis per cedulam latum eſt, iudex non reponit,*

ponit, & quare.

8 *Procedetur ordinarie in cauſis in quibus reus inſtat abſolui.*

1 Conſueuit Auditor Cameræ in iſtis cauſis executiuis ſemper, & quandocunque appellantes à ſuis decretis reponere, etiamſi il-
2 la tranſitum fecerint in iudicatum. Licet. n. quoad partem in iudicatum tranſeant, ſecus tamen quoad iudicem, vt per Iaſ. in l ꝙ iuſſit, n. 47. ff. de re iud. Et iudex quandocunq. tacite, vel expreſſe ſolet re-
3 care ſuam ſententiam interlocutoriam per ſimiles repoſitiones, vt in c. cum ceſſante de appellat. & l. quod iuſſit, ff. de re iud. Immoſi Iudex ſine cauſæ cognitione, & parte non citata protulit interlocutoriam, & ſic notorie iniuſtam, poterit ſine citatione eam reuocare. ita notabiliter dixit Anton. de Butr. in d. c. cũ ceſſante, de appel. Qua enim facilitate iudex de facto pronunciat, eadẽ etiam facilitate debet defacto reuocare, vt in ſing. Ant. Corſet. in verbo ſentẽtia. Et ꝙ dictum eſt de interlocutoriis, idem dicendum erit de diffinitiuis decretis, & ſententiis nulliter latis, in quibus diſtinguendo breuiter erit dicendum, ꝙ ſi iudex, qui eam tulit, erat delegatus, tunc quia finita erat iuriſdictio, non debet ipſe idem adiri, ſed ad Papam eſt recurrendum, ſiue de nullitate, ſiue de iniquitate ſententiæ agatur: Si vero erat Iudex ordinarius, licet non poſſit cognoſcere de iniquitate ſententiæ, neq. ad ipſum appellari: poteſt tamen cognoſcere de nullitate ſuę ſentẽtiæ, vt per Caſtren. in l. pars diuerſa, C. quõ, & qñ iud. ſen. profer. nu. 5. Capic. dec. 1. num 26. poteſt nihilominus etiã adiri ſuper or, vt in l. 4. ibi citat. de accuſat. & l. ſi præſes, nu. 1. eod. tit. Et quando Iudex Ordinarius poſſit reuocare ſuam ſententiam & de illius nullitate cognoſcere, & iterum ſententiare dicit Alexand. in cõſil 63. num. 21. lib 4. quod procedit etiam in Iudice delegato ad vniuerſitatem cauſarum, qui habetur tanquam ordinarius, Marant. in 4. par. Iudiciorum 5. diſtinct. num. 42. & 47. quo autem ad reuocandam interlocutoriam non eſt differentia inter ordinarium, & delegatum, qua vterque poteſt eam reuocare, vt ibi num. 48.
4 Iudex autem ordinarius cognoſcitur à delegato, vt puta ſi committatur cauſa Iudici ordinario cum aliquali alteratione iuriſdictionis ordinariæ, tunc intelligitur eſſe iudex delegatus, & ſic nouus iudex, non autem ordinarius, vt per Alexan. in l. 1. §. opus, ff. de oper. noui. nunciat. Tamen ſecus dicendum erit de ſententijs, ſeu decretis diffinitiuis validis; iudex enim, qui ſemel diffinitiuè pronunciauit, non poteſt amplius ſuam ſenteтiam reuocare, vel iterum pronunciare, cum functus fuerit officio ſuo, vt per eundem Caſtren. in l. neque ſuam in tit. & rubrica, ſententiam reſcindi non poſſe, per totum, quod intellige ſiue ſententia tranſiuerit in iudicatum, ſiue non, vt in l. Paulus. ibique per omnes ſcribentes,

tes,ff. de re iud. Alex. conſ. 119. lib. 3. Capic. dec. 1. n. 24. Tamen idem
5 A. C. has repoſitiones facere poteſt, tam à decretis abſolutorijs factis in fauorem rei conuenti, quam ab alijs quibuſuis diffinitiuis, vel
6 vim diffinitiuæ habentibus. Et præſertim qñ ſubeſt conditio, niſi ad primam, niſi infra tres, vel alia ſimilis: quia iudex decreta huiuſmodi animo partem audiendi, an aliquid releuans alleget, vel deducat, facere videtur. cum tamen hoc iudex potius de facto, quam iure facere videatur: & in hoc ſtylus curiæ pluries variauerit, vt modo albus, & modo niger fuerit, iux. allegat. Lapi 51. De ſolidiſſimo ſtylo tanquam iuri contrario, nihil audeo affirmare, ad trad. per Spec. in tit.
7 de teſta. §. 19. verſ. Deinde, de reſcrip. Id tamen atteſtor non ſeruari in decreto diffinitiuo in ſcriptis facto, per cedulam .ſ. ſententiæ à iudice ſubſcriptam. Ab ea enim iudex regulariter reponere non ſolet, cum officio ſuo, vt ſuperius probaui, functus fuerit; ſed appellationi deferc per reſponſionem termini iuris, vel aliã, & cauſa ad alium iudicem deuoluitur. Et appellatio ab huiuſmodi decreto recipitur, eaq; pendente nihil eſt innouandum, & officium iudicis conquieſcit vt ſuperius probaui. Ratio quia cameralis obligatio non habet, vt dixi, reciprocam actionem, & facultatem, vt in agendo. In his enim
8 decretis abſolutorijs, ſi valor rei, de quo agitur, ſummã 200. ducatorum auri de camera excedat, termini ſubſtantiales de ſtylo curiæ ſeruantur, iuxta notorias facultates A. C. nam tunc non exequutiue, ſed ordinarie proceditur. Quas facultates pro minori partium diſpendio in fine huius libri imprimi curaui In his quoq; reorum abſolutorijs, monitorium non requiritur, cum reus in excipiendo dicatur actor, & exceptio, quæ clara eſt, dicatur libellus rei. Iaſ. in l. ſicut autem, §. quod autem num. 3 ff. de re iudic.

De Deputatione Curatoris, Cap. LIV.

1 *Citatio pro obtinenda exequutione in bonis debitoris, qui in curia obijt nullis relictis hæredibus, qui citari poſſint.*
2 *Decretum in vim huius citationis.*
3 *Poſt primam citationem fit alia ſimilis citatio per duos Curſores.*
4 *Poſt hanc ſecundam citationem fit citatio per affixionem iuxta formam decreti.*
5 *In termino citat. 4. pro 4. dilatio curator hæreditati iacẽti deputatur.*
6 *Deputato curatore, contra eum æquè, ac cõtra principalem proceſſus formatur.*
7 *Si eſt inſtitutus certus hæres in teſtamento defuncti, qui abſit ab Vrbe; proceditur modo antedicto: ſed curator illi hæredi certo, nõ autẽ hæreditati iacenti deputatur.*
Quamplura alia de curatorum deputatione in fine præcedentis nu.

& per

& per totum
8 Quomodo procedendum erit contra hæredem minorem.
9 Si hæres eſt infans, non poteſt citari, & quare.
10 Qui citari debent, quando hæres infans eſt, & quomodo.
11 Infanti proximior aliquis in actorem eligitur; & plura requiſita circa hanc deputationem.
12 In omnibus prædictis caſib. mandatũ cõtra bona defuncti decernitur
13 Si curator non eſt generaliter deputatus ad omnes cauſas, alij creditores contra eum proceſſum formare non poſſunt.
14 Deputatur aliquãdo curator furioſo, & quõ, & quæ neceſſario verificanda ſunt. Differntiam inter furioſum, & mentecaptum.
15 Curator deputatus debet aliquas defenſiones facere.
16 Omnes citationes prædictæ fiunt ad primam diem, & per curſores.
17 Curſorum auctoritas.
18 Differentia Mandatariorum à Curſoribus.

1 SI quis habet creditorem, quia in curia decedat nullis relictis hæredibus, qui citari poſsint ad effectum habendi exequutionem contra bona, ita proceditur. Citentur hæredes, ſi qui ſint, vel eſſe velint q. d. N. ad comparendum legitime, & acceptandum, vel refutandum hæreditatem præfati q. N. alias videndum deputari Curatorē illius hæreditatis iacenti ꝑ p. prima dilatione, ad primam diem.
2 Citatio hæc datur curſori, qui facta diligentia de reperiendo hęredes domi in qua dictus q N. mortuus fuit, in vicinia, et alijs locis publicis, & de hoc relatione facta iudex committit hanc diligentiam
3 per duos curſores faciendam. Quo facto, fit alia ſimilis citatio, & traditur eidem curſori, qui vna cum alio curſore diligentiam facit, & ſubinde ambo referunt feciſſe diligentiam, & non inueniſſe, vt ſupra. Sequuta hac diligentia per duos curſores, iudex decernit pro-
4 ceſſum per affixionē, ad valuas curiæ, & domicilii defuncti, ſi illud habebat, ſin autem per affixionem ad valuas curiæ, & aciei Campi Floræ. Poſt hęc fit alia citatio in hunc modum: Citentur per affixionem ad valuas curiæ, & aciei Campi Floræ, ſeu domus ſolitæ habitationis q. N. hæredes, ſi qui ſint, &c. Sequere ad vnguem, vt in citatione ſuperius poſita. in huius citationis termino iudex mandat citari ad idem, pro ſecunda dilatione. Et fiunt aliæ tres citationes ſimili modo pro ſecunda, pro tertia, & pro quarta, & ſuperabbundāti dilatione interpolate, vna die pro alia, & præuio iudicis decreto. In termino vltimæ citationis quæ fit pro quarta, ac ſuperabundante dilatione, comparet creditor, & curatorem hæreditati iacenti deputandum, ac fideiuſſorem pro eo conducit. Quem curatorem
5 Iudex deputat, & pro eo fideiuſſor promittit, quod utilia faciet pro hæreditate, ac inutilia prætermittet, ipſamq. hæreditem in defen-

tit.de teſtam.d.dec.Sarnen.in qua pro diſtinct.alleg.doct.Ang.Aret. in §.in extraneis.inſtit. de hæred.qualit.& differ.& Io.de Anan.in c. In litteris,de teſtam.& licet hoc nō videatur procedere in Eccleſia, in qua ceſſat illa præſumptio fraudis, & ſubtractionis, quæ oriri poſſet ob non confectionem inuentarij, vt in §.ſancimus d.Auth.de hæred.& falcid.Item,quia lex ciuilis non poteſt ligare Eccleſiam.c. Eccleſ.S.Mariæ,de conſt.tamen reſponderi poteſt, q̀ hæc præſumptio ceſſaret,etiam in pupillo non doli capace,qui ei comparatur,vt dicit B r.in l.pupillor.in prin.ff.eorum,l.Reſpubl.C. quibus ex cauſis maiores;& tamen ſatis eſt,q̀ adminiſtratores poſſunt ſubtrahere,& ſic præſumptio ſubtractionis locum in eis habere poſſet. Alex.in l. ſcimus,§.notiſſimum,C.de iur.delib licet remedio reſt.in integr.ſuccurrantur, ad Clem.de in integ.reſt. fait c.qui contingit,§. ille etiā, de reti.domib.d.Clem.Guidop.d.dec.571.n.4 verſ.ſed poteſt Eccleſia.Et tanto magis Eccleſia eſt reſtituenda;quia ea per aditionē hæreditatis non poteſt facere ſuam conditionem deteriorē,nec acquirere hæreditatē damnoſam,vt per Paul.de Caſtr.in l.ſcimus iam,C.
16 de iur.delib. Conceditur etiā ſimilis exequutio cōtra hæredes cū beneficio legis,& inuentarij realiter,& perſonaliter in proprijs bonis vltra hæditarias vires,qñ ex eorum parte reſpectu aditionis hæreditatis, & confectionis inuentarij dolus commiſſus appareat, vel ſolemnitates requiſitæ ſeruatæ nō ſint, de quibus infra ſermonem faciam;quia tunc hæres capi perſonaliter poteſt,vt per Corn.conſ.31 n.2.& 15. cum alijs alleg.In tantum,quod ſi hæres debitor carceratus vellet bonis cedere,non admitteretur,vt in auth de hæred. & falcid.d §.ſancimus,col.1.Socin.reg 46.fallen.17. in fine.

17 Tenetur inſuper hæres allegans ſe hæredem cum d.beneficio incōtinēti docere de inuentario legitime facto. Alioquin citabitur ad docendū legitimę de prætenſo inuentario hæditatis, & bonor. q. N. per eum allegato,nec non ad exhibendū bona in eo deſcripta,ſeu de illis computum, & rationē reddendum,alias de ſuo proprio ſoluendum, & videndum contra ipſum relaxari mandatum executiuū perſonaliter,& realiter contra propria bona exequendū. In Hoc articulo tanquam à principali negotio dependente exequutiue, & prout in principali negotio proceditur procedendum erit,cū de principali,& acceſſorio idem ſit iudiciū,ad tradita per Bar.in extrauag.ad reprim.verſ.ſummarie,in 2.col.Iaſ.in l.2.C.de edict.diu.Adr.toll. Vbi id pro regula affirmat. Si.n.ſecus fieret,ſequeretur acceſſorium melioris conditionis eſſe,quam ſit principale quod abſurdum eſt. Ad hæc etiam nota,quod ſi talis hæres promittit ex contractu ſoluere id,quod tanquam hæres cum beneficio l.& inuentarij ſoluere tenebatur ſi ex ipſo contractu immediate conueniatur non habebit beneficium inuentarij,quia illa prima obligatio alteratur: & in ſecunda

da mutatur, quę immediata attenditur, vt per Menoch.de præſump. lib. 4. præſumpt. 109. num. 48.

De validitate citationis per A. C. decretæ poſt illius obitum, vel aſſumptionem ad Cardinalatum. Cap. XLVI.

1 *Citatio per A. C. decreta etiam poſt illius ad Cardinalatum aſſumptionem, vel obitum exequi poteſt,*
2 *Afficit eiuſmodi citatio, non ſecus, ac ſi tempore noui Auditoris decreta fuiſſet.*
3 *Ceſſante perſona, non ceſſat officium.*
4 *Mortuo Auditore, vel Cardinale creato, Pontifex Viceauditorē, qui vſque ad noui Auditoris electionem ius reddit, deputat.*
5 *Nouus Auditor à Pontifice eligitur, & ab eo, non autem à prædeceſſore iuriſdictionem accipit.*
6 *Cur auctor hoc caput poſuerit, cū liquido appareat has citationes vale(re.*

1 Citatio, Monitoriū, Mandata, & quæcunq. alia expeditio ab A.C. conceſſa, ſiue in Ro. Curia, ſiue extra eā exequenda ſint, licet ante illorum exequutionem Auditorem ipſum in Eminentiſs. Cardinalium collegium adſciri, vel naturæ debitum perſoluere contingat, exequi, & intimari, ac nouus ſucceſſor Auditor ad vlteriorem illorū exequutionem abſque alia nouiter concedenda citatione procede-
2 re poteſt. Sufficit. n. hæc citatio, & ſic exequuta arctat citatum æque ac ſi noui Auditoris tempore conceſſa foret: quia ceſſante perſona, non propterea ceſſat officium. Ita fuit dictū in vna Papien. bonorū
3 coram Lancell. 3. Mart. 1576. Et vacante perſona, redditur ius, vt an
4 tea reddebatur. Nam interim Viceauditor à ſummo Pontifice deputatur. Et nouus Auditor in prædeceſſoris locum ab ipſo ſummo Pontifice, non autem à prædeceſſore Auditoris conſtituitur, & iuriſdictionem accipit, vt per Hipp. de Marſ. in eius pratica in l. morè maiorum, ff. de iuriſd. omn. iud. n. 185. Hæc de huiuſmodi citationū mandatorum, & aliarum quarumcunq. expeditionum viribus, & ſubſtinentia à pluribus etiam iuris conſultis interrogatus, non quod ea dubitationis principium habeant, retuli.

An mortuo creditore poſt monitorium exequutum, & reproductum aliud requiratur Cap. XLVII.

1 *Citatione, vel monitorio ante creditoris obitum executo, & reproducto non eſt opus noua citatione.*
2 *Quare noua citatio non requiratur.*
3 *Qualibet inſtantia tranſit in haredes.*

4 Hæres, & defunctus vna, & eadem perſona cenſentur.
5 Per impetrationem citationis, & illius decretum reſpectu impetrãtis dicitur lis introducta.
6 Reproductio citationis reſpectu citati eſt de ſubſtantia, ad effectum inducendi litis pendentiam.
7 Per mortem Papæ non expirat iuriſdictio iudicis ordinarij.

1 EAdem ratione, ſi monitorium, citatio, aut alia quęuis expeditio ad inſtantiam N. expedita fuerit, iſque poſt illius legitimam exequutionem, & in actis reproductionem deceſſerit, nouum monitorium, ſeu noua citatio ad illius hæredis inſtantiam non requiritur.
2 Quia hęres in locum illius, qui illam obtinuit, ſubrogatur: & iudiciũ ad hæredis inſtantiam, in quem inſtantia quęlibet tranſire videtur, proſequendum eſt. Hęres enim poteſt vti iure defuncti, vt in l. cum quidem, §. fiſcus ff. de vſuris. Quia hęres, & defunctus vna, & eadẽ perſona cenſentur, vt vltra ſuperius allegata, in auth. de iureiurand. à minor. præſti. ⅌. 1. Idem ſeruandum erit contra reum non comparentem tanquam contumacem: cum iuri conſentaneum non videatur, quod per illius contumaciam ipſe durior efficiatur aduerſarius.
3 Vtroque tamen caſu tutius eſſe exiſtimarem, nouam citationem pro vlteriori cauſæ proſequutione, & expeditione obtinere. Poſſet enim hęres ignorantiã litis pendentię allegare cum ea pręſumatur, vbi ſcientia non probatur, iuxta tex. in c. pręſumitur, de reg. iur. lib. 6. & in l. verius. ff. de probat. Quod maxime procedit in hęrede, qui inalterius iure ſuccedit, c. cum quis, de reg. iur. lib. 6. c. qui in alterius, eodem tit. Et licet verum ſit, vt proxime dictum eſt, quod quęlibet inſtantia tranſit in hęredes, id tamen intelligitur quando lis eſt conte-
4 ſtata; quia tunc inſtantia currere incipit, & ideo vbi non eſt contradictio, & in caſibus in quibus lis non conteſtatur, non eſt dare inſtãtiam, vt per Affl. dec 346. n. 1. & ſeq. Nam per ſolam impetrationem
5 citationis, & illius decretum reſpectu impetrantis lis dicitur introducta, & cauſa cõmiſſa, vt in clem. 2. vt lite pend. Rot. dec. 426. vt lite pendente, & in citationibus in antiquis, & dec. Caputaq. 246. in vna Taurinen. præpoſiturę 17. Apr. 1554. in manuſcr. Affli. dec. 220. poſt n. 13. quod intellige quatenus obtinens citationem ſit principalis, vel procurator legitimus, ſeu deinde ad dictam cauſam ſuperueniat mandatum, & in tẽpore producatur, vt ibi; ſecus tamen ſi ci-
6 tatio non fuiſſet reproducta in vitã citati, cum reſpectu eius reproductio ſit de eſſentia ſubſtãcialis citationis, ad hoc, vt lis introducta dicatur. Dec. in c. quoniam contra, n. 22. & 25. de prob. late Rol. à Val. conſ. 47. n. 65. vol 2. Maran. de ord. iud. 6. p. verſ. propoſui, nu. 54. Bal. in l. fi. C. de ſer. Fel in c. illud, n. 11. verſ. ſecunda concluſio, de preſcr. Marſ. in l. de vno quoque, n. 116. ff. de re iud. Idem Rol. conſil.

90. n.

90.n.35.vol.1. & propterea bene dixiſſe puto tutius eſſe nouam citationem cõtra hęredes mortui obtinere ex ſupradictis. Iam diximus, quod ceſſante perſona Auditoris Cameræ, non propterea ceſſat officium, neque illius exercitium, dicendum etiam erit, vtrum per mortem Papę eum delegantis ceſſat illius iuriſdictio, cui dubitationi videtur negatiue reſpondendum: quia cum Auditor Camerę Iudex ſit
7 ordinarius illius iuriſdictio non expirat, vt per Maran. de ord.iud.in 4. par. 5.diſt. iudiciorum, ſub n.56. & ibi plura de iudice delegato, dicto num.56.cum ſeq.

De aliquibus ad exequutionem cameræ obligatonum attinentibus, quæ Notarij officium concernere videntur Cap.XLVIII.

1 *Notarius eſt oculus iudicis, præſertim in iudicijs exequutiuis.*
2 *In exequutiuis iudex vt plurimum fidem notarij ſequitur.*
3 *Officium diligentis ſubſtituti.*
4 *Inſtrumenta exequenda debent legitime eſſe recognita.*
5 *Obligatio exequenda ſit liquida, & ſi eſt conditionalis purificetur.*
6 *Agens in contractu tenetur adimplere contenta in eo.*
7 *Obſtant interdum exequutioni capitula correſpectiua, vel diuerſa.*
8 *Agens ex inſtrumento debet in eo eſſe nominatus.*
9 *Non agitur ex inſtrumento ante diem ſolutioni adiectam.*
10 *Neceſſaria eſt ante exequutionẽ perſonarũ legitimatio, & quomodo.*
11 *Si proceditur pro fideiuſſore contra fideuſſores, vigore ceſſionis, mãdatum, dempta illius rata conceditur.*
12 *Intimatio ceſſionis ſit per cõtradictas, ſeu ſi facta ſit in fauorem tertij non obligati,*
13 *Fideiuſſor in quibus caſibus poſsit agere contra principalem antequam ſoluat.*
14 *Quando cedens poſt ceſſionem poſsit agere, & exigere.*

ANtequam ad alia, quæ plus ponderis habere videntur, deueniã pauca hæc, quæ ad notarij officium attinere videntur, referam.
1 Et primo, quia in his præſertim cauſis exequutiuis Notarij, ſeu eo-
2 rum Subſtituti debent eſſe oculi Iudicis; cum eorum fidem in illis,
3 vt plurimum Iudices ſequantur; diligenter animaduertant prudentes Subſtituti, Antequam mandata ad iudicem expedienda deferant, an omnes termini iuxta præmiſſum ſtylum legitime præceſſerint.
4 Inſtrumenta, quorum exequutio petitur, ſumma adhibita diligentia inſpiciant; quod ſint ſufficienter recognita, non abolita, nec cancellata, nec in aliqua illorum parte ſuſpecta, ſeu diminuta ſaltem

in

in ſubſtantialibus, cum in his cauſis ciuilibus ſuſpitio falſitatis in ſubſtantialibus, habeatur pro falſitate in tantum, ꝙ ſcriptura ſuſpecta non probat, vt in c. porrecta de confirm.vtil.vel inut.&ibi doct. &dec.3.not.Anchar.conſ.173.n.8.Alex.conſ.76.lib.1.n.6.&.in Barchinon.ſpolij 17.Maij 1553.coram Caputaq. in manuſc.dec.268.li. 1.& in ſumma ꝙ omnia ſua requiſita habeant, ad hoc vt tanquã inſtrumenta exequantur;quæ refert, &enumerat Galleſ.de cam.obl.in 3.p.1 q.& alijs partibus.& quæſtionibus d.tractatus. Quem quidem tractatum,vt diligens Subſtitutus, tanquam ſibi non parum proficuum, ac eius officij,ac eorum,quę in pręſenti meo libello dicũtur, intellectui apprime neceſſaria continentẽ ſępius videat, & reuideat conſulo. Poſſet.n. ob terminorum ignorantiam, errorem non leuem committere,& ob id nomini ſuo maculas inijcere, & partium dam-
5 no,& detrimẽto eſſe. Videat præterea an obligatio, cuius exequutio petitur,ſit liquida; an vero aliquam habeat conditionem,qua ex parte agentis, qui illam purificare tenetur, purificata non ſit: cũ agens ex contractu debeat prius adimplere contenta in eo.Dec.conſ.336. lib.3.præſertim quando agitur ad contrauentionem: alias nõ poteſt obtinere, Corn. conſ.246.n.6.lib.3. Dec.conſ.452.n.3. Aretin. conſ. 70. n.2.verſ.2.dicimus.cum non obſeruanti obſeruandũ non ſit, tex.
7 in l.cũ proponas,lib.2.C.de.pact. Inſuper ſi plura ſint capitula, quę ſint correſpectiua, vel diuerſa.& taliter ꝙ exceptio agendi obſtet a-
8 genti. Item ſi agens ex inſtrumento ſit in eo nominatus. Rurſus ſi tẽ-
9 pus ſolutionis aduenerit,habeatq. diem adiectæ ſolutionis. Demum
10 ſi ſint legitimatæ perſonæ,tam actoris,quã rei conuenti; Actoris ſcilicet,ꝙ eius perſona in iudicio legitime ſtare, rei vero, ꝙ debite cõueniri poſſit, vt dictum eſt in d.c.43. Ne igitur notarius,ſeu ſubſtitutus ſecum etiam iudicem in errorem ducat, inſtrumenta iudici deferat, & per eum ante mandati expeditionem legi curet,potiſſimum ſi cõtra abſẽtes, qui ſuas exceptiones,&defenſiones proponere nequeũt
11 procedatur. In ſimili proceſſu,qui ſit per contradictas,ſiue per edictum publicum vidi, & etiam audiui aliquos iuuenes ſubſtitutos plu ries erraſſe dum proceditur ad inſtantiam fideiuſſoris ſoluentis aliquam partitam pecuniarum pro principali debitore,qui obtẽta ceſſione iurium à creditore agit contra principalem debitorem,ac cõfideiuſſores obligatos,& conceditur ei mandatum cõtra confideiuſſores pro tota, atq. intregra ſumma, licet parte non opponente idem proceſſus poſſit ſaluari, vt coram Robuſterio 10.Iun.1575 .inter D. Fabritium de Fabijs, & hęredes de Aſtallis dec ſum fuit: parte vero opponente, quoad alios confideiuſſores, debet deduci, & defalcari rata ipſius ceſſionarij, qui eſt confideiuſſor cum alijs obligatis, licet ſint inſolidum obligati.Bar.in l.Modeſtinus n.3.ff.de ſolut. Mediãte tamen huiuſmodi ceſſione fideiuſſor recuperabit ab alijs confideiuſſoribus

oribus

ſoribus reliquum d.ſummæ, dempta tantum rata ſua, & pro reſiduo exequutio committetur, vt per Bar.in l.Modeſtinus, n.10.ff.de ſolut. Bald.in l.ſi diverſa in addit.in prin. C.locati & conducti.ratio quia ſi inſolidum alios conueniret confideiuſſores illi poſſent opponere, ꝙ ſi ſoluiſſem totam ſummam à te in parte repeterem, ergo pro tua parte agere non potes, vſque adeo quod agens pro tota ſumma poſſet cogi à d.confideiuſſore ad cedendum ſibi iura contra ſe ipſum ſicut tenebatur creditor principalis, ita tradit Bar.in l.ſi plures, li. 26. ff.de admin.& peri.tut.& curat.n.2.prop.fin.Capic.dec.18.n.3.ſi alij ſint ſoluendo. Si vero aderit aliquis ex confideiuſſoribus, qui notorie habetur pro non ſoluẽdo, nulla de eo ratio habetur, & rata illius nullatenus computatur, vt per Bar.in d.l.Modeſtinus d.n.10.verſ.attamen. Affl.dec.142.n.3.quod quidem operæ pretium cenſui ad memoriam ſubſtitutorum notariorum deduxiſſe, ad tollendum præiudicium, quod, vt plurimum ex tali errore partibus infertur, & ꝙ non datur fideiuſſori actui exequutiua contra confideiuſſorem niſi ei fuerint ceſſa iura, habetur in l. vt fideiuſſor, ff.de fideiuſ.& mand. Rurſus circa hãc quotidianam quæſtionem dico, quod licet ſint duo, vel plures, vt dixi, fideiuſſores, qui conſtituuntur vti principales, principaliter, & inſolidum; tamen inter ipſos, ille vere dicitur principalis, ad cuius manus peruenit pecunia, & qui obligat ſe vt principalis, videtur potius obligari. Paul.Caſtren.cõſ.331.vol 1.Hip.de Marſ.ſing.2. verſ.ſi plures fideiuſſores. Alii autem cẽſentur promiſiſſe animo intercedendi, ſeu fideiubendi, Corn.conſ.124.lib. 1.& conſ.316. lib 4. Aym.conſ.91.lib.1. n.2.cum cõcordan Et quo ad ipſos ſunt fideiuſſores, vt in his terminis tenuit Rota in vna Romana repet.indebiti
12 coram Robuſterio 19.Nou.1573.Et propterea mandatum contra principalem pro tota atq. integra ſumma expeditur, nec parte in facit. Vt autem ad materiã proceſſus faciendi ad inſtantiã ceſſionarij, à qua aliqualiter digreſſi fuimus, redeamus: dicendum eſt, ꝙ licet aliqui docti viri probabiliter alias dixerint, intimationem ceſſionis huiuſmodi valide fieri non poſſe per contrãdictas, cum ante exequutionem requiratur, quod ea obligatis legitime intimetur, vt per glo. in l.3. ff.pro Soc.Alex.conſ.95.lib.2.n.10.tamen ex longo vſu tribunalis, qui pro lege allegari poteſt, tam in decidendo, quam ordinãdo faciunt ea, quæ allegari ſolent de efficacia ſtyli, per doct.in c.ſi.decõ ſuet.&in c.ex litteris, de conſt.&in c. 1 1. de pręb.in 6. contrarium ſeruatur. Ab antiqua enim praxi recedendum non eſt. vt per Bal.in l. illud ff.de excuſ.tut.&in conſ.136 n.3.lib.1. Secus tamen dicendum erit quando ceſſio facta foret ad fauorẽ tertii nõ obligati, neq in cõtractu nominati: quia cum veniat extra conſiderationem intellectus vtiq. dicendum eſt talem ceſſionem ante exequutionem legitime intimari debere, vt per Galleſ.in 2.q.p.1 n.1.& 2 & antequam ab hac

mat

nec obſtat allegatio ſtyli Tribunalis A.C. ita permittentis: quia ſtylus ſtricti iuris eſt; & non debet extendi, vt inferius probabitur. Et hæc valida ratio eſt. Quando .n. obligatio eſt liquida ſi procurator conſtitutus debitum fatetur, nullæ aliæ ſunt partes iudicis, niſi in cõdemnando, ſeu exequendo, ſiquidem contra confeſſum de iure non promulgatur ſententia ſed fit ei præceptum de ſoluendo, vt bene explicat Galleſ. in tract. de oblig. liquidat. n. 13. & ideo ſufficit, vt cunq. principales citetur. Secus autem quando obligatio non eſt liquida: quia cum agatur de liquidanda cauſa, & ob id de graui præiudicio, procurator cõſtitutus nihil fateri poteſt, niſi liquidata obligatione; ad quam liquidationem faciendam principalis eſt legitimè citãdus: Alioqu in remiſſoria abſq partis citationis decreta reperiretur. Atta
6 men ſi per cõtradictas hæc liquidatio fiat, proceſſus, nõ niſi ex lõgo tribunalis vſu qui iuri comparandus eſt, vt in prax. c. retuli, ſaluabitur, licet Rota non obſtante ſtylo, & vſu d. tribunalis A.C. contrariũ tenuerit, vt per Put. dec. 32. in vna Aquen. lib. 2.

DE MANDATORVM EXTRA TRIBVNAL A. C. RELAxatorum exequutionè, extra Vrbem facienda. Cap. L.

1 *Mandata in vim cameralis obligationis in curia Capitolij, & Vicarii aliquando relaxatur.*
2 *Hæc mandata nequeunt extra Vrbem vltra quadrageſimum ab ea lapidem exequi, & quare.*
3 *Quænam citatio pro exequutione eiuſmodi mandatorum corã A. C. neceſſario ſit facienda.*
4 *Negat interdum A.C. hanc exequutionem, & nouus proceſſus requiritur.*

1 VIgore Cameralis obligationis relaxantur aliquando mandata exequutiua in curia Capitolii, cõtra Romanos, & Eminentiſs. D. Vicarij Papæ, contra clericos Romanos, ſcilicet originis, vel be-
2 neficiatos. Sed cum illa extra Vrbem in locis ad ea per quadraginta milliaria diſtantibus prædictorum iudicium auctoritate exequi non poſſint, cum eorum iuriſdictio vltra dictum terminum non exten-
3 datur, Auditor Cameræ, vti quarumcumque ſententiarum in Romana Curia latarum exequutor, aditur pro habenda exequutione, aut in ſubſidium excommunicatione, quæ ambo ſolent per Auditorum Cameræ concedi prævia partis citatione, ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, nec non videndum mandari exequi mandatum alias per D. Iudicem relaxatum, mandatumque de illud exequendo deſuper neceſſarium, & opportunum ad

par-

partes concedi, & relaxari, ſeu in iuris ſubſidium videndum ſe excōmunicari, & litteras declaratorias deſuper opportunas decerni, & relaxari. Et idem pro mandato de exequendo, ſeu litteris ſoluitur, ꝙ ſolueretur, ſi in tribunali mandatum exequutiuum à principio relaxatum fuiſſet. Aliquando A. C. exequutionem mandatorum huiuſmo
4 di concedere recuſat: & tunc noua opus eſt inſtrumenti coram eo productione, & nouo in eius tribunali contra debitorem proceſſu qui erit magis tritus, quam alius ſuperius relatus.

DE CITATIONIBVS, ET ILLARVM EXEQVVTIONE. Cap L I.

1 *Omnes citationes in cauſis exequutiuis vigore oblig. cam. vſq. ad quācumq ſummam, & in ordinarijs vſque ad viginti ducatos, domi dimiſſa copia exequuntur.*
2 *Ex cōmiſſ. excitatoria iuriſdictionis nō alteratur proceſſus exe quut.*
3 *Tamen citationes perſonaliter exequendæ ſunt.*
4 *Citationes ſubſtantiales quæ dicantur.*
5 *Lunæ, Mercurij, & Veneris ſeruabantur termini ob ſuperuentum Comiſſionis, niſi in ea dicatur ſingulis diebus, & horis, &c.*
6 *Si reus petit ab impetitis abſolui proceſſus eſt ordinarius.*
7 *Obligatio Cameralis non habet actionem paſsiuam, ſed tantum actiuam ex parte creditoris.*
8 *Citationis ad dicen. contra, fiunt ad primā diē etiam per contradicta.*
9 *Per contradictas relaxatur interdum mandatum pendente termino ad opponendam.*
10 *Poſt intimationes, niſi ad primā diem exequutas, expectatur lapſus illius primi diei, qui ſit iuridicus.*
11 *Si intimatio decreti facti cū intimatione ſimpliciter, perſonaliter exequitur, poteſt ſtatim illa exequuta decretum exequi.*
12 *Secus ſi exequuta ſit domi dimiſſa copia, quia tunc expectatur lapſus diei quo exequuta fuit.*
13 *Nulla citatio poteſt fieri ad hodie per totam niſi perſonaliter fiat.*
14 *Citatio facta ad hodie per totam nō conualeſcit, etiam ſi expectetur prima dies iuridica.*

1 Citationes omnes in cauſis exequutiuis vigore cameral's oblig. vſq. ad quamcunq ſummam, in ordinarijs vero vſq. ad ſummam 20. ducat. domi dimiſſa copia de ſtylo tribunalis A. C. fieri & exequi
2 poſſunt. Si autē in cauſa vel exequutiua, vel ordinaria pro parte acto
3 ris, vel rei cōmiſſio, quæ tantū iuriſdictionem excitatoria ſit, ſupr ue nerit, licet proceſſus exequutiuus propterea non alteretur, ita vt ordinariè, & ad terminorū ſubſtantialium obſeruationem procedi de-

beat, tutius tamen erit citationes ſubſtantiales perſonaliter exequi, vt per Marian. in tract. de cit. art. 17. circa 7. Ferrar. in tit. form. reſp.
4 rei in gl. 11. n. 17 verſ. Amplius quæritur. Citationes vero ſubſtantiales dicuntur, ſine quibus ſententia ſuſtineri non poteſt, vt in Seno-
5 gallien. Syluę, coram Cotta, dec. 64. n. 1. diuer. Et niſi in cōmiſſione facultas procedendi ſingulis diebus, & horis data fuerit, ſiue cauſa ſit à principio cōmiſſaria, ſiue ordinaria, & poſtmodū Commiſſio ſu peruenerit, debent termini ſeruari diebus rotalibus, Lunæ. ſ. Mercurij, & Veneris: & ſi aliis diebus ſeruentur, nulli erunt; niſi dicatur in Cōmiſſione, iux. ſuas ordinarias facultates, in quibus vbi agitur vigore oblig. cameralis, & tunc poterit procedi etiam domi dimiſſa copia, excepta prima citatione ad dicen. contra cōmiſſionem, quę perſonaliter eſt exequenda, arg. l. 4. §. Pretor ait, ff. de damn. inf. & hoc ibi per Bar. in l. 1. ff. de lib. agn. Innoc. in c. fin. extra. de eo qui mit. in
6 poſſ. Aduertendū tamen eſt, ꝙ ſi reus aliqua ratione ſe ab impetitis abſolui curauerit, proceſſus eſt ordinarius, & termini ſubſtantiales,
7 vt in cauſis ordinariis ſeruantur. Nam Cameralis oblig. non habet reciprocam, & paſſiuā actionē, ſed actiuā ſolummodo ex parte cre-
8 ditoris, vt infra dicā. Citationes ad dicen. contra, ſemper ad primā diem fiunt, & alias factæ nullæ, & inualidę ſunt, etiā per contradictas
9 & parte non opponente fiant. Per contradictas fiūt aliquando citationes ad dicen. contra ad primā diē, & relaxari mandatum per tot. Quod mandatū pendente termino ad primam ad opponendum expeditur, & parti conſignatur: & videtur potius ex quodā antiquo vſu, quā iuris permiſſione poſſe ſubſtineri: quia pēdente termino ad deponendū non deberet concedi, cum officium iudicis conquieſcat, vt
10 ſuperius probaui. Si intimationes niſi ad primā diem, aut perſonaliter, aut domi dimiſſa copia exequantur, antequā ad decreti exequutionem deueniatur, expectatur lapſus totius illius diei primæ, quæ
11 iuridica eſſe debet. Si decretū aliquod repoſitionis, vel alterius actum cum intimatione ſimpliciter fiat, facta perſonali decreti huius intimatione, illa ſtatim reportata, ad eiuſdē exequutionē proceditur.
12 Si vero intimatio domi dimiſſa copia à Curſore fiat, nequit decretū exequi, niſi tranſacta die, quo facta fuit intimatio. Nō poteſt quis ꝑ
13 totam audientiam citari, niſi perſonaliter citatio exequatur, Put. de ciſ. 178. lib. 1. n. 2 adeo vt ſi domi dimiſſa copia fiat, non afficiat, nec
14 etiamſi prima dies iuridica expectetur teneat: quia eſt nulla, atque iterum exequenda. Citationes autem quæ fiunt domi dimiſſa copia etiam in oblig. Cam. fiunt vna die pro altera. Put. d. dec. 178. cū quilibet ſcire præſumatur, ꝙ ad eius, quā inhabitat, domū eſt denunciatū, vt p. Bar. & Bal. in l. ſcire oportet, ff. de excuſ. tut. Ang. conſ. 185. rep. conſ. 215. verſ. Viſis igitur ſupradictis. Vbi dicit, ex citatione domi dimiſſa copia facta præſumi domeſticos, & familiares citato denū-

ciaſſe

ciaſſe; intermiſſo tamen aliquo tempore, iuxta ꝙ veriſimile ſit, citatum notitiam habuiſſe eorũ, quę domi geſta ſunt. l. Lutius, ſ. Lutius ff. de lib. & poſth. Et propterea rationabiliter dicendum erit, citationes, & intimationes manere debere ab ortu Solis, vſq. ad occaſum.

DE SVMMIS IN PETITIONE RELAXATIONIS MANDATI exprimendis. Cap. LII.

1 *In certis caſibus ſpecificatio certæ ſummæ non requiritur.*
2 *Quo caſu actor teneatur ſpecificare ſummam petitam.*

1 Etiam ſi quælibet petitio iudicialiter facta certa eſſe debeat, cũ actor teneatur exprimere cauſam, & ſummam ad euidentiã facti, ſiue reali, ſiue perſonali actione agatur, vt per Abb. in c. ſignificãtibus, de libell. oblat. per tot. Ferrarien. in forma libelli in actio. real. gl. iure dominii, vel quaſi, n. 43. verſ. quęritur ergo & ob id à bo. me. Eminentiſs. Card. Riario tunc. A. C. mandatum fuerit, ꝙ in debiti cõfeſſione, petitio certæ ſummę exprimi deberet: nihilominus abſq. aliqua expreſſione in petitione ad mandati relaxationem proceditur, & in illius expeditione ſolum ſumma ſpecificatur. Verum quando agitur vigore inſtrumenti, in quo de fructibus mentio fiat, puta ſocietatis officij, cenſus, penſionis domus vel caſalis, aut annuæ præſtationis, nec petitione, nec in mandati expeditione cauſa fructuum ſumma ſpecificatur, ſed dicitur tantum pro fructibus decurſis, & nõ ſolutis, vel alia incerta quantitate; & mandatum, & excommunicatio paſſim conceduntur, iux. dec. Rot. 183. in nou. Acchil. decis. 1. de ſent. excom. quas ſequuti fuerunt DD. de Rota in vna Rom. domorum in Burgo pro D. Claudio Nero 22. Nou. 1560 coram Robuſte-
2 rio. Tamen ſi pars comparet, & offert ſoluere, facta illorum liquidatione, non datur, niſi facta dicta liquidatione vt ibi.

DE REPOSITIONIBVS. Cap. LIII.

1 *A.C. reponit quandocunque appellantem in cauſis exequutiuis, etiam ſi decretum tranſierit in iudicatum.*
2 *Decreta in exequutiuis, quoad iudicẽ nunquã tranſeunt in iudicatũ.*
3 *Sententia nulla põt reuocari ab eodẽ iudice, qui eam tulit, & quando.*
4 *Et quomodo iudex ordinarius cognoſcatur à iudice delegato.*
5 *Solet A.C. reponere à quibuſcunq. decretis diffinitiuis, etiam abſolutorijs ad fauorem rei factis.*
6 *Decernit iudex niſi infra tres, vel niſi ad primam: vt interim partes audire poſſis.*
7 *Si decretum in ſcriptis per cedulam latum eſt, iudex non reponit,*

ponit, & quare.

8 *Procedetur ordinarie in cauſis in quibus reus inſtat abſolui.*

1 CONſueuit Auditor Cameræ in iſtis cauſis executiuis ſemper, & quandocunque appellantes à ſuis decretis reponere, etiamſi il-
2 la tranſitum fecerint in iudicatum. Licet.n.quoad partem in iudicatum tranſeant, ſecus tamen quoad iudicem, vt per Iaſ.in l ꝙ iuſſit, n.47. ff.de re iud. Et iudex quandocunq.tacite, vel expreſſe ſolet re-
3 care ſuam ſententiam interlocutoriam per ſimiles repoſitiones, vt in c. cum ceſſante de appellat. & l. quod iuſſit, ff. de re iud. Immoſi Iudex ſine cauſæ cognitione, & parte non citata protulit interlocutoriam, & ſic notorie iniuſtam, poterit ſine citatione eam reuocare. ita notabiliter dixit Anton. de Butr.in d.c. cũ ceſſante, de appel. Qua enim facilitate iudex de facto pronunciat, eadẽ etiam facilitate debet defacto reuocare, vt in ſing. Ant. Corſet. in verbo ſentẽtia. Et ꝙ dictum eſt de interlocutoriis, idem dicendum erit de diffinitiuis decretis, & ſententiis nulliter latis, in quibus diſtinguendo breuiter erit dicendum, ꝙ ſi iudex, qui eam tulit, erat delegatus, tunc quia finita erat iuriſdictio, non debet ipſe idem adiri, ſed ad Papam eſt recurrendum, ſiue de nullitate, ſiue de iniquitate ſententiæ agatur: Si vero erat Iudex ordinarius, licet non poſſit cognoſcere de iniquitate ſententiæ, neq. ad ipſum appellari: poteſt tamen cognoſcere de nullitatæ ſuę ſentẽtiæ. vt per Caſtren. in l. pars diuerſa, C.quõ, & qñ iud. ſen. profer. nu.5. Capic.dec.1.num 26. poteſt nihilominus etiã adiri ſuper or, vt in l. 4. ibi citat. de accuſat. & l. ſi præſes, nu.1. eod.tit. Et quando Iudex Ordinarius poſſit reuocare ſuam ſententiam & de illius nullitate cognoſcere, & iterum ſententiare dicit Alexand. in cõſil 63. num.21. lib 4. quod procedit etiam in Iudice delegato ad vniuerſitatem cauſarum, qui habetur tanquam ordinarius, Marant. in 4. par. Iudiciorum 5. diſtinct. num. 42. & 47. quo autem ad reuocandam interlocutoriam non eſt differentia inter ordinarium, & delegatum, qua vterque poteſt eam reuocare, vt ibi num. 48.
4 Iudex autem ordinarius cognoſcitur à delegato, vt puta ſi committatur cauſa Iudici ordinario cum aliquali alteratione iuriſdictionis ordinariæ, tunc intelligitur eſſe iudex delegatus, & ſic nouus iudex, non autem ordinarius, vt per Alexan. in l.1. §. opus. ff. de oper. noui. nunciat. Tamen ſecus dicendum erit de ſententijs, ſeu decretis diffinitiuis validis; iudex enim, qui ſemel diffinitiuè pronunciauit, non poteſt amplius ſuam ſentetiam reuocare, vel iterum pronunciare, cum functus fuerit officio ſuo, vt per eundem Caſtren. in l. neque ſuam in tit. & rubrica, ſententiam reſcindi non poſſe, per totum, quod intellige ſiue ſententia tranſiuerit in iudicatum, ſiue non, vt in l. Paulus. ibique per omnes ſcriben-

tes, ff. de re iud. Alex. conſ. 119. lib. 3. Capic. dec. 1. n. 24. Tamen idem
5 A. C. has repoſitiones facere poteſt, tam à decretis abſolutorijs fa-
ctis in fauorem rei conuenti, quam ab alijs quibuſuis diffinitiuis, vel
6 vim diffinitiuæ habentibus. Et præſertim qñ ſubeſt conditio, niſi ad
primam, niſi infra tres, vel alia ſimilis: quia iudex decreta huiuſmodi
animo partem audiendi, an aliquid releuans alleget, vel deducat, fa-
cere videtur. cum tamen hoc iudex potius de facto, quam iure face-
re videatur: & in hoc ſtylus curiæ pluries variauerit, vt modo albus,
& modo niger fuerit, iux. allegat. Lapi 51. De ſolidiſſimo ſtylo tan-
quam iuri contrario, nihil audeo affirmare, ad trad. per Spec. in tit.
7 de teſta. §. 19. verſ. Deinde, de reſcrip. Id tamen atteſtor non ſeruari
in decreto diffinitiuo in ſcriptis facto, per cedulam. ſ. ſententiæ à iu-
dice ſubſcriptam. Ab ea enim iudex regulariter reponere non ſolet,
cum officio ſuo, vt ſuperius probaui, functus fuerit; ſed appellatio-
ni defert per reſponſionem termini iuris, vel aliã, & cauſa ad alium
iudicem deuoluitur. Et appellatio ab huiuſmodi decreto recipitur,
eaq; pendente nihil eſt innouandum, & officium iudicis conquieſcit
vt ſuperius probaui. Ratio quia cameralis obligatio non habet, vt
dixi, reciprocam actionem, & facultatem, vt in agendo. In his enim
8 decretis abſolutorijs, ſi valor rei, de quo agitur, ſummã 200. duca-
torum auri de camera excedat, termini ſubſtantiales de ſtylo curiæ
ſeruantur, iuxta notorias facultates A. C. nam tunc non exequutiue,
ſed ordinarie proceditur. Quas facultates pro minori partium di-
ſpendio in fine huius libri imprimi curaui. In his quoq. reorum ab-
ſolutorijs, monitorium non requiritur, cum reus in excipiendo dica-
tur actor, & exceptio, quæ clara eſt, dicatur libellus rei. Iaſ. in l. ſicut
autem, §. quod autem num. 3 ff. de re iudic.

De Deputatione Curatoris, Cap. LIV.

1 *Citatio pro obtinenda exequutione in bonis debitoris, qui in curia obijt nullis relictis hæredibus, qui citari poſſint.*
2 *Decretum in vim huius citationis.*
3 *Poſt primam citationem fit alia ſimilis citatio per duos Curſores.*
4 *Poſt hanc ſecundam citationem, fit citatio per affixionem iuxta formam decreti.*
5 *In termino citat. 4. pro 4. dilatio curator hæreditati iacẽti deputatur.*
6 *Deputato curatore, contra eum æquè, ac cõtra principalem proceſſus formatur.*
7 *Si eſt inſtitutus certus hæres in teſtamento defuncti, qui abſit ab Vrbe; proceditur modo antedicto: ſed curator illi hæredi certo, nõ autẽ hæreditati iacenti deputatur.*
Quamplura alia de curatorum deputatione in fine præcedentis nu.
& per

& per totum

8 *Quomodo procedendum erit contra hæredem minorem.*

9 *Si hæres eſt infans, non poteſt citari, & quare.*

10 *Qui citari debent, quando hæres infans eſt, & quomodo.*

11 *Infanti proximior aliquis in actorem eligitur; & plura requiſita circa hanc deputationem.*

12 *In omnibus prædictis caſib. mandatū cōtra bona defuncti decer nitur*

13 *Si curator non eſt generaliter deputatus ad omnes cauſas, alij creditores contra eum proceſsum formare non poſſunt.*

14 *Deputatur aliquādo curator furioſo, & qūo, & quæ neceſſario verificanda ſunt. Differntiam inter furioſum, & mentecaptum.*

15 *Curator deputatus debet aliquas defenſiones facere.*

16 *Omnes citationes prædictæ fiunt ad primam diem, & per curſores.*

17 *Curſorum auctoritas.*

18 *Differentia Mandatariorum à Curſoribus.*

1 SI quis habet creditorem, quia in curia decedat nullis relictis hæredibus, qui citari poſsint ad effectum habendi exequutionem contra bona, ita proceditur. Citentur hæredes, ſi qui ſint, vel eſſe velint q. d. N. ad comparendum legitime, & acceptandum, vel refutandum hæreditatem præfati q. N. alias videndum deputari Curatorē illius hæreditatis iacenti ꝓ p. prima dilatione, ad primam diem.
2 Citatio hæc datur curſori, qui facta diligentia de reperiendo hęredes domi in qua dictus q N. mortuus fuit, in vicinia, et alijs locis publicis, & de hoc relatione facta iudex committit hanc diligentiam
3 per duos curſores faciendam. Quo facto, fit alia ſimilis citatio, & traditur eidem curſori, qui vna cum alio curſore diligentiam facit, & ſubinde ambo referunt feciſſe diligentiam, & non inueniſſe, vt ſupra. Sequuta hac diligentia per duos curſores, iudex decernit pro-
4 ceſſum per affixionē, ad valuas curiæ, & domicilii defuncti, ſi illud habebat, ſin autem per affixionem ad valuas curiæ, & aciei Campi Floræ. Poſt hęc fit alia citatio in hunc modum: Citentur per affixionem ad valuas curiæ, & aciei Campi Floræ, ſeu domus ſolitæ habitationis q. N hæredes, ſi qui ſint, &c. Sequere ad vnguem, vt in citatione ſuperius poſita. In huius citationis termino iudex mandat citari ad idem, pro ſecunda dilatione. Et fiunt aliæ tres citationes ſimili modo pro ſecunda, pro tertia, & pro quarta, & ſuperabbundāti dilatione interpolate, vna die pro alia, & præuio iudicis decreto. In termino vltimæ citationis quæ fit pro quarta, ac ſuperabundante dilatione, comparet creditor, & curatorem hæreditati iacenti deputandum, ac fideiuſſorem pro eo conducit. Quem curatorem
5 Iudex deputat, & pro eo fideiuſſor promittit, quod vtilia faciet pro hæreditate, ac inutilia prætermittet, ipſamq. hæreditem in defen-

6 ſam non reliquet, in forma. His præmiſſis citatur curator ad omnes actus, pro exequutione cameralis obligationis requiſitos, ac ſi eſſet
7 principalis: & in ſumma contra eum, tanquam contra principalem iudicium iuxta cauſæ naturam formatur. Verum ſi debitor in curia moritur condito teſtamento, & in eo relicto certo hærede, qui ad Vrbe abſit; præcedentibus diligentijs modo præmiſſo faciendis, curator, ſeu defenſor hæreditati, & bonis defuncti, non autem hæreditati iacenti deputatur; cum certus adſit hæres contra quem iudicium vt natura cauſæ ſuadet, formatur pro ſatisfaciendis creditoribus hæreditarijs, & legatarijs quibus creditoribus hæreditarijs prius, & deinde honoratis in teſtamento de bonis hæreditarijs, vt per Socin. Iun. in l. 1. in tit. de leg. 1 nu. 327. Dec. conſ. 509. Curator etiam datur bonis ad inſtantiam illius, qui ſperat ſuccedere ab inteſtato: & qui id poſtulat, recte poſtulat, ex quo ſua intereſt bona conſeruari,
8 Ang conſ. 108. col. 1. Alex. conſ. 4. n. 4. lib. 2. Sed ſi mortui debitoris hæres minor ſit, & curatore indigeat, citatur ipſemet hæres, quamuis minor ſit, modo tamen maior ſit ſeptennio, ad comparendum legitime, alias videndum ſibi deputari curatorem, ſeu actorem ad lites, primo pro prima dilatione Et ſeruatis modo antedicto, quatuor terminis, Iudex deputat ipſi hæredi legitime non comparenti actorem ad lites, vel curatorem, cum quo ſit legitimus proceſſus, vt
9 ſupra diximus. Si vero hæres eſt infans vel minor ſeptennio, non poteſt ad cauſam citari, cum non habeat velle, neque nolle; ſed citatur tutor teſtamentarius, ſi adſit, ſin autem mater tâquam neceſſaria, & legitima tutrix, & adminiſtratrix ſui filij, ſeu agnati, & cognati, ſin minus, citantur ij in quorum eſt poteſtate ad comparendum in iudicio coram Dño, & minorem defendendum, ac petendum ei curatorem, ſeu actorem ad lites deputari, alias videndum illum per dominũ ex officio deputari, iux. Affl. dec. 2 62. n. 2. & ſeq. & præcedentibus ſupra
10 narratis dilationibus per Iudicem, actor ad lites, ſiue curator aliquis proximior, aut aliquo modo attinens deputatur, ne infans indefenſus remaneat, vt habetur in ſuperius allegata deciſione per totum, vbi habetur, quod proceſſus factus cum Curatore aliter, quam ſupradicto modo deputato eſt nullus, ex quo Iudex daret curatorem infanti, qui non poteſt petere curatorem ſibi dari; quia illa ætas quic
11 quid videt ignorat. Curator enim ad lites non datur, niſi petenti, Alex. conſ. 22. in fin. Bald. in c. 1. de milit. vaſſ l. qui contu. eſt ſit ergo
12 proceſſus modo præmiſſo, & mandatum tantummodo conceditur
13 contra bona debitoris vita functi. Verum ſi ſuperuenerint alii creditores, & citent curatores, vt ſupra deputatos, proceſſus non eſt validus; niſi deputatio ſe extendat ad omnes alias cauſas illius mi-
14 noris. Deputatur quoque aliquando Curator furioſo, ſeu mentecapto ad illius proximiorum inſtantiam, examinatis prius teſti-

bus

bus ſummarie, & extraiudicialiter ſuper eo, ꝙ N. eſt mentecaptus; iiſq. examinatis iudex perſonæ, & bonis prædicti N. curatorē in gradu proximiorem, cum ſolita cautione de vtilia faciendo, & inutilia prætermittendo, ex officio deputat. Nec requiritur ſuper hoc plenaria cognitio, ſeu inquiſitio; ſed ſufficit, quod aliqualiter cōſtet de furore, vel adhibeantur medici, qui hoc cognoſcant, vt in l. obſeruare, ff. de curat. fu. & pro. citata per Alex. in conſ. 86 ver. verum eſt, quod cauſæ cognitio, n. 5. lib. 2 et ratio, quia talis deputatio Curatoris nō cauſat præiudicium ei, cui deputatur: propterea talis deputatio non dicitur vitioſa. Probatur etiam dementia ex ſermonibus, actib. et ſimilibus, vt l. quidam in ſuo, ff. de condi. et de tut. et cur. da. ab his, l. his qui, §. fi. idem voluit Fabianus de Monte in tract. de empt. et vendit. in 5. q. verſ. non quæro, vbi refert, quod mentecaptus dicitur is, cui deficit mens, et qui animi conſilium non habet, licet nullū oſtendat furorem, et extrinſecus eſt habitu quietæ mentis. An autem leges loquentes de furioſo locum habeant in mentecapto, vel demente, et illorum differentia pro illorum intellectu, recurre ad Alex. in l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, n. 8. in prin. ff. ſoluto mat rim. Deputatur etiam Curator hæreditati, et bonis defuncti, ſeu decocti, inſtantibus creditoribus, ad hoc vt valeat legitime adminiſtrare: et in hoc caſu plura requiruntur. primo quod detur ad inſtantiam maioris partis creditorum, l. 11. ff de cur. bon. da. et in l. fi. de bo. author. iud. poſſ. Spec. de curatore, §. cum autem, verſ. opponitur, Alexand. cōſil. 221. nu. 9. lib. 6. Cuius inſtrumenti formulam tanquam in hoc caſu non ſemel occurren. conſcribere volui: quam habes infra lib. 4. Secundo, quod nominatim citentur ij, quorum intereſt, ſi certi ſint, ſin autem per proclamationes, ad l. ſi eo tempore. C. de remiſs. pignor. Tertio, quod ſtatuatur terminus arbitrio Iudicis hæred bus, ſi qui ſint, ad comparendum, et acceptandum hæreditatem mortui. Quarto, quod talis Curator deputandus faciat inuentarium omniū bonorū, vt per Bart. in d. l. 1. ff de cur. bon. da. Quinto, quod idē Curator ſatiſdet, per tex. in auth. vt liceat Matri, et Auiæ, in princ. in ver. ibi in fideiuſſione. De his, et aliis requiſitis in confectione, vide Ang. in d. conſ. 193. col. 3. et alios, quos in proxime ſeq. cap. citabimus. Deputatur etiam curator bonis abſentis, quæ ſint tempore peritura, & ne ab aliquo diſſipatura, vt per eundem Angel. in conſil. 212. & conſil. ſequen. incip. Mortuo debitore, colum. 2. & 3. Deputatur etiam idem Curator, præuiis tamen diligentiis modo præmiſſo faciendis dictis bonis debitoris abſentis, iuxta terminos l. ab hoſtib. in princip. citat per Petrum de Vbald. in 11. part. de duobus frat. num. 26. in fine. Item deputatur prodigo, & de his, & ſimilibus de qua illorum inſtrumentorum formis, vide Specul. lib. 1. par. 3. in titulo de curatore. Quas formas, cum hæ ſint de raro contingen-

tes, hic aliter conſcribere non curaui; ſed ibidem perquires, & ad eũ tanquam patrem practicæ recurrere poteris, vt atteſtatur Iaſ. in tit.
15 de actionib. §. item Seruiana, n. 130. Nec videtur prætermittendum, ꝙ curator aliquo, ex relatis modis deputatus, dũ citatur ad aliquas cauſas, debet defenſiones debitas facere, alioqin licet ſolemniter ſit deputatus, ſi in principio, medio, & fine litis nihil oppoſuerit, poterit minor ſaltem beneficio reſtitutionis in integrum iuuari: quia paria ſunt, Curatorem non habere, & habere illum, qui comparere,
16 & iura minoris defendere negligit. Idq. eo magis affirmarem, cum minor aliquas pro ſe defenſiones haberet, Put. lib. 2. dec. 306. n. 4. Secus dicendum eſſet, ſi nullam defenſionum facere potuiſſet: quia tũc neque defenſio, neq. citatio neceſſaria eſt, vt dicit gl. & Ab. in c cũ olim, de re iud. Pariſ. conſ. 1. n. 33. & conſ. 101. n. 123. lib. 1. Dec. conſ. 698 n. 2. & 3. Redeundo igitur ad modum in præmiſſis procedendi, dico, ꝙ in tribunali A. C. omnes ſupraſcriptæ citationes ante Curatoris deputationem neceſſariæ, fiunt ad primam diem, & per Curſo-
17 res. Qui poſſunt citare in quibuſcunque tribunalibus, tam in curia, quam extra, etiam in partibus longinquis, & remotis citra, & vltra montes, ac citra, & vltra mare, etiam alienæ iuriſdictioni, & nõ Apo-
18 ſtolicæ mediate, nec immediate ſubiectis. Mandatarij autem nõ poſſunt citare niſi in tribunalib. in quib. ſunt deputati, & nõ in cauſis cõmiſſarijs; in illis. n. ſolũ curſores citãt; & citationes aliter exequute, nullæ, & inualidę sũt. Et quã plura alia circa proxime relatã materiã hæreditatis iacen. & vacan. refert Dec. in conſ. 509. per totum.

De aditione hæreditatis, et confectione Inuentarij. Cap. LV.

1 *Hæreditatis aditio, & inuentarij confectio per præſentes in curia, infra duos menſes à die obitus ſit.*
2 *Per abſentes ab Vrbe citra montes, intra quadrimeſtre.*
3 *Per abſentes vltra montes, infra ſemeſtre.*
4 *In hæreditatis aditione, vnica peremptoria citatio contra incertos creditores ſufficit.*
5 *Hæc citatio quomodo fiat.*
6 *Contra certos creditores ſit legitima citatio, & quæ.*
7 *Debitoris hæres non poteſt infra tempus inuentarium conficiendi cõueniri, ſi id ante litis conteſtationem oppoſuerit.*
8 *Quomodo dicitur lis conteſtata.*
9 *Declaratio viduis proficua coram iudice facienda.*
10 *Formula aditionis hæreditatis, & confectionis inuentarij.*
11 *Et quando inuentarium vitietur, & hæredi non proſit.*
12 *Requiſita in confectione inuentarij, & quod in illius confectione ſer-*

ſeruatur conſuetudo loci.

13 *Plura requiſita in ſuſceptione tutelæ.*

1 EX tenore bullæ à fel. rec. Pio Papa IV. ſuper reformatione Signaturæ Iuſtitiæ editæ ſub Dat. Kal. Ianuar. 1562. Aditio hæreditatis, & inuentarij confectio, ſeu intimatio per hæredes præſentes
2 in curia infra duos menſes à die obitus defuncti computandos, per
3 abſentes ab Vrbe citra montes infra quatuor menſes, per abſentes vero ab Vrbe vltra montes, infra ſex menſes fieri debent. Et li-
4 cet ſint, qui velint tutius eſſe in hæreditatis aditione, & inuentarij cõfectione incertos creditores vocare per proclamationes trina citatione præmiſſa, cum talis citatio etiam exiſtentes extra locum arctet, ac ſi perſonaliter facta foret, vt inferius probabimus. Tamen de
5 ſtylo, & vſu tribunalis ſufficit vnica tantum peremptoria citatio cõtra incertos, vt per Put. dec. 267. n 4. lib. 3. quę aliquando per cõtradictas fit, interdum per edictum publicum, & non rarò per affixionẽ
6 ad valuas curiæ, & aciei Campi Floræ. Quando autem certi ſunt creditores, neceſſe eſt illos legitime citare, ad viden. adiri hæreditatem q. d. N. cum benef. l. & inuent. dictumq. inuentarium confici mandari, pro certis die, & hora, vt per Abb. in c. Albericus, de teſt. Io. Dilec. de arte teſtan. in 11. tit. de acquir. vel repud. hęred. caut. 9 Aduerte ta
7 men, ꝙ hæres debitoris infra tempus conficiendi inuentarium conueniri, & vexari non poteſt, vt in l. fi. §. donec, & §. & ſi præfatum. C. de iur. delib. adeo vt ſi hæres debitoris opponeret exceptionem cõtra actorem, tu non poſſes me conuenire d. termino durante; quia talis exceptio admittitur, & vlteriorem proceſſum, ac litis cõteſtationem impedit, vt per dec. Tolet. in q 288. ſecus tamen ſi oppoſita non fuerit, vt ibi num. 1. & 2. beneficium enim à iure indultum, ne dum eſt alicui auferendum, ſed etiam ei proficere debet, Afflict. deciſ. 124. nu. 1. Sed ſibi præiudicat, & hoc priuilegio gaudet, ſi poſt litis conteſtationem id opponit, cum prædicta exceptio dilatoria ſit. & propterea ante litis conteſtationẽ opponi debuerit, c. 3. vbi Abb. in 1. vol. de ord. cogn. gl. in c. 1. in verſ. præmittitur; de reſt. ſpol. lib. 6. imo ſi pendet cauſa per viam appellationis, et non fuerit de ea appoſitum in principio litis, non poteſt amplius opponi in cauſa appellationis, licet in ea non ſit lis conteſtata, vt poſt Bal. Paul. de Caſtr. et alios, not. Iaſ. in l. ita demum. n. 6. C. de proc. Crauet. conſ. 220. nu. 6.
8 Lis autem dicitur conteſtata per libelli porrectionem, et rei reſponſionem Corn. conſ. 75. n. 15. vol. 3. Abb. in c. cum inter, de lit. conteſt. Fel. in c. 1. eod. tit. [Iam habes, ꝙ exceptio competit hæredi cũ benef. l et inuent. vt intra tempus illud conficiendi, non poſſit conueniri ex ſuperius allegatis, et probatis, quibus addo Bart. in l. ſcimus, §. donec, C. de iur. delib. in princ. vbi etiam habes ꝙ licet talis hæres non poſſit conueniri, quæritur an poſſit alios conueniri intra dictũ

tempus. Et videtur ꝙ non, per titulum. Quod quiſq. iuris,&c. tamen contrarium videtur verius; quia ille titulus habet locum quando ali cui cōceditur priuilegiū, ad ſui poſtulationē, ſed priuilegiū huius, §. nō eſt hmōi, ergo,&c. vt ibi n.2. in fi. Vide tñ in hoc Paul. de Caſtr. in l. cū quidā, prop. fi. C. de fruct. & expen. litiū. Si autem hæreditas erit ſimpliciter adita, vel bonor. poſſeſſio agnita definit eſſe hæreditas, & cōfunditur cū patrimonio adeuntis, l ſed & ſi plures, §. ſi folio, ff. de vulg. & pup & vbicūq poſt aditionem, appellatur hæreditas, impro-
9 pria eſt locutio, Bart. in l. bona, n.4. ff. de bon. poſſ. Aduerte tñ pro pauperib. viduis circa aditionē hæreditatis, & confectionē inuētarii ꝙ mortuo viro eius vxor, quæ, vt plurimū tutrix, & pro tpe curatrix filiorū ex ſe, & eius maritus ſuſceptorū deputatur, & ſucceſſiue cōfir matur à iudice, qñ de hæreditatis viribus dubitatur, poteſt cauere pro ſuæ dotis aſſecuratione mediante hac declaratione ante aditam hæreditatē faciēda. [Coram eximio V. I.D. N. &c. Iudice, &c. D. B. relicta q. D. A. dixit, aſſeruit, & in verbo veritatis declarauit, cōſtante matrimonio d. A, & ipſam B. vſq. ad diē illius diſſolutionis per obitū d. ſui viri factæ, ipſam mulierem iure familiaritatis poſſediſſe, & in habitaſſe domum eiuſdē q. A. ſui mariti, poſitā in Vrbe, &c. quā modo ipſa inhabitat, vna cū nonullis melioramētis in ea factis, & à die obitus d ſui mariti citra domū prædictā, & melioramenta, non amplius iure familiaritatis, ſed rōne ſuarū dotiū & donationis propter nuptias, & aliorū ſuorū iuriū retinuiſſe, & inhabitaſse, prout etiā retinet poſſeſſionis cauſam mutando. idcirco, vt magis hmōi ſua intētio, & animus, ac cauſæ mutatio eluceſcant, ac oībus clare appareāt, ſponte, &c. omni meliori modo, &c. & corā eod. iudice, vt ſupra pro tribunali ſedente, meq. notario, &c. d. D. B. dixit, & declarauit fuiſſe, & eſſe ſuæ intentionis, ſtatim, & in continenti poſt obitū d ſui viri nō amplius iure familiaritatis d. domū & melioramenta facta in ea poſſediſſet & poſſidere, ſed ſtatim ab inde citra, illa, & illa poſſidere ratione ſuarū dotiū, & donationis propter nuptias, ſeu augmēti dotis: ſaluis tñ remanentibus iuribus ſibi competentibus, non ſolū ſuper reliquis bonis hæreditatis d. ſui viri verum etiam ſuper omnibus bonis pro reſiduo ſuæ dotis, & donationis propter nuptias, & in omnē euentum pro tota dote, & donatione prędictis. Super quibus vult, & intendit ſemper, & quandcunque regreſſum habere. Et ita dicit & declarat non ſolum modo, et forma pręmiſsis, ſed etiam omni alio meliori modo. Præterea declarauit ſe tanquam matrem ſui, et d. q. ſui viri filij, ne ille indefenſus remaneat, illius defenſam, et curam ſuſcepiſſe, et modo inuentarium ipſius bonor. conficere velle. Ob eāque rem in primis et ante omnia ſolēniter, et expreſſe pro defenſione ſuorū iurium, et alias omni meliori modo, et c. proteſtata fuit ꝙ ſi in inuentario per eam conficiendo ipſa dixerint in hæreditate, et bonis

bonis d. q. ſui viri inueniſſe domũ, et alia bona, quæ tanquam credi-
trix iure ſuarum dotium, et donationis propter nuptias nunc tenet,
et poſt hac poſsidere velle declarat, et poſſeſsionis cauſam mutauit,
et mutat non intendit propterea poſſeſsioni, et mutationi cauſæ, ac
omnibus ſuis iuribus in aliquo præiudicare, ſed dumtaxat ſe dictu-
ram ad effectum inuentariandi bona; quæ in hæreditate ſui viri tem-
pore mortis illius reperta fuerunt. Et hanc ſui animi declarationem
repetere intendit in quolibet actu faciendo, vbi de ſuo præiudicio
tractari poſsit. Præmiſſaque vt præfertur, fecit, dixit, et declarauit, &
mutauit non ſolum modo prędicto, ſed etiam omni alio meliori mo-
do, &c. Super quibus omnibus, & ſingulis prædictis, tanquam rite, &
legitime factis cauſa cognita idẽ iudex, vt ſupra, pro tribunali ſedẽs
ſuã, dictiq. ſui officij auctoritatem pariter, & decretum interpoſuit.
Suppletis omnibus, et ſingulis iuris, et facti defectibus, ſi qui forſan
interuenerint. Super quibus, et c. actum, et c. Præſentibus teſtibus,
10 et c. Deinde, et Incontinenti coram eodem iudice, vt ſupra, pro tri-
bunali ſedente, meq. notario, etc. perſonaliter conſtituta d. B. mater,
tutrix, et curatrix eius, et d q. ſui viri filij, hæreditatem d. q. ab inteſta-
to, ſeu ex teſtamento delatam, cum beneficio tamen legis, et inuent.
audiuit, et acceptauit, ac audit et acceptat. Necnõ repetita citatione
contra quoſcunq. d. hęreditatis prætenſos creditores, ſi qui ſint, om-
neſq. alios ſua intereſſe putantes pro hac die, et hora per edictum pu
blicum, ſeu audientiam literarum contradictarum, vt moris eſt le-
cta, publicata, illorumq. contumaciam accuſata in eorum contuma-
ciam præmiſſo venerabili ſigno ſanctę Crucis† manu dictę B, facto
inchoando inuentarium rerum, & bonorum in hęreditate d. q. ſui vi
ri repertorum, dixit, & declarauit in hæreditate inueniſſe domũ prę-
dictam vt ſupra deſignatam cum illius iuribus, & pertinentijs. item,
&c. Quę bona ad præſens in dicta hęreditate inueniſſe declarauit;
Proteſtans inſuper quod ſi aliqua bona in pręſenti inuentario appo-
ſita fuerint, quæ apponenda non ſint, pro non appoſitis habere inten-
dit; et ſimiliter, ſi quæ non fuerint appoſita, quę apponenda ſint: cũ
primum ad eius notitiam deuenerint, pręſenti inuentario fideliter,
et legaliter deſcribi, annotari, et addi facere curabit, omni meliori
modo, et c. ſuper quibus, et c. Actum vbi ſupra, præſentibus quibus
ſupra teſtibus, et c. (Superius relata proteſtatio quotidie obſeruatur
11 in facto; quia neceſſaria eſt. Quoniam ſi hæres aliquid malitioſe o-
miſit, inuentarium vitiatur, adeo vt hæredi non proſit, perinde ac ſi
inuentarium non confeciſſet, cum diſtinctione tamen, de qua per
Paul. de Caſtr. in l. ſcimus iam, §. cum igitur, C. de iure delib. Et li-
cet prædicta declaratio voluntatis mutationis poſſeſſionis non vi-
deatur neceſſaria iuxta deciſ. Palæott. in manuſcript. num. 221. Pu-
teus deciſ. 451. lib. 1. Achil. deciſ 4. de cauſa poſſ. & proprietat.

Dec.conſ.400 & ita paſsim ſeruat Rota reprobato Soc. conſ.1 3 1. lib.3.tamen tanquam non parum proficua,non ab re illam hic con-
12 ſcribendam cenſui.Requiſita autem in aditione hæreditatis,& inuentarii confectione, inter alios vide Io Dilect.de arte teſtan.in tit. de acquir.vel repud.hæred.d. caut 9.& de conſuetudine ſeruanda in confectione d.inuentarii, vt ibi n.3. & 4. vide etiam in hoc Paul. de Caſtr.in l.ſcimus iam,§.cum igitur,eod.tit. vbi diffusé ponit omnia
13 illius requiſita, ibi ſingulatim deſcripta. Primum.ſ. ꝙ inchoetur infra 30.dies, et cōpleatur infra tres menſes, inchoandos à die notitiæ teſtamenti, vel delatæ hęreditatis ab inteſtato. 2. indifferenter ponit,illud perfici debere infra 40.dies, ſi bona ſunt pręſentia alias infra annum. 3. quod conficietur manu publici Notarii. 4. quod citētur creditores, et legatarii, ſi ſunt pręſentes,et abſentes per pro clama. 5. quod hęres ſe ſubſcribat,et ſi neſciat ſcribere ꝙ adhibeatur alter Notarius,qui ſe pro eo ſubſcribat. 6. quod apponatur ſignum ſanctę † Crucis in principio inuentarii. 7. ꝙ vltra duo teſtes, alii tres teſtes adhibeantur, qui dicant ſe nullius malignitatis eſſe conſcios, et qui ſint locupletes. 8. et vltimum, ꝙ teſtes cognoſcant hęredes; Vbi etiam ſubdit, ꝙ quicquid de iure ſcripto habeatur, de conſuetudine non obſeruatur, ꝙ tanta ſolemnitas adhibeatur; quia raro reperitur inuentarium, quod non poſſet impugnari, ideo ſeruanda eſt conſuetudo loci, vt ſuperius retuli.Si tamen ſolemne inuentarium conficere volueris, recurre ad formam confectionis inuentarii, de qua Bal.de Peruſio meminit in ſuo tract. quā infra lib. 4. habebis. Et licet plura in proxime pręcedenti c. retulerim de materias ſuſceptionis tutelę nihilominus tanquā de re quotidiana nolui omittere, quod antequam tutor, ſeu tutrix ad adminiſtrationem tutelæ accedat, quinque ſunt neceſſaria. Primū,quod recipiat bona,et illorum adminiſtrationem cum decreto iudicis. Secūdū,quod faciat inuentarium de bonis pupilli. Tertium,quod iuret de vtilia faciendo, et inutilia prætermittendo. Quartū, quod ſatiſdet niſi forſan fuerit tutor,ſeu tutrix ex teſtamento, vt in §.ſed hoc non eſt perpetuum, Inſtit.de ſatiſd.tut.et cur.et ibi Ang.Aret.n.1.Quintum,et vltimum, quod expreſſe promittat pro pupillo defenſionem ſuſcipere,et ipſum indefenſum non derelinquere,ad dec.Guidopap. in quæſt.330. num.1. 2. et 3. cum concordantibus,Et redeundo ad ea,quę dicit; et probata ſunt, quod ſcilicet hęres non poteſt conueniri infra tempus conficiendi inuentarium,et quod talis exceptio impedit litis conteſtationem, firmat Iaſ.in l.ſcimus iam,§.licentiam num.6.C.de iur.delib.ver.dico tamen.

De aperitione, et publicatione teſtamentis in ſcriptis conditi. Cap. LVI.

1 *Requiſita à iure in publicatione teſtamenti in ſcriptis.*
2 *Deſignatio forma publicationis teſtamenti in ſcriptis, iuxta magis frequentem vſum.*
3 *Clauſula apponenda per notarios in actu conſignationis teſtamenti pro tutiori remedio.*

1 IN teſtamenti defuncti, cuius hæreditas aditur in ſcriptis conditi, clauſi, & ſigillati publicatione, hæres ordinarium iudicem adit, à quo præuio calumniæ iuramento teſtamenti publicationem petit. Qui mãdat illos, de quorum intereſſe agitur, citari, ad hoc, & ſubinde teſtes teſtamentarios, & intereſſe habentes; illos ſcilicet ad recognoſcedum eorum ſubſcriptiones, & ſigilla, hos autem ad videndũ teſtibus iuramentum deferri. Qui teſtes vnus poſt alium examinantur, & deponere habent ſe à teſtatore vt ſcriberent, & ſigillaret rogatos fuiſſe. His peractis, index interloquitur ſcripturam illius teſtamenti eſſe publicam, & illi perpetuo fidem adhibendam: cui publicationi ſeptem teſtes interſunt. Hæc de iure ita procedunt; vidi
2 tamen in tribunali A.C. publicationes huiuſmodi paſsim ſub infra ſcribenda forma quotidie recipi. Die, &c. coram R.P.D. Matteo Buratto Illuſtriſs. D.A.C. in ciuilibus Locumtenen. Romæ in domo ſuæ ſolitæ reſidentiæ, ac in eius ſolito, & conſueto loco ad iura reddendum, & cauſas adiendum pro tribunali ſedente, meq. notario publico, & teſtibus infraſcriptis, comparuit D. N. & dixit, ac notificauit eidem D. Iudici, vt ſupra pro tribunali ſedenti, Magn. D. N. circa horam ſextam noctis præcedentis vita deceſsiſſe condito eius teſtamento clauſo ac ſigilli defuncti impreſsione munito, ac à ſeptem teſtibus ſubſcripto, & ſigillato eorum ſingulis reſpectiue ſigillis, ꝙ ego notarius ad Iudicem detuli, & illi exhibui tenoris, prout in eo; & cum ipſe comparens habeat intereſſe in bonis, & hæreditate d. q. N. & vt prouideri poſsit tam circa eius ſepulturam, quam alia in eius teſtamento diſpoſita, petijt per eundem D. Iudicem, vt ſupra pro tribunali ſedentem per me Notarium mandari aperiri, legi, & publicari d. teſtamentum, & his quorum intereſt vnum, vel plura publicum ſeu publica fieri, atque tradi inſtrumentum, & inſtrumenta, ſuper quibus, &c. præſentibus, &c. teſtibus, &c. Ita vt ſupra refert Rolan. à Valle conſ. 37. n. 9. vſq. ad fi lib. 1. Melius tamen exiſtimarem, ad
3 tollendum omne dubium, quod Notarius dum teſtamentum à teſtatore clauſũ recipit referret in dictæ receptionis inſtrumento, quod Teſtator mandat illud poſt eius mortem aperiri, & publicari etiam nullis

nullis adhibitis iuris ſolemnitatibus, perinde valere vult, ac ſi publicatio, ſiue aperitio ſolemniter facta foret. Renunciando quibuſcũq. ſolemnitatibus tam ex iuris diſpoſitione, quam conſuetudine, ac alias quomodolibet requiſitis. Tutius tamen eſſet, quod Notarius declarari faciat à teſtatore, quod tale teſtamentum valere voluit iure teſtamenti nuncupatiui, & omni meliori modo via, & forma, quibus magis, & melius valere poteſt, & debet, vt per Paul. Caſtren. in l. hæredes palam, verſ. ſed an valebit, ff. de teſtam. & per Clar. in §. teſtam. lib. 3. q. 4. verſ. ſed quæro. Quia cum deficiant aliqua ſolemnia teſtamenti in ſcriptis, teſtator nõ poteſt facere, ꝙ leges in cauſis ſuis locum non habeant, vt per Gomeſ. in reg de trien. poſſeſſ. q. 32. ad tex. ibi citatũ in l. nemo poteſt, de leg. 3. Vt tenuit Rota in vna Romana DD. Alterijs coram Robuſterio 23. Maii 1583. in 1. p. diuerſ. dec. 752 n. 5. Cęterum aduerte, ꝙ hanc, & alias formas inſtrumentorum ad iudicialia pertinentium magis late ſcriptas habes in Formulario inſtrumentorum nuperrime à me compilato, & in lucem edito quas nihilominus pro minori partium diſpendio inſ. in fine lib. 4. ſcribi, & imprimi feci,

De exequutione clauſulæ conſtituti. Cap. LVII.

1 *Citatio neceſſaria pro exequutione clauſulæ conſtituti.*
2 *Quid agendum quando inſtrumentum eſt receptum extra tribunal.*
3 *Inſtrumentum cuius clauſulæ conſtituti exequutio petitur, debet recognoſci, nec abolitum neque ſuſpectum eſſe debet.*
4 *Exemplar mandati de aſſociando*
5 *Huius mandati vigore quid agat creditor.*
6 *Formula exequutionis mandati huiuſmodi.*
7 *Recognitio ab inquilinis in actu exequutionis facienda.*
8 *Tutius remedium, recognitionem ab inquilino habere.*
9 *Pactum conſtituti, vel precarij non exercetur cõtra tertium poſſeſſorem, niſi eo citato.*
10 *Conſtitutarius habet remedium recup. poſſ.*
11 *Conſtitutum eſt minoris efficaciæ precario, & quare.*
12 *Precarium nõ ſe extendit ad bona hæredum debitoris per ipſos hæredes acquiſita, & quare.*
13 *Per precarium appoſitum in cõtractu nullo, vel ſimulato, non transfertur poſſeſſio, & exequi non debet.*
14 *Referuntur aliqua de citationibus impreſſis, quæ fiũt extra Ro. Cur,*

1 AD exequutionem clauſulæ conſtituti appoſitæ in inſtrumento in tribunali A.C. recepto contra debitorem obligatum procedere

dere volens, illum citari debet ad videndum infraſcripto D. inſtanti concedi familiam, ſeu exequutores curiæ, qui eum aſſocient in apprehenſione poſſeſſionis domus ſibi venditæ, & quodcunque mandatum deſuper opportunum decerni, & concedi. in cuius citationis termino iudex mandatum de aſſociando decernit, & relaxat, niſi ad
2 primam diem cum intimatione. Si vero inſtrumentum extra tribunal eſt receptum, adde prædictæ citationi ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndumque iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit. (Exequuta intimatione, & reproducta, ac prima die iuridica poſt illius exequutionem elapſa, mandatum expeditur, viſo tamen prius per iudicem inſtrumento ſufficienter recognito, non abolito, non raſo, neque ſuſpecto, vt ſupra relatũ eſt
4 in cap. 46. Huius autem mandati hoc eſt exemplar.) De mandato Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Auditor. Cameræ, ſiue eius R. P. D. Locũtenentis, & ad inſtantiam D. N. principalis. Tenore præſentium mandatur vobis Capitaneo & exequutoribus curiæ noſtræ; quatenus viſis præſentibus ſub 500. ducatorum, &c. aliiſq. &c. pœnis debeatis dictum N. qui vigore inſtrumenti venditionis domus ſibi factæ, ſitæ, &c. clauſulæ conſtituti in eo appoſitæ, vt in actis infraſcripti Notarij ſub die, &c. conſtat, & intendit illius poſſeſſionem corporalem, realem, & actualem apprehendere, & retinere, ad illam aſſociaſſe, & contra quoſcunq. impedientes poſſeſsionem illius pacificè apprehendere, & retinere permiſiſſe, & curaſſe. Quoniam dicto D. venditore citato in vim dicti inſtrumenti, & clauſulæ conſtituti,
5 in illo appoſitæ, Dominus ita mandauit, Die, & c. Cuius quidem mandati virtute emptor, aut creditor (vocatis curiæ exequutoribus) ad apprehendendam poſſeſsionem accedit infra dicendo mo-
6 do: D. N. in vim venditionis ſibi factæ domus, &c. & clauſulæ conſtituti in illius inſtrumento appoſitæ aſſociatus ab exequutoribus curiæ, illiſque præſentibus, & aſsiſtentibus ad euitandam aliquam violentiam idem forſan faciendam in illius apprehenſione, adeandem domum acceſsit vna mecum notario, ac poſſeſſionem domus prædictæ per illam intrando, deambulando, ſpatiando, portas, & feneſtras aperiendo, & claudendo pacificè, & quiete ademptus fuit. Proteſtans, quod per ſuum receſſum à dicta domo faciendum non intendit illius poſſeſsionem aliquo modo dimittere, aut relaxare, ſed illam animo, & corpore continuare non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo. Super quibus &c præſentibus teſtibus,
7 &c. Si in domo aliquis erit inquilinus, fiet per eum in actu apprehenſionis poſſeſsionis recognitio noui poſſeſſoris hoc modo: Et ibidem præſens D. B. inquilinus eiuſdem domus prædictum D. N. in dominum patronum, & poſſeſſorem præfatæ domus ibidem præſentem, & acceptantem recognouit, & acceptauit illique penſio-

nem domus huiuſmodi in poſterum decurrendam ſuis debitis terminis,& temporibus cum effectu ſoluere promiſit hic Romæ libere,& abſq. aliqua exceptione, alias ad omnia dãna,&c. teneri voluit. Pro
8 quibus,&c. ſe obligauit in forma Cam.&c. Tutius tamen reor in apprehenſione poſſeſſionis in qua inquilinus reperitur, illum é domo expellere, & ſubinde illi ſeparatim locationẽ facere, poſſeſſio enim non acquiritur, niſi inquilino expulſo, l. peregre, §. quibus, de acquir. vel admitt. poſſeſſ. & in l. quamuis, §. 1. eod. tit. Put. dec. 17. de con-
9 ceſſ. præb. Et quamuis in huiuſmodi exequutione clauſulæ, Galleſ. in fine ſui tractatus referat pactum precarii poſſe etiam contra tertiũ poſſeſſorem non citatum exerceri, tamen id nunquam obſeruari vidi, nec in precario, nec in conſtituto. Imò ſemper practicari vidi, ꝙ tertius poſſeſſor licet cauſam à debitore habeat, ſemper modo præmiſſo citatur, quia, vbi de partis præiudicio principaliter agitur ſẽper citatio antecedere debet, vt in l. de vnoquoque, ff. de re iud. Nec eſt attendenda formula. Galleſ. de qua in eius tractatu; quia illa vt inferius dicetur, nunquam fuit vſu recepta. Porro citatio eſt ſolemnitas iuris naturalis, quæ omitti non poteſt, iux. not. in clem. paſtoralis eo. tit. Vnde ſi iudex ſine citatione partis concedere d. licentiã, ea nihil operaretur, ſed pinde eſſet, ac ſi pars propria auctoritate fuiſſet ingreſſa, cum in quacunq. interloquutoria præiudiciali requiratur citatio, d. l. de vnoquoq. eod. tit. Hinc eſt ꝙ poſſeſſio etiam ab iniuſto poſſeſſore abſq. citatione auferri non poteſt, vt per Dec. in l. edict. diu. Adr. C. de edict. diu. Adr. toll. n. 5. Anchar. conſ. 133 n. 1. Et contra hunc tertium poſſeſſorem, extremis requiſitis verificatis, ſeruato ſuperius relato proceſſu, mandatum ſub præſcripta forma conceditur. Imo dicendum, ꝙ licet creditor poſſit apprehendere poſſeſſionem propria auctoritate contra debitorem, qui conſtituit ſe nomine creditoris poſſidere, & etiam contra poſſeſſorem cauſam ab eo habentem, vt per Bar. in l. creditores, col. 7. C. de pign. & hypot. Put. dec. 43. lib. 3. n. 6. tñ intelligendum præuia citatione modo præmiſſo facienda. Et his præmiſſis addo Natt. conſ. 378. vol. 2. & conſ. 317. eod. vol. vbi dicitur, ꝙ pactum cum debitore celebratum de ingrediendo poſſeſſionem propria auctoritate non poteſt exerceri cõtra tertium poſſeſſorem non habentem cauſam à debitore, niſi ſit appoſitum conſtitutũ. Præmittendum eſt amplius, ꝙ qui fundat ſe in clauſula conſtituti, debet probare conſtituentem tunc poſſediſſe, l. quamuis, & ibi gl. Ang. Rom. Alex. & alii, ff. de acquir. vel amit. poſſ. Guidop. dec. 356. in prin. quod intellige quando ageretur cõtra tertium poſſeſſorem, ſecus contra conſtituentem, vel eius hæredes, aut habentes ex poſt cauſam ab ipſo conſtituente: quia tunc non requiritur ſupradicta probatio, ſed in eorum prǽiudicium exercetur d. cõſtitutum abſq. alia probatione; vt in terminis ponit Plot. de in litem

iuran.

iura n.§.4.n 56 cum ibi citatis. Nec poteſt modo præmiſſo exerceri contra habentem cauſam ab illo, qui dedit licentiam capiendi poſſeſſionem; quia ſi caperet poſſeſſionem propria auctoritate, alio exiſtente in poſſeſſione illum ſpoliando priuaret ſemetipſum ſua poſſeſſione, vt per Peregr.dec.312. Vbi enim reperitur alius ante poſſidere, talis poſſeſſio diceretur intruſa, vt in vna Barchinonen. præceptoriarum, coram Lancell.7 Febr.1578. Et licet d.conſtitutum transferat ciuilem, & naturalem poſſeſſionem, vt per Alex.in l.quod meo, & in l.interdum, ff. de acquir.poſſ. non tamen actualem transfert, vt per Put.dec.2.de empt. & vend. Ad hæc nota, quod ſi venditor, vt fieri ſolet, dat licentiam emptori intrandi poſſeſſionem propria auctoritate cum clauſula ſolita, vt puta, & donec conſtituit ſe precario nomine poſſidere, operatur, vt emptor poſſit propria auctoritate poſſeſſionem capere, quod alias non poſſet, vt per l. fin. ex ſtipulatione, & ibi Doct. & Paul.de Caſtr.de acquir.poſſ. qua licentia non tributa, emptor de vi teneretur; quia vim committere videretur, vt in d.l.fin. ex ſtipulatione, eo.tit Peregr.dec.312. & in his terminis habetur deciſ. corā Grato in vna Placentina Canonic.15. Ian.1563. inter D. Hieronymum Caſalem, & Bartholomæum Criſtium, vbi inter alia fuit dictum quod prior poſſeſſor non poteſt amoueri, nec perdit poſſeſſionem niſi citetur etiam ſtante ſtatuto, quod quis poſſit ingredi poſſeſſionem propria auctoritate, Zuccar.in l fin. C.de edict.diu.Adr. toll. & faciunt tradita in l. fin. C.de acquir.poſſeſſ.

10 Aduertendum quoque eſt, quod conſtitutarius remedium habet recuperandæ poſſeſsionis in cauſis ſpoliationis non minus, quam ſi plenam, & realem poſſeſſionem habuiſſet. Tiraq.in tract.conſtit.10. ampliat. Affl.dec.299 Rex Ferdinandus n.17. quāplures alij effectus huius clauſulæ conſtituti enumerantur per Petrum Grauinam poſt formam venditæ libertat. in verbo Aduerte Notario, verſ. Septimo Quæritur amplius.

11 De precario nota, quod ſi debitor ſua & ſuorum hæredum bona præſentia, & futura obligauerit & ſe precario nomine tenere conſtituerit, ad bona hæredum per ipſosmet acquiſita, precarium non extenditur: quia nemo poſt mortem ſuam precario nomine poſſidere conſtituere poteſt, Affl.dec.335.nu.6.& 9.

12 Ad hæc etiam nota, quod precarium, ſeu conſtitutum in cōtractu ſimulato, vel alias defectu conſenſus nullo appoſitum, ciuilis poſſeſſio non transfertur, & conſequenter exequi non debet: infecta enim primitiua, & deriuatiua etiam inficitur; ad not. per Alex in l.1.§.1.n 8. & in l. eo principio, de acquir.poſſ. & per Doct.in l. contra ius, ff.de
13 reg.iur.cum concord. Et quod ex conſtituto appoſito in cōtractu nullo, aut ſimulato nōn transferatur poſſeſſio, nec dominiū; Vide Calcan.conſ. 36.n.4 & late Pariſ.conſ.54.n.19.30.& 87.lib.1. Affl.in c.1

in tit. de feud. dat. in nou. l. commiſſo, n. 3. verſ. quod precarium. Et iſte ſupra relatus modus vtilis eſt creditori pro aſſequenda poſſeſſione vigore d.cti pacti exequutiui. At ſi in curia partis, vel Notarij permitteretur citatio, quæ diceret ad videndum immitti, vel induci in poſſeſsionem, & hæc vel ſimilia verba in mandato exprimerentur: tunc opus eſſet aliquali petitione redacta in ſcriptis concludente ad implorationem officij iudicis ad tradita per Neguſ. in 4 p
14 n princ. n. 24. Antequam ab hoc exequutionis oblig. Cameralis proceſſu recedam, & huic præſenti libro finem imponam, non ab re cenſui aliquid referendum de citationibus impreſsis, quæ pro illius exequutione per nuncios de partibus à multis annis citra, ad petitionem partium coram A.C. fieri conſueuerunt; de quarum validitate à nonnullis etiam iuriſperitis dubitatum fuiſſe audiui. Et ratio fuit dubitandi quia regulariter citationes, quæ modo præmiſſo fiunt, nullius videntur eſſe roboris, niſi fiant præcedēte commiſsione Iudicis perſonæ citata, ad tex. in l. neminem. C. de exhib. reis, & cap. ex parte de reſcriptis. Quod non ita ſimpliciter videtur intelligendum, ſed cum diſtinctione, quā refert Rom. in conſ 497. ſub n. 8. ſcilicet aut loquimur in citatione reali (ideſt in captura perſonæ), & tunc requiritur iudicis commiſsio, & iſte eſt caſus d. l. neminem eodem tit. aut loquimur in citatione verbali, & tunc aut citatio illa requirit cauſæ cognitionem. & iudicis motum, vt eſt, cum ſit citatio eius, qui in ius vocari non poteſt ſine venia, & tunc non eſt in facultate nuncij citare ſine iudicis commiſsione. l. vbicunq. & l. omnia quæcunq; ff. de reg. iur. l. ne quicquam. ſ. vbi decretum. ff. de off. proconſ. aut non requirit cauſę cognitionem, & tunc nuncius poteſt citare etiam nullo præcedente iudicis decreto, vt per Innoc. in cap. quoniam contra, extr. de probat. quibus etiam additur Clar. in eius pract. cri. quæſt. 29. verſic. vnum autem ſcias, vbi explicat citationem ſine ſpeciali commiſsione iudicis in cauſis ciuilibus fieri poſſe: ſecus autem in cauſis criminalibus, quæ eſt facienda de ſpeciali iudicis commiſsione, vbi atteſtantur de communi. Iaſ. in titul. de action. ver. quadrupli autem, num. 34. vbi ad intelligentiam d tex. dicit quod de generali conſuetudine non ſeruatur, & in pluribus locis citationes quæ fiunt ad petitionem partis, fiunt ſine vlla iudicis commiſsione. Et tanto magis videtur tolli dicta ratio dubitandi ex reformationibus Pij V. præſenti libro impreſsis quæ circa hoc nihil aliud deſiderant, niſi quod antequam procedatur contra debitores extra Roman. Cur. degentes, ſub dicta forma Cameræ obligatos debeat præcedere intimatio, quæ (in omnem euentum illius nullitatis) ad effectum ſaltem inducendi ſcientiam, ſatis dicitur ſufficere, vt probat Afflict. in eius deciſ. 2. num 7. Et ſic ab Auditore Cameræ recepta dicta citatione exequuta, quæ ex præ-

prædictis ſaltem vim habet intimationis, præuia illius recognitione, ac debitis ſeruatis terminis, debitiſq. præcedentibus dilationibus, iuxta diſtantiam loci, vt ſupra meminimus ad talem exequutionem ſemper proceſſum fuit, prout quotidie proceditur.[Quibus addo Ant. de Butr.&Imol.in c.1.extra de iud.Innoc.in c. quoniam cõtra, extra de probat. vbi formaliter dicitur, quod ſi de citatione, & relatione in actis deſcriptis apparet, præſumitur licentiam de citando precesſiſſe, licet de illius commiſsione non appareat.

De exequutione obtinenda contra fideiuſſorem vti principaliter obligatum. Cap. LVIII.

1 *Annullata obligatione principali non annullatur oblig. fideiuſſoris.*
2 *Nec obligatio minoris aſſerentis ſe maiorem valet.*
3 *Aliqua alia de exequutione facta, & nominis debitoris.*

1 NEc minus in hoc quotidiano articulo prętereundum, ꝙ quãdo fideiuſſor obligat ſe vti principalis principaliter, & inſolidum, tunc reſpectu creditoris, vt ſupra dictum eſt c. 48. dicitur principalis, licet in rei veritate commodum contractus ad ipſum non peruenerit. Aym.conſ.272.num.13. & hanc opinionem obſeruat Rota, vt fuit pluries deciſum; Hinc reſultat ꝙ licet obligatio principalis poſſit ex aliquo capite annullari, nihilominus ſuſtinetur obligatio fideiuſſoris obligati cum iuramento, vel tanquam principalis cũ in hoc caſu fideiuſſor ſit obligatus tanquam principalis non poteſt reputari vti acceſſorie obligatus ad effectum, vt annullata principali obligatione corruat etiã acceſſoria. Mohed.dec.2.de fideiuſſ. Pariſ conſ. 16.n.110.cum ſeq.vol.2. Nat.conſ.361 n.54 Decian.conſ 22.vol.2. Galleſ.ad for.cam.3.p.n.7. & ita etiã fuit reſolutum in vna Romana cenſus de Prouanis coram Orano,& in alia Rom. euictionis domus de ann.1599.coram Seraphino.

2 Et licet in hoc aliqualiter tranſgredi videamur, tamen cum articulos infra dicendus in hoc A.C.tribunali in facti contingentia hæſitari, ſeu diſcuti occurrat infraſcriptam Rotalem decisionem quoad concernentia nullitatem donationis, & obligationis minoris quantumcumque aſſerentis cum iuramento ſe maiorem, hic imprimendam fore iuſsi.

R. P. D. PAMPHILIO.

Romana Donationis de Cupis. Veneris 5.Iunij 1602.

EPITOME.

MInor qui iurauit ſe maiorem, licet videatur excluſus à beneficio reſtitutionis in integrum nō impeditur tamen quin poſſit dare de nullitate ob non ſeruatas ſolemnitates Statuti.

SVMMARIVM.

1 *Minor qui ſe iurauit maiorem videtur excluſus beneficio reſtitutionis in integrum.*

2 *Minor non impeditur quin poſſit dare de nullitate ob non ſeruatas ſolemnitates à ſtatuto tradit.*

3 *Nec obſtat duplex iuramentum.*

4 *Contractus quando non poſſit annullari ob iuramentum.*

5 *Minor cadit à beneficio reſtitutionis in integ. quādo iurat ſe maiorē.*

6 *Iuramentum promiſſorium à minore præſtitum tāquam dolo extortum, nihil operatur.*

7 *Per ſtatutum annullantur iuramenta minorum.*

8 *Minor, maius factus, licet per tempus taceat, poteſt quandocunq. dicere de nullitate contractus.*

1 FVit per DD. reſolutum minorem ætatem ſuffragari Septimio. Quamuis enim ex eo, quod iurauit ſe maiorem videatur excluſus à beneficio reſtitutionis in intregrum ratione minoris ætatis, iuxta l. ſi alterius, cum ibi not. C. ſi minor ſe maior dix. non tamen ideo impeditur quo minus poſsit dare de nullitate donationis ob non ſeruatas requiſitas ſolemnitates in contractibus minorum ex ſtatuto Vrbis, lib. 1. cap. 151. Non obſtante prædicto iurameto. Ioa. Hor. in addit. ad Specul. in titulo de ſent. §. vt autem. in addit. quæ incipit, Adhuc ætati Abb. in d. l. ſi alterius. Caſtr. in conſ. 53. num. 3. lib. 2. Roman. conſ. 12. num. 5. vbi addit Curt. Iun. conſ. 118 num. 9. & conſ. 119. ſub num. 1. & 6. & ſequitur per Modern. Peruſ. de reſtit. in integr. qui de communi teſtantur quæſt. 24. art. 4. num. 26. verſ. in contrarium.

3 Nec huic concluſioni obſtat, quod hic adſit duplex iuramentum, ex Pariſ. conſ. 96. num. 6. lib. 1. Bero quæſt. 43 num 3. cum alijs alle-
4 gatis, puta id poſſet procedere quando per iuramentum promiſſorium tollitur defectus nullitatis, & confirmatur contractus, quo caſu minore excluſo à remedio nullitatis, opus eſſet beneficio reſtitutionis in integrum à quo cecidit, ex eo, quod iurauit ſe maiorem, ſecus
5 vero in hoc caſu, vbi cōtractus adhuc remanet nullus ex eo ꝙ iuramentum

mentum promiſſorium tanquã dolo extortum nihil operatur ex ſtatuto, & ſic non impeditur minor quo minus poſſit dare de nullitate non obſtante iuramento aſſertorio ex ſupra allegatis, maxime ꝙ ſta-
6 tutum Vrbis videtur annullare vtrumq. iuramentum, ſicut,& aliud, & alias de facili fieret fraus ſtatuto,vt late per Curt.Iun.d.conſ.118 nu.9.verſ.ſed quid fortius, & conſ.119.nu.6. & ſeq.
7 Non obſtat, ꝙ Septimius factus maior per plures annos tacuerit; quia cum ſtatutum præſumat dolum, ceſſat omnis ratio,quæ alias ex lapſu temporis induci potuiſſet iux.l. fi. C. ſi maior fact.quæ non habet locum vbi adeſt dolus. Roman. conſ.54.in fi.Cur.Iun.conſ.50.n. 9.Ruin.conſ.170.n.29.lib. 1.& fuit reſolutum 25. Iun. 1574.coram Oradino,de qua perCaputaq.dec.1.p.3.in impreſſ.Non obſtat,quod donatio facta fuerit contemplatione matrimonii, & c.
8 Verum cum ſatis abunde dixerimus in hoc præſenti primo libello de modo procedendi ad realem perſonalemq.exequutionẽ præſcriptæ Cameralis oblig. tñ cum illius exequutio in hoc A. C. tribunali frequentiſsima ſit, ideo antequam huic præſenti libro extremam manum apponam viſum fuit ſilentium non eſſe inuoluẽdum , quod in obligationib. facti vbi quis potentiam habet factum promiſſum adimplendi,& obligatus propter iuramentum præciſe cogẽdus ſit, ad tradita per Iaſ. in ſ.actionum,ver.1.eſt.n.47.de actionib.tunc præmiſſa citatione,vt puta ad renouandum cautionem, faciendum conſentire aut ratificare, & ſimilia pro illius exequutione datur mandatum perſonale,& etiam reale ad implemento promiſſorum, in quibus mandatis tam exequutiuis ,quam etiam de ſubhaſtañ & deliberañ. ſemp apponitur clauſula ad effectum deponendi, & donec renouauerit, fecerit conſentire ,aut ratificare, vel adimpleuerit promiſſa, &ſimilia, ad hoc vt taliter obligatus tædio exequutionis affectus adimpleat. Si autem tale ſit factum, quod per obligatum propter impoſsibilitatem nequeat adimpleri, tunc procedetur ad ſolutionẽ intereſſe præuia iudicis taxatione, prout iuris fuerit ,& ordo dictauerit rationis.

Iam diximus de ordine ſeruando in proceſſu realis, & perſonalis exequutionis iuxta terminos l. à diuo Pio , & in ſ. ſi ante addictum pignus, &etiam poſt addictum pignus , de re iud. nec ſuperfluẽ uiſũ eſt referre modum ſeruandum in pignore rerum incorporalium,ſeu nominum debitorum, iux.tex. & ibi glo in l.1,C. de pignore prætorio , vbi præuia relaxatione mandati contra principalem debitorem in forma Cameræ obligatum. citabitur deinde debitor debitoris pari modo obligatus, vt puta ad confitendum debitum ſcutorum mille, in quibus ipſe tenetur,& obligatus eſt ad fauorem N.vigore obligationis cameralis,alias videndum per dictum iudicem mandari haberi pro confeſſato,dictumq.debitum, ius.& nomen illius eſſe , & ſtari mandari loco pignoris ipſius creditoris, qua citatione in actis

cauſæ relata iudex conſtito de illius debito ſuum in præmiſſis interponat decretum, quod habebitur loco exequutionis Bald. in l. ſi prætorium, C.de pignore prætorio, & licet ex eo non niſi vtilis prætoria creditori quæratur, & plenùm ius non transferatur, tàmen ſi pignus,ſiue debitum in rebus,ſeu in iuribus incorporalibus:aut in annuo redditu conſiſtat præuia ſubhaſtatione deuenerit ad ſecundum decretum, ſi autem illius emptor non reperitur, vel iuſtum pretium non offertur, tunc creditori adiudicantur præcedente peritorum æſtimatione. Afflict. dec. 358.n.5.eo enim caſu ſi plus valeret,deberet a creditore illud plus debitori reſtitui, ſi minus illud a debitore ſuppleri; poterit quoq; debitor ex officio iudicis cogi ad ceden. iura ſua contra debitorem ſui debitoris compe tentia, vel dandum inſolutum, alias iudex ex officio præmiſſa faciet cum oppoſit. inſtr.ſtipulan. cum clauſula, de euictione,& alijs clauſulis ſolitis,& conſuetis, factum enim iudicis reputatur factum partis. l. ſi ob cauſam, C. de euict. & in hoc recurre ad Socin.in conſ. 37.nu.10. lib.4 vbi materiam hanc magis diffuſe habes. Hæc prædicta viſa ſunt referenda in terminis d.l. a diuo Pio, & l.ſi prætorium, ſi quis tamen in præmiſſis meliorem rationem, & intellectum, ac breuiorem cauſam obtinendi habeat, eam in medium proferat.

De Dilationibus debitoribus Citatis concedendis. Cap. LIX.

1 *Quomodo, & quandò dilatio adpartes concedenda ſit.*
2 *Plura de iuramento calumniæ.*
3 *Iuramentum calumniæ debet præſtari etiam procuratori.*
Et quod debet præſtari etiam quod actor plene probauerit intentionem ſuam.
4 *Nullitas proceſſus defectu omiſsionis iuramenti calumniæ.*
5 *Iuramentum calumniæ, quandò dicitur ſufficienter præſtitum.*

ET licet in caſu, de quo in præſenti capitulo citatio debuerit præmitti ad docendum de ſolutione in partibus facta, & congrua dilatio iuxta loci diſtantiam debitori tam extra Pij V. reformatione, & etiam ex deciſionibus Rotalibus præſertim in vna Salmantina regreſſus, coram Auguſtino, die 9. Maii 1550. in manuſcript. quam etiam ex inueterato ſtylo Auditoris Cameræ videatur concedenda, tamē a pluribus annis citra prædictus antiquus ſtylus fuit ab Aula receſſus, & per contrarium vſum ab eo receſſo, quoniam animaduertens iudex debitores citatos hanc dilationem non niſi calumnioſe peti, & ſolum ad eorum debiti ſolutionem procraſtinandam indemenitati creditorum conſulendo mandatum exequutiuum

contra

contra tales debitores decerni, & relaxari mandat hoc modo, videlicet niſi infra decem, aut quindecim dies, vel alias iuxta loci
1 diſtantia iurato de calumnia quo non præſtito niſi ad primam diem cum intimatione, qua exequuta, & apud acta notarij cauſæ, vt moris eſt relata mandatum expeditur, & ratio eſſet videtur, quia tale iuramentum præſtare recuſans cenſetur eſſe in dolo, qui alicui
2 patrocinari non debet, & pro confeſſo habetur. Iaſ. poſt alios in repet. l. admonendi, num. 22. de iureiur. & conſequenter iuxta præſentem iuſtitiam iudicando ad exequutionem dictæ obligationis cameralis pro debito contracto in partibus proceditur, hoc autem calumniæ iuramentum nedum a principalibus, ſed etiam à Procu-
3 ratoribus, & Aduocatis præſtandum erit. Papien. in form. libell. action. real. in verſ. per iuramentum, num. 5. & debet præſtari etiam actori, & etiam quod actor plene probauerit ſuam intentionem, vſque adeo quod ſi non præſtetur, parte tamen petente omnia acta
4 vitio nullitatis ſubiacent, & cum difficultate ſanatio proceſſus à ſignatura Sanctiſſimi conceditur, vt refert Modern. Marcheſan. in titulo com. ſan. nullit. ſub num. 80. & 84. partis ſecundæ cap. 1. & quod ſententia ſubiaceat vitio nullitatis, vt non pręſtitum iuramentum, vt habetur in deciſione infraſcripta, & etiam in vna alia Eſina reſtitutionis dotis die Lunæ 13. Martij 1600. coram R.P.D. Litta. Et licet hic aliqualiter tranſgredi videamur, ne tamen articulus infradicendus obliuione omiſſus remaneant in terminis dicti iuramenti calumniæ habes deciſionem inferius ſcriptam Romanæ reſciſſionis contractus Ven. 16. Martij 1600. coram R.P.D. Penia. DD. ſteterunt indeciſis, & quantum ad prætenſam nullitatem ſententiæ Vicarij ob non præſtitum iuramentum calumniæ præter reſponſionem datam in alia deciſione ſub die 15. Ian. præteriti fuit dictum difficultatem ceſſare ex obſeruatione terminorum ſubſtantia-
5 lium, inter quos adeſt terminus ad iurandum de calumnia, & eo ipſo, quod ſeruatur terminus dicitur præſtitum iuramentum calumnię, ad quod præſtandum in hac cauſa procurator habebat mandatum ſpeciale ſicut iure requiritur, C. fi. de iuram. calum. lib. 6. & ideo non poterat dici omnino omiſſum, licet foret petitum, & cum iſta nullitas non proueniat ex tribus illis defectibus, citationis, iuriſdictionis, & mandati, quos inuiolabiliter Rotæ ſtylus obſeruat. Non eſt tam rigoroſe attendenda præſertim cum conſtet aliquo modo præſtitum fuiſſe, & reiteratum in obſeruatione termini ad ſententiam.

De debitore conueniendo vbi reperitur. Cap. LX.

1 *Modus conueniendi debitores iuxta diſpoſitionem iuris communis: Secus vigore obligationis Cameralis.*
2 *Quando debitor ab expenſis excuſatur ob retardatam ſolutionem.*

ABB. in cap. licet de for. competen. optime examinat hunc articulum, ſeu ſpeciem ſortiendi forum ſtante ratione contractus, ſiue ſit verus contractus, vel quaſi contractus, vel alius vnde obligatio oritur, vbi primo dicitur, quod in loco, vbi quis geſſit tutelam poteſt conueniri. Secundo quod quis poſsit conueniri in loco contractus ſibi inueniatur, ibi ſiue non.

Et quando in eod. fact. poſſunt plura loca concurrere, vt puta locus factæ promiſſionis, ideſt vbi verba contractus ſunt prolata, item locus deſtinatæ ſolutionis, ſeu implementi contractus, pro quorum, & aliorum de hac quæſtione loquentium intellectu ibi recurre ſub n. 29. & ſeq. ſed prædicta per eundem Abb. & Doct. dicuntur in terminis diſpoſition. iuris communis, cuius diſpoſitio plures habet limitationes, præſertim contra laicos, iuxta tradita à doct. in l. ſi conuenerit de iuriſdict. omn. iud. ſecus tamen dicendum erit de contractibus ſub vinculo obligationis cameralis celebratis, quia tunc vbicunque ſolutio debiti fuerit deſtinata, & contractus fuerit celebratus illius vigore ratione moræ debitoris, coram A. C. poterit conueniri tanquam Iudice competen. etiam priuatiue, quoad alios iuxta eius ordinarias, & poterit idem debitor cogi ad ſoluendum, ſeu adimplendum in loco deſtinatæ ſolutionis, ſeu adimplementi promiſſi, & alias, vt ſupra meminimus in cap. 30. el ſecondo de modo exequutionis inſtrumentorum extra Roman. Cur. recept. his præmiſsis; addo quod ſi creditor in loco deſtinatæ
2 ſolutionis non comparuiſſet, tunc debitor a mora excuſaretur, Put. dec. 8. lib. 1. nu. 4. quæ mora ceſſante iuſte debitor ab expenſis excuſaretur.

FINIS PRIMI LIBRI.

SAL:

SALLVSTII TIBERII A CORNETO.

DE MODIS PROCEDENDI IN CAVSIS, QVAE coram Auditore Cameræ aguntur.

Liber Secundus.

DE MODO PROCEDENDI in Iudicijs poſſeſſorijs. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *IN iudicio poſſeſſorio triplici remedio vtimur.*
2 *Poſſeſſoriũ adipiſcendæ datur, quando poſſeſsio nõ dũ fuit habita.*
3 *Poſſeſſorium retinendæ, quando poſſeſſio eſt turbata.*
4 *Poſſeſſoriũ recuperãdæ, & reintegrandæ quando poſſeſſio eſt perdita.*
5 *Exẽplar monitorij in vim ſaluiani interdicti, ex remedio adipiſcẽdæ*
6 *Remedium Saluiani interdicti conceditur aduerſus quemuis poſſidentem bona ſibi obligata etiam mobilia, & ſe mouentia, & quando.*
7 *Monitorium ſuper iactationibus in iudicio retinendæ.*
8 *Aliud in eodem iudicio in cauſa exigendæ penſionis.*
9 *Aliud ſimile contra ſucceſſorem in beneficio.*
10 *Monitorium ex remedio recuperandæ, vel reintegrandæ.*
11 *Actio ſpolij nõ cõpetit hæredi, niſi poſſeſſio per hæredẽ fuerit apprehẽſa*
12 *Actio ſpolij competit etiam hæredi ſpoliati, & datur contra hæredem ſpoliantis, & quando.*
13 *Prædictum remedium competit ſucceſſori Eccleſiæ, & quare in Eccleſia, & non hærede, ſeu hæreditate.*

1 PLVRIBVS modis, & formis monitoria in iudicio poſſeſſorio fiunt, in quo de mera poſſeſſione agitur iuxta qualitatem & contingentiam cauſarum, quæ in tribunali occurrunt triplici remedio à iure ſtatuto ſcili-
2 cet poſſeſſorio adipiſcendæ, quod datur quãdo poſſeſſio nunquam fuit habita: Poſſeſſo-
3 rio retinendæ quando poſſeſſio eſt turbata:
4 Poſſeſſorio recuperandæ, quando poſſeſſio eſt deperdita. Super quibus iudicijs monitoriorum requiſitorum e-
5 xemplaria infra habentur. Et quidem primum monitoriũ in vim ſal-

uiani interdicti fieri conſuetum pro remedio adipiſcendæ ſic concipietur. De mandato Illuſtriſs. & Reu. D.A.C.ſiue eius R.P.D.in ciuil. Locumtenen.& ad inſtantiã D.A.principalis,moneatur B.exaduerſo principalis detentor, & poſſeſſor domus ſitæ,&c. iuxta, &c. & alios ſuos notorios confines in actis, & proceſſu cauſæ ſuis loco, & tpe latius ſpecificandis,quatenus infra triduũ proximum, ſub 1000. ducator.auri Cam.pijs locis arbitrio D.applicandorum, ac mandati exequutiui,& in ſubſidium excõionis,alijſq.&c. pœnis, debeat poſſeſſionem realem, actualem, & corporalem domus prædictæ, illiuſq. iurium,& pertinentiarum eidem d. inſtanti dimiſiſſe, & relaxaſſe retinendam per illum, donec ei fuerit de ſcut. 300. per d.N. vigore inſtrumenti obligationis in forma Cameræ,ſub die, &c. recepti, & pro quibus d. N. d. domum, & alia ſua bona inſtanti prædicto obligauit, & hypothecauit. quoniam fuit pro parte d.D. inſtantis comparitum, & allegatum, ſe virtute d.hypothecę, & in vim vtilis Saluiani interdicti, ac alterius cuiuſcunque remedij poſſeſſorij, in poſſeſſionem dictæ domus vt ſupra retinendæ imponendum, & immittendum eſſe. Et ideo ſi ſenſerit,&c.compareat,&c.alioquin,&c.Conceditur mo-
6 nitorium huiuſmodi contra quemcumq̃. detinentem, & poſſidentẽ bona obligata tam ſtabilia, quam mobilia, quorum identitas proba-
7 ri poteſt. Monitorium in iudicio retinendæ erit huiuſmodi.De mandato,&c.& ad inſtantiam D.A. principalis,moneatur D.B.ex aduerſo principalis, quatenus infra triduum proximũ ſub mille ducat. &c. mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium excõionis, aliiſq.&c. pœnis debeat ab omnibus, & quibuſcunq. iactationibus, moleſtationibus, & impedimentis eidem D. inſtanti, & ſuper poſſeſſione, & fructuum perceptione vineæ,quam poſſidet,ſitæ,&c. iuxta, &c.& alios ſuos fines,latius in actis, & proceſſu cauſæ, & cauſarum huiuſmodi, quoties opus fuerit, ſpecifican. & deſignan. quomodolibet illatis, præſtitis,& factis,ac fieri,& inferri comminatis deſtitiſſe,& ceſſaſſe, ipſumq.in ſua pacifica,& quieta poſſeſsione,in qua exiſtit, dictis moleſtiis, & impedimentis ſublatis, vti,frui,& gaudere permiſiſſe. Et ſi
8 ſenſerit,&c. compareat,&c.Alioquin,&c.Aliud cauſa exigendæ penſionis. De mandato, &c. & ad inſtan. A. cui alias annua penſio 100. ducatorum auri Cameræ ſuper fructibus, &c. prioratus, &c. quem B. obtinet, & poſſidet, de ipſius B. conſenſu Apoſtolica auctoritate reſeruata, conſtituta, & aſsignata fuit, prout in actis ſi, & cum opus fuerit, verificabitur: Moneatur dictus B. exaduerſo principalis, quatenus infra triduum proximum ſub mille ducatorum, &c.debeat eidem D. inſtanti de omnibus, & ſingulis dictæ annuæ penſionis terminis decurſis, & non ſolutis, & in poſterum ſuis loco, et terminis decurrendis, et debendis iuxta eiuſdem reſeruationis formam, et tenorem integre perſoluiſſe, ipſumque inſtantem in ſua pacifica, et quie-

et quieta poſſeſſione dictam poſſeſſionem exigendi, in qua exiſtit
9 manutenuiſſe, et cõſeruaſſe. Et ſi ſenſerit ſe, etc. Idẽ monitorium datur etiam contra ſucceſſorem in beneficio, licet penſionarius contra illum nullam, ſed tantum contra auctorem ſuum habeat exigendi poſſeſſionem, niſi probata vera, et reali exactione ab anteceſsore, prout infra dicetur.
10 Monitorium ex remedio reintegrandæ, ſeu recuperandæ: De mandato, etc. et ad inſtantiam D. A. principalis, moneatur D. B. ex aduerſo principalis, quatenus infra triduum proximum ſub mille ducatorum, etc. aliiſq. etc. pœnis debeat ab intruſione, occupatione, et ſpolio domus ſitæ, etc. et alios ſuos notorios fines, ſpecificandos, etc. quam alias dictus d. inſtans poſſidebat, et poſsedit, à qua per dictum aduerſarium ſpoliatus fuit, qui illam nunc detinet, et occupat, prout in actis, et proceſsu cauſæ, ſi, et cum opus fuerit, ſuis loco, et tempore verificabitur, et deducetur, ceſsaſse, et deſtitiſse, ac poſseſſionem domus prædictæ vna cum omnibus, et ſingulis fructibus, etc. eiuſdem à die intruſionis, et occupationis prædictæ indebite perceptis, et qui percipi potuerunt, ac percipiendis in futurum vſque ad liberam relaxationem, et reſtitutionem dimiſiſse, et relaxaſse, et reſtituiſse, ac ſoluiſse, et conſignaſse (ſi extant) ſin autem, de illorum vero pretio, et valore, etiam ad rationem quanti plurimi valuerunt, valent, et valere poterunt in futurum ſatisfeciſse, ac eundem D. inſtantem ad poſſeſſionem domus prædictæ, à qua, vt præfertur, ſpoliatus fuit; reſtituiſse, repoſuiſse, et reintegraſſe. Et ſi ſenſerit, etc.
11 Fuit non raro dubitatum, an hæc actio ſpolii competat hęredi ſpoliati, et vtrum detur contra hæredem ſpoliantis. Et ratio dubitandi fuit, quia poſseſſio non tranſit in hæredem, niſi per eum apprehendatur, ad textum in l. cum hæredes. ff. de acquir. poſs. cum enim defunctus deſierit poſſidere, illius hęres, qui in eius locum ſubrogatur, non habet extremum habile. Et obſeruatum eſt, quod cum ambo ſuccedãt in iuribus defunctorũ, ſuccedũt etiã in iſtis actionib. quę eiſdem perſonis certo tãtũ modo cõpetere videntur. Et proceſsus tã hæredi ſpoliati, quã cõtra ſpoliantis hæredem, radicato tamen ſpolio in perſonã vere ſpoliati cõceditur, vt per Socin. in l. rem quæ nobis ff. de acquir. poſs. nu. 10 Creſcen. dec. 84. Bero. conſ. 64. lib. 3. Iac. Cagnol. in hæred nu. 22. de
12 reg. iu. Et ſuper hoc ſępiſsime in tribunali A. C. iudicatũ fuit [Quod autẽ actio ſpolii cõpetat ſucceſsori eius, qui ſpoliatus fuit, et nedũ hæredi, et ſucceſsori vniuerſali, verũ etiã ſingulari vltra prædictos doct. tradunt Ant. Gabriel. In comun. opin. lib. 5. in tit. de reſtit. ſpol. concluſ. 5. n. 13. poſt Soc. vbi ſupra Ruyn. Grat. et Cagnol. quos ibi allegat, et etiam Socin. Iun. conſ. 34. nu. 10. lib. 3. quẽ inter duos ex præcitatis per Gabr. vbi ſupra prox. refert, licet Menoch. tamen illis non adhæret, quoad ſingularem ſucceſsorem, ſed quoad hæredem

dem, & ſucceſſorem vniuerſalem omnes conueniunt, & ita tenent etiam Beninten. dec. 12. n. 1. & 2. Rol conſ. 6. nu. 14. lib. 3. & conſ. 32. n. 4. lib. 4 Creſce. dec 3. per tot. de reſtit ſpol. Hier. Gabr. in conſ. 51. n. 4. lib. 1. qui omnes non ſolum loquuntur in hærede, verum etiam in ſucceſſore ſingulari, vt tenuit Rot. Mohed. dec. 3. n. 1. & 3. de reſtit. ſpol. Put. dec. 176. nu. 2 & 3. lib. 2. Ant. Gabr. d. concl. 5. nu. 13. Soc. Sen. in d. l. rē quæ nobis, d. n. 10. & diuerſ. dec. 907. per totum in 3. par. lib. 3. vbi licet valde diſſentirent DD. Auditores tandem concluſum fuit, quod actio ſpolii tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, tam actiue, quam paſſiue. Quæ tamen intelligenda ſunt, quando author defunctus fuit in vita ſpoliatus, vt ſupra dictum eſt, ita vt non poſſederit vſque ad mortem, quia iſto caſu ſicut ipſi competijſſet actio ſpolij ita eadem competit hæredi, ac ſucceſſori ipſius, alias enim ſi author mortuus poſſediſſet tempore mortis, tunc non remedium ſpolii, & recuperandæ poſſeſſionem. ſed adipiſcendæ tantum competeret hæredi, & ſucceſſori, vt declarant in his prææallegat. Beninten. dicta deciſ. 12. nu. 3. Ant. Gabr. d. concl. 5. n. 20. poſt Cagnol. & alios, Rol. in d. conſ. 32. nu. 4. d. li. 4. vbi aſſignat rationem, quia ſucceſſor repræſentat perſonam defuncti in iure creato, & formato tēpore mortis in perſona ipſius defuncti; ſecus vero in non formato, quia nunquam penes ipſum fuit, & propterea ad ſucceſſorem non eſſet trāſmiſsibile ex perſona ipſius auctoris defuncti.

13] Vbi autem dictum fuit, actionem hanc non competere hæredi, dic quod non, ita procedit in ſucceſſore Eccleſiæ pro penſione debita ſuæ Eccleſiæ; quia ſi rector prædeceſſor longo tempore exigit penſionem, & demum moriatur, & alter ſuccedat in eadē Eccleſia, ſucceſſor ille tunc agere poterit ſpolio, licet ipſe nunquam fuerit in poſſeſſione exigendi: quia non ipſe rector, ſed Eccleſia quæ eſt in poſſeſsione exigendi, agere videtur. Rot. dec. 4. in no. in prin. ad not. per Inno. in c. in litteris, de reſt. ſpol. in fi. in gl. penul & in c. cū ſuper de cauſ. poſſ. & propr. Eccleſia enim anima eſt viuētis, quæ nunquā moritur, argum. in auth. qūo oportet Epos. in fin. & non in l. & quia, ff. de iuriſd. omn. iudic. Quod non ita dicendum eſt in hærede, ſeu hæreditate iacente; quia hæreditas non eſt in anima viuentis, ff. de fideiuſ l. mortuo, & l. 1. §. Scęuola, ff. ſi qs ex teſt. liber eſſe iuſſus fuer.

De modo procedendi vigore ſaluiani interdicti. Cap. II.

1 *Intentatur interdum remedium Saluiani interdicti reali actione.*

2 *Hoc tamen raro contingit. & quare*

3 *In monitorio remedij Saluiani interdicti nō debent opponi verba, quæ petitorium ſapiant, nec accumulari remedia ad inuicem contraria.*

4 Si

4 *Si ſecus fieret, quid ſequeretur.*
5 *Petitorium quandocunque ante ſententiam ſuſpenditur, ſecus poſt ſententiam.*
Cedula ſuſpenſionis petitorij, & an eo ſuſpenſo poſſit in eo procedi.
6 *Reo opponente, tenetur actor ſpecificare remedium, quo vti velit.*
Effectus clauſulæ ſola facti veritate inſpecta.
7 *Alia, quæ non debent in hoc monitorio poni, & quare.*
8 *Dimittitur actio hypothecaria, & Seruiana, & intentatur Saluianũ interdictum & quare.*
9 *Saluianum interdictũ datur contra debitorem, & tertium poſſeſſorẽ.*
10 *In iudicio Saluiani interdicti, de ſola poſſeſſione agitur.*
11 *Quid probare neceſſe ſit in hoc iudicio.*
12 *Sufficiunt in eo ſemiplenæ probationes. Identitas rei, quæ per debitorem poſſidebatur, eſt plene probanda.*
13 *Contra principalem debitorem excuſſio non requiritur.*
14 *Contra quos detur hypothecaria, & Seruiana actio.*
15 *In hypothecaria actione poſſeſſio auocatur, & excuſſio, ac probationes plenæ requiruntur.*
16 *Non ſatis frequenter hæc actio intentatur.*
17 *Quæſtio in iudicio actionis hypothecariæ.*
18 *Tertius poſſeſſor tenetur in hoc iudicio ceſsionem iurium acceptare eo modo, quo actor facere vult.*
19 *Tertio poſſeſſori exceptionem cedendarum opponere non licet.*
20 *Secus in fideiuſſore, & quare.*
21 *Cogitur nonnunquam actor ceſsionem legitimam facere, & quare.*
22 *Sufficit ſeruare quatuor ex ſubſtantialibus terminis in iudicio Saluiani interdicti, & quos.*
23 *Tutius eſt in hoc iudicio ſententiam in ſcriptis, quam ſimplex decretum obtinere, & quare.*
24 *Sententiæ in hoc iudicio ferri conſueta formula.*
25 *Lata hac ſententia, repetitur Aegidiana conſtitutio.*
26 *Non eſt neceſſe eam producere cum notoria ſit.*
Aegidiana non admittit exequutionem ſententiæ iniuſtæ ex eiſdem actis.
27 *Citatio facienda poſt ſententiã latã, & quomodo mãdatũ cõcedatur.*
28 *Effectus oppoſitionis generalia contra.* (xat
29 *A Certiã ꝙ Iudex delegatus ſit, mandatum abſq; alia cõmiſſione rela-*
30 *His non obſtat appellatio interpoſita in negotio principali, nec in expenſis, niſi ab exceſſiua fuerit appellatum.*
31 *Formula mandati vigore eiuſmodi ſententiæ.*
32 *Quomodo mandatum hoc exequatur.* (re.
33 *Tutius eſſet expellere inquilinũ, in exequutione huius mãdati, & qua*
34 *Hoc remedium videtur in odium debitoris intentatum.*

35 Si

35 Si creditori pecunias potius, quã rẽ habere expediat, qd agere debeat.
36 Creditor immiſſus in poſſeſſionẽ, dicitur poſsidere ad cõmodũ debit.
37 Creditor conſequuta ſatisfactione ſui crediti, poſſeſſionem debitori di mittere tenetur. Et quo remedio aduerſus eum poſſeſſionem reſtituere recuſantem agendum erit.
38 Saluianum non competit in bonis mobilius, & quare. Secus in corpore vniuerſali.
39 Saluianum interdictum non competit contra creditorem anteriorẽ, & plura alia de hoc Saluiano interdicto.
40 Creditor non tenetur facere generalem quietantiam.

1 REmedium adipiſcendæ vigore vtilis Saluiani interdicti pro conſequutione legati intentatur contra tertium poſſeſſorem bonorum teſtatoris, Aretl. in §. item Seruiana. inſtit. de action. Satisq. eſt probare teſtatorem tempore conditi teſtamenti bona poſſediſſe, & aduerſarium pŏſſidere, vt d. §. Item Seruiana n. 15. Caſtren. conſ. 112. n. 6. lib. 4. quos ſequuti fuerunt DD. de Rota, vt in vna Foroliuien. bonorum 24. Ianuar. 1561. corã Paleotto. Et in aliquibus aliis
2 caſibus intentatur contra debitores reali tamen actione. Sed raro hoc euenit, cum creditores fere ſemper perſonam, & bona obligata habeant, & ideo facilius creditum ſuum conſequuntur, exequutiue vigore Cameralis obligationis procedendo, & mandatum exequutiuum reale, & perſonale obtinẽdo, illudq. in bonis exequẽdo, ac etiã vnico contextu perſonam debitoris carcerando. Verum ſi creditor creditum ſuum conſequi non curat, ſed potius aliqua de bonis debitoris habere deſiderat, facit contra eum monitorium de dimittendo
3 poſſeſſionem bonorum, cuius exemplum in præcedenti capite poſuimus. Quia autem, vt plurimum, contra tertios poſſeſſores, & detentores bonorum, tam immobilium, quam mobilium, & ſe mouentium, quorum identitas probari poteſt, vt ſuperius dixi, iudicium intentatur: animaduertat Notarius, ad quem pro formãdo eiuſmodi monitorio recurritur, non apponere verba aliqua, quę petitoriũ ſapiant, quæ verba, illorumq effectum, & importantiam inferius pro illorum intellectu explicabimus; vel accumulare diuerſa remedia
4 ad inuicem contraria, & inſimul incompatibilia. Alioquin Notarij culpa, aut reus ab obſeruatione iudicij abſolueretur, aut reſpectu mixturæ non præcedente tamẽ aliquali petitorii ſuſpenſione, quod
5 ante ſententiam ſemper ſuſpendi poteſt, vt per Gozad. conſ. 10. nu. 22. 33. & ſeq. ſecus tamen poſt illius concluſionem, vt in c. paſtoralis, de cauſa poſſeſſ. et propri. d. Gozad. conſ. 12. Veſt. in lib. 4. cap. vltim. num. 20. verſic. quæ tamen ſuſpenſio, alias ratione in quam mixturæ daretur appellandi occaſio, & eo caſu, tam ad ſuſpenſiuum, quam deuolutiuum effectum appellatio concederetur, Iaſ. conſ. 187. col.

col.penul. verſ. 1. reſpondeo in 2. Cedula autem ſuſpenſionis petitorij hæc tantū pauca continere debet, vt puta quod compareat principalis citra, & c. vel procurator qui declaret, quod intendit in hoc iud. agere ſolo iud. poſſeſſorio, & ſi quid in eo aliquid factum fuerit, quod petitorium concernat, id ſolum factum fuiſſe ad effectũ coadiuuandi, & colorandi ipſum iudicium poſſeſſorium, quod petitorium ex non ſuſpendit, & pro ſuſpenſo habuit, & habet, & quod per quemcunque actum faciendum in hac cauſa non intendit ab huiuſmodi ſuſpenſione recedere, niſi de hoc expreſſam fecerit mentionem, de quo expreſſe proteſtatur pręmiſſo, & omni alio meliori modo & c. In quo quidem articulo ſuſpenſionis petitorij dubitatum
7 alias fuit, an eo ſuſpenſo valeat in vtroque procedi, dicta proteſtatione non obſtante DD. de Rota tenuerunt quod ſic, ex rationibus de quibus in decıſ. 250. de cauſ. poſſ. & propriet. in nou. per totum. Non poteſt tamen actor plura remedia accumulare, ſed vnicum tātum remedium intentare ſibi licet, immo reo petente, quo remedio vti velit, tenetur illud declarare, Dec. in l. edita nu. 3. C. de eden. & in c. dilecti nu. 6. de iud. Exprimendo enim actor vnicam actionem, ſiue cauſam videtur illam tantum in iudicicio deduxiſſe. l. fin. C. de an na. except. Reſpectu autem alterius cauſæ, opus eſt nouo libello, ſeu monitorio, & noua inſtantia. Soc. conſ. 39. col. 6. verſ circa tertiam principalem quæſt. lib. 1. Agens enim ex noua cauſa, ad quam ſe adſtrinxit, ſi illam non probat, debet ſuccumbere; licet ex alia cauſa agere, & obtinere potuiſſet, etiam quod illa probetur, l. habebat. ff. inſtit. Aym. conſ. 80. lib. 1. nu. 17. Secus quando iudex procederet cū clauſula ſola facti veritate inſpecta, vt per eundem Aym. conſ. 198. eod. lib. nu. 7. Tamen ſi petitio generalis ſit, & non opponatur, & declaretur in proſequutione cauſæ per poſitiones articulos, proceſſū & ſententiam iuxta deciſ. Rot. Genuen. n. 19. dec. 91. Paul. de Caſtr. in l. non poteſt. n. 7. ff. de iudicijs. Præterea non petat Notarius rem ipſam, ſed rei poſſeſſionem ſimpliciter, non autē ad cumulatiue, rē & illius poſſeſſionem: nec apponat, quod res, ſuper qua actio intentatur, eſt libera creditoris, vel pleno iure dominij ad ipſum pertineat; omnia hæc enim, & his ſimilia ſapiunt petitorium; cum iſtum verbum, pertinere denotet cauſam dominij l. in conuentionibus. §. 1. ff de verb. ſignif. l verbum illud pertinere, eod. tit. idē eſt in verbo ſpectare. c. cum veniſſet. in princ. de inſtit. Hoſtien. in cap. licet. de probat. & conſequenter per ea condemnato licebit appellare, vt
8 per Iaſ. d. conſ. 187. ſupra citato. Hinc eſt, quod cauti procuratores hypotecariam, & Seruianam actionem omittunt, & Saluianum interdictum tanquam magis proficuum intentant. Nam Seruiana actio cum ſit hypotecaria, iudicium petitorium: Saluianum vero
9 poſſeſſorium parit. In primo datur appellatio, in ſecundo denegatur.

tur; In primo admittitur exceptio nullitatis hypotheca: in ſecundo excluditur; ſaltem quando requiritur altiorem indaginem. In quo præſupponitur pignus: in ſecundo minime. Quæ omnia in iure ſunt clara, vt per Neguſ. in 1. memb.2 par. n. 1. cum ſequent. Corn.
10 conſ.190 n.3.& 7.vol.1 cum concordan. Vlterius, hoc Saluianum interdictum contra tertios poſſeſſores datur, & de ſola poſſeſſione
11 contenditur: in quo ſufficit verificare, quod debitor rem ſuper qua remedium iſtud intentatur, aut tempore factæ obligationis, aut poſt poſſederit, & poſſeſſionem rei conuenti, vt in l. 1. & ibi gl. in verb. competit. in fin ff. de Saluiano interdicto, & magiſtraliter Paul. de Caſtr. in l. rem alienam. colum. fin. verſ. Sed ſi in Saluiano interdicto, ff. de pign. & vide Neguſ. quod ſufficit probare, quod debitor poſſidebat tempore obligationis, in 3. membr. 8. part. 7. concluſ n.
12 19. Probatur etiam identitas rei, quę per tertium poſſidetur, vt puta quod res eſſet illamet, quę vt dixi, poſſidebatur per debitorem quæ eſt plene probanda per eum, qui in illa ſe fundat. l. duo ſint Titij, ff. de teſtam. tutel. Bart. & alij per Corn. conſ. 244. n. 11. cum ſeq. li. 4. Aym. conſ. 112 n. 5. 6. Amplius in hoc iudicio tanquam ſumma
13 rio leuiores probationes ſufficiunt, nec diligentia, ſeu excuſſio contra principalem debitorem requiritur, Rolan. a Valle conſ. 14. n. 18. vol. 1. Crau. conſ. 201. n. 45. Menoc. rem. 3. de adip. n. 179 Addo inſuper quod agens Sal. interdicto debet etiam probare ſe creditorem & reum principalem debitorem, cum creditum, & debitum ſit de ſubſtantia, & neceſſarium antecedens Sal. vt tenuit Rota in vna Rom. ſeu Amerina domus coram Cantuccio, 8. Iunij 1576. diuer.
14 Seruiana vero, & hypothecaria actio, cum de rei proprietate agi-
15 tur, datur contra alios quoſcunque qui rem quæſiuerunt. Et in huiuſmodi hypothecaria actione poſſeſſio ratione iuris hypothecæ auocatur, & excuſſio bonorum debitoris, & aliæ efficaciores probationes requiruntur ex ſupradictis, & alijs deductis per Neguſ. ſupra citatum in 3. mem. 8. p. per totum: qui docet cui & contra quem competat hypothecaria, & quæ in hoc iudicio probanda ſint, & quo modo formandus ſit libellus, & ſententia. Sed cum actio hæc raro
16 intentetur, nihil vltra circa eam referam. Verum in quaſi quotidiana quæſtione vtilis Saluiani interdicti, non ſemel tractari vidi, &
17 audiui, quod tertius poſſeſſor in hoc iudicio ſuccumbens iurium
18 & actionum ceſſionem ſibi ab actore fieri petijt. Replicauit actor, ſe non teneri, & quatenus teneatur, non debere cedere, niſi iura ta-
19 lia qualia habet. Reſolutum fuit, tertium teneri illa acceptare eo
20 modo, quo actor cedere vult. Quoniam tertius non poteſt exceptionem cedendarum opponere, ſicut fideiuſſor: nam quando fideiuſſor accedit beneficium cedendarum contemplatione accedere videtur; & ob id illi, medio huius beneficij ſuccurritur per id quod habetur

habetur in l.11.§. idē Varus ait ff. de aqua, plu. Fallit hoc in tertio poſſeſſore; quia non accipit poſſeſſionem hac intentione, vbi ſi iura cedātur, ſed hoc extra conſiderationē accidit. Attamen quia tertius
21 hic poſſeſſor coacte, & non ſponte ſoluit, pluries vidi creditorem adſtrictum in tribunali A.C. ad petitam ceſſionem perſoluendi faciendam, iuxta tex. in l. mulier.ff.qui potiores in pign. habeantur. Neguſ. ſupra citat. in 3. membr. 5. par.nu. 26. vide etiam in hoc, Dec. conſ. 104. per totum in prima par.ſecus in alio extraneo creditore, offerente creditori, & petente ab eo talem ceſſionem ſibi fieri: quia tunc creditor inuitus cogi non poteſt, vt ibi per Neguſ. n 42. Et quod creditor tenetur facere ceſſionem iurium, tertio ſoluenti quando non ſponte;ſed coacte ſoluit, tenet Bar. in l. per diuer. C. mandati nu. 19. Ad promiſſum igitur qui vigore Saluiani interdicti fit redeundo dicimus, quod verificatis extremis requiſitis, de quibus ſupra meminimus, ſeruatiſque terminis ſubſtantialibus de ſtylo dicti tribunalis ſeruari ſolitis, vel ſaltem iſtis quatuor ad articulandum, dicendum contra articulos, producendum omnia, &
22 dicendum contra producta, quæ in hoc iudicio ſufficiunt, vt inferius ſuo aptiori loco dicetur; ac præuia illorum reiteratione, ac termini ad ſententiam, ſeruatione, Iudex ad ſententiam ſub forma
23 inferius locata procedit. Et licet aliqui loco ſententiæ decreto mandati de immittendo in poſſeſſionem contenti ſint; tamen cauti procuratores ſententiam in ſcriptis petunt, ad repoſitionibus obuiandum, quæ non raro cauſam protrahere ſolent: cum ab his decretis, quamuis illa habeant vim diffinitiuæ, & in iudicatum tran-
24 ſierint, Iudex vt dixi in 1.lib. reponere conſueuit. Forma ſententiæ, quæ in hoc iudicio fertur eſt huiuſmodi. Chriſti nomine inuocato. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam pro tribunali ſedentes,& ſolum Deum præ oculis habentes ferimus in his ſcriptis de iuris peritorum conſilio, in cauſa, & cauſis coram nobis vertentibus inter d. Actorem ex vna. & B,Reum conuentum ſuper dimiſſione, & relaxatione domus poſitæ &c. iuxta &c. quam D.N. alias tenebat, & poſſidebat, & tunc d. B. detinet, & poſſidet, rebuſq; alijs in actis, & proceſſu cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis partibus ex altera, dicimus, pronunciamus ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum A. in poſſeſſionem realem, actualem,& corporalem, ſupradictæ domus, illiuſq; iurium, & pertinentiarum immittendum fore, & eſſe, prout immitti volumus, & mandamus, per ipſum D.A. retinendam, donec ſibi de ſumma ſcutorum trecentorum eidem A per dictum D.N. debitorum vigore inſtrumenti in forma Cameræ rogati ſub die &c. de quo in actis, fuerit integraliter ſatisfactum; mandatumq; de immittendo in poſſeſsionem prædictam deſuper opportunum decernendum

fore

ſore, & eſſe, prout decernimus; ipſumque D.B. in expenſis coram Nobis pro parte dicti A. in huiuſmodi cauſa legitime factis, condemnandum fore,& eſſe prout condemnamus; quarum taxationem nobis, vel cui de iure in poſterum reſeruamus, omni meliori modo &c. Et ita formandam eſſe ſententiam dicit Bart.in l.1. C. de Sal. interdicto; nec dicendũ erit in ea D.B. teneri, aut obligatũ eſſe ad dimittendum, cum actio hæc ſit perſonalis, vt idem Bart. ibid. Qua quidẽ ſententia lata,& publicata, creditor conſt. Aegid.repetit in actis Notarij, tanquã notoriam, abſq; aliqua alias illius reali productione, vt per Felin. in c. 1. n. 12. verſ. 2. caſus de re iud. Caſſad. de penſ. dec. 2. nu. 6.& idem Felin.in cap.paſtoralis.de fid. inſtr. Notorium enim non releuat ab onere allegãdi ſed tantum ab onere probandi, Gloſ. in Clement. appellan. de appellat. Et hinc eſt quod, in curia multoties dantur articuli, in quibus plura repetuntur, & proponuntur ad cauſam facientia;& citatur pars, ad dicendum contra articulos, licet non inducantur, neq; examinetur teſtes. Quæ quidem Aegidiana de notorio ſtylo Rotæ habet tantum locum in terris Eccleſiæ immediate ſubiectis in cauſis profanis. In bonis autem profanis, beneficialibus, ſpiritualibus, iuriſdictionalibus, & ſimilibus extra terras Eccleſiæ ſeruatur ius ciuile, & æquiparantur, l. vnica C. ſi de mom. poſſ. fuerit appellatum, & eaſdem recipiunt limitationes, quas recipit dicta lex vnica: ex qua prohibetur appellatio, etiam ſi ſententia fuerit condemnatoria in fructibus, & expenſis, licet quoad illos appellationi deferatur, Creſcen. dec. 120. quę Aegidiana deſiderat ſententiam iuſtam ex eiſdem actis: adeo vti ex nouis iuſtificari nõ poſsit ad effectum, vt locus ſit illius exequutioni, Corn. conſ. 10 col. 2. lib 4. Put. dec. 8. de Aegid. Et ad cognoſcendũ, an locus ſit appellationi tenor ſententiæ inſpici debet, idem Corn. conſ. 10. nu. 3. d. vol. 4. Redeundo igitur ad vlteriorem
27 rem proceſſum exequutionis prædictæ, dico, quod actor poſtea partem citat ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndumq; iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, nec non videndum relaxari mandatum in ſententia decretum. In
28 cuius termino Iudex relaxat mandatum, niſi ad primam diem cum intimatione. Niſi forte citatus oppoſuerit Generalia contra, & pendente termino ad dicendum contra, nihil fieri. Hæc enim oppoſitio quoduis decretum, quamtumuis exequutiuum retardat, niſi forſan dubitaretur de fuga, ſeu ſubtractione bonorum: nam in hunc caſum iudex oppoſitionem hanc non attendit. Exequuta, & reproducta intimatione prædicta, poſt primam diem iuridicam à die exequutionis mandatum expeditur. Cauti tamen procuratores, vt breuius, & facilius mandatum obtineat, ante latam ſententiam petitorium ſuſpendunt vt dictum eſt, & Aegidianam conſtitutionem

nem

nem repetunt, & in ſententia obtinent non tantum decerni, vt in præſcripta ſententia habetur, ſed etiam vnico contextu relaxari mandatum; quod in hunc caſum ſimul, ac eſt lata ſententia, abſq. aliqua citatione relaxatur. Et etiamſi non ſemel fuerit dubitatum, & forſan aliquoties in Signatura reſolutũ, ꝙ in his cauſis ante mandati relaxationem, & expeditionem debet cognoſci, an locus ſit conſtitutioni Aegidianæ, & requiratur commiſſio; vt conſtito, q. Aegidianæ conſtitutionis ſit locus ſuã ſententiã exequatur: nihilominus in Tribun. A.C. obſeruatum fuit, ꝙ Auditor ſuã ſententiã exequatur illiãq. exequutioni demandet etiã ſi ſit iudex delegatus abſq. aliqua alia cõmiſsione, & noua iuriſdictione non obſtante quacũq. interpoſita appellatione tam ſuper negocio principali, quã ſuper expenſis: quate-
30 nus tñ non fuerit ab illarũ exceſſiua taxatione appellatũ vt ſuperius meminimus in ſi. c. 17. lib. 1. nam quoad illas tunc appellatio admittitur, & exequutio retardatur, vt ſup. probauimus, ſi expenſæ taxatæ ſummã 16. ducator. excedunt, ſi vero non excedunt appellatio nõ recipitur, & commiſſio non ſignatur, vt inferius ſuo aptiori loco dice-
31 tur. Forma mandati, ꝙ vigore ſupraſcriptæ ſentẽtiæ decernitur, hæc eſt. De mandato, &c. & ad inſtãtiam A. principalis, mandatur vobis Capitaneo, & exequutorib curiæ, ad quos ſpectat, quatenus ſtatim viſis præſentibus, ſub 500. ducator. &c. ac mandati exequutiui, & in ſubſidium excommunicationis, aliiſq. &c. pœnis, debeatis eundem D. inſtantem, ſiue eius legitimum procuratorem in realẽ, actualẽ, & corporalẽ poſſeſſionẽ domus olim ſpectãtis ad d. N. ſitæ &c. iux. &c. quam ad præſens poſsidet, ſeu detinet B. amoto, & expulſo dicto B. & alio quocunque illicito detentore induxiſſe, impoſuiſſe, & immiſſiſſe, ac inductum, & immmiſſum contra prædictum B. & alios quoſcunque manutenuiſſe, & conſernaſſe, ac de fructibus, & emolumentis illius reſpondiſſe, & reſponderi feciſſe, per inſtantem retinendã, donec de ſuo credito ſcutorum trecentorum, de quo in actis, fuerit integre ſatisfactum. Quoniam aduerſario citato, & intimato, ſeruatiſque ſeruandis in vim ſententiæ, de qua in actis, Dominus ita
32 mandauit, die, &c. Cuius mandati vigore, exequutor conducit creditorem ad domum prædictam, & vigore mandati eum in poſſeſſionem inducit, amoto exinde inquilino, & alio quocunque inde-
33 bito detenore. Nam ſi inquilinus, remaneret in domo, dubitaretur ſi mutata eſſet prima poſſeſſio. Quinimmo tenuit Rota, quod poſſeſſio, non eiectis inquilino, & bonis, valida non ſit, neque conſiderabilis, neque manutenibilis, vt in vna Maceraten hæreditatis 27. Nouembris 1589. & alias 4 Iunii 1590. coram Eminentiſſimo Cardinali Pamphilio, tunc Rotæ Auditori.
34 Et propterea ad tollendum omne dubium, fiat expulſio inquilini, vt ſuperius poſuimus. Verum ſi reus contentus, in cuius odium,

vt tedio affectus rem reluat, & creditori ſatisfaciat, remedium hoc
35 permiſſum videtur domum reluere, & creditori ſatisfacere neglexerit, creditoriq; magis expediat creditum ſuum quanto citius recuperare, præſertim quando pauci, aut nulli fructus ex re, cuius poſſeſſionem creditor fuit aſſequutus, percipiuntur, recurrat ad ſignaturã gratiæ, & præuio reſcripto manu Papæ ſignato, quod pluries concedi, & denegari vidi, prout æquitas ſuadet, habita ratione perſonæ creditoris, puta ſi ſit vidua, pauper, aut alia miſerabilis perſona vigore reſcripti huiuſmodi, præuia citatione (ad dicendum contra) debitorem etiam citet (ad reluendum rem, cuius poſſeſſio capta fuit, alias videndum illam mandari conſignari Curſori ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mandari:) Et præcedente ſubhaſtatione, vt moris eſt, & ſucceſsiue deliberatione, curet ſibi de ſuo credito ſatisfieri, modo, quem ſuperius, cum de exequutione Cameralis obligatio-
36 nis agebamus, tradidimus. Alias creditor ſic immiſſus in poſſeſſionẽ licet ciuiliter, & naturaliter, ac bona fide poſſideat, tamen quia videtur concedi creditori tanquam pignus pro ſua cautione ad iuſtum effectum, creditor dicitur poſſidere ad commodum debitoris, in tantum, quod fructus illius commodo cedunt. l. 1. & 2. C. de pign. actio. Ne igitur fructus diminuant ſortem principalem, creditor poterit, auocata poſſeſſione bonorum vigore Saluiani interdicti ſtatim agere petitorio, & docere de validitate ſui crediti: & obtenta in petitorio victoria agere ad diſtractionem pignorum, vt ſibi ſoluatur. ita dictum fuit in vna Romana 50. ſcutorum pro Illuſtriſs. D. Portia Cere coram R.P.D. de rub is 4. Iulij 1577. Poſtquam autem dictus creditor debitam ſui crediti ſatisfactionem conſequutus fuerit ex fructibus rei, cuius poſſeſſionem aſſequutus fuit, eam debitori dimitte-
37 re, & relaxare tenetur: nam cum poſſeſſio capta fuerit ex cauſa hypothecæ competentis eidem creditori, & ſatisfactione prædicta ceſſat hypotheca, & cauſa poſſeſſionis. & ideo debet ceſſare effectus. Tiraq. tract. ceſs. cauſ. n. 20. & 21. alias contra eum reſtituere renuẽtem remedio recuperandæ agendum erit, vt fuit reſolutum in Rota in vna Romana Vineæ D D. de Brunis die 4 Decemb. 1584. coram Illuſtriſs. Blanchetto. Cuius libelli, ſeu monitorij forma eſt tradita in prox. præceden. cap. de iudicio recuperandæ. Ea. n. quæ de Saluiano ſuperius diximus videntur tantum locum obtinere contra tertium poſſeſſorem bonorum ſtabilium, quia realis eſt, & ſequitur fundum, vt per Neguſ. in tract. de pign. in 2. mem. 8. par. ſub nu. 1. Super bonis autem mobilibus, ſeu mouentibus, vt puta animalibus, mercibus venalibus; & ſimilibus non competit hypotheca neque Saluianum, niſi quatenus permaneant per manibus debitoris l. cum Taberna, in princ. & ibi Bald. in verſ. item nota Salyc. in 2. notab. ff de pign. idem Bald. in l. vbi adhuc, n. 18. verſ. ſed pone, cum ſeq.

C. de

C.de iure. doc. vbi etiam reddit rationem,quia alias impediretur cõmercium.Bart.in l.ſi conſtanter.ſub. n.43. verſ. ſi vere quæritur. Iaſ. in §.Item Seruiana,n.51.inſtit.de actio.Pariſ.conſ.69.n.3.lib.4 idem Neguſ.pa.2.mem.2.n.23.Couar.pract.qq.l.29.col. 5. Strac.de Mercat. tit.mand.n.7.Put.dec 297.lib.2. ſecus tamen dicendum videtur de vniuerſali corpore, vt puta de apotheca,grege,&ſimilibus habẽtibus corpus vniuerſale, vt per Neguſ. in 2.par.2.memb.ſub. n.18.&
39 24. in fi.n.25. Amplius viſum eſt, huic ſaluiano interdicti articulo, referre deciſionem factã in vna Placen. Saluiani interdicti, in qua coram Illuſtriſs: D. Card Mantica, tunc Rotæ Auditore ſub die 16. Iunij 1589. fuit reſolutum, Conuentum in hoc iudicio potuiſſe retinere domum de qua agebatur pro ſuo credito anteriori,cum Saluianum interdictum non competat contra creditorem habentem anteriorem hypothecam, vt ſæpius fuit reſolutum in Rota. Quibus add o quod quando emptor poſſidet, & ſoluit anteriori creditori, habet exceptionem repellendi creditorem poſtea venientem, vt reſoluit in vna Rom. cenſus corã Robuſterio, pro Dominico de Amatrice, &Illuſtriſſ D.Artimiſia Columna,contra hæredes Bernard.de Barbarellis, vbi allegatur gloſſ. in fin. in l.cum prior.ff. de diſtact.pign. gloſſ.2.in l.1. ff. quibus modis pign. vel hypotheca ſol. Corn. conſ. 145. n.13. verſ. ſi autem dicta bona pro ſoluendis dotibus, circa fin. cum alijs alleg.per Neguſ.3.mem.5.p.n.3.ver.tamẽ eſt aduertendũ.
40 Si autem debitor pro liberatione ipſius, & cauſam ab eo habentis comparuiſſet, & ſoluere voluiſſet creditori, & ab eo generalem quietationem peteret dicendum erit per iudicem iuſte ei denegandam, nam creditor non tenetur eandem generalem quietantiam facere, ſed tantum de receptis, & amplius cum reſeruatione iurium quatenus ea reſeruare voluerit.Iaſ.in l.cum Aquiliana ſub n.4 circa fin.ff.de tranſactio. & ibi Bart. eodem titulo.

Alia de eodem Titulo. Cap. III.

1 *Hypotheca præſcribitur ſpatio decennij contra tertium poſſeſſorem.*
2 *Poſſeſſor conuentus habet retentionem reſpectu melioramentorum.*
3 *Secus ab A.C.ſi melioramenta non ſunt liquida.*
4 *Per lapſum decennij.*
Præſcribitur hypotheca contra tertium poſſeſſorem.
5 *Pro melioramentis in genere liquidatis datur poſſeſſori retentio.*
6 *Prp melioramentis datur retentio non actio.*

ANtequam ab hoc Saluiano interdicto tanquam in A.C.& alijs Vrbis Tribunalibus ſatis frequentato non videntur hæc duo
1 omittenda. Alterum ſcilicet, quod hypotheca contra tertiũ poſſeſ-

ſorē decennio præſcribitur. Alterū vero, qđ tertius poſſeſſor in hoc iudicio cōuētus ꝓ melioramentis rei retētionē habet, & in vtroq; caſu habes dec. Rotæ, inferius ſcriptas ad quas in facti cōtingētia recurre quas hic nō inutile imprimēdas eſſe iuſſi, & licet Rota, vt in deciſ. videre eſt dixerit retentionē reo conuento dari quotieſcunq; ſaltim in genere conſtet de melioramētis, tamen A.C. à multo tempore citra
3 aliter ſeruauit, nempe quod licet conſtet in genere de melioramentis niſi liquide de eis conſtet exceptionem retentionis non admittit ſed data idonea cautione de illa ſoluendo ad omne mandatum Domini, quamprimum fuerint liquidata, mandatum de immittendo in poſſeſſionem rei, de qua agitur actori concedit.

R. P. D. ORANO.

Romana Hæreditatis de Beuilaqua, Die 15. Maij 1591.

EPITOME,

Poſſeſſor conuentus habet retentionem reſpectu melioramentorum licet de eis tantum in genere conſtet.

IN cauſa Romana hæreditatis de Beuilaqua quia ꝓ parte Tulliæ ad iuſtificationem ſententiæ A.C. in qua declarabatur Iuliam immitten. in poſſeſſionem medietatis domorum per Luparellos, & Illuſtriſſ. DD. de Caetanis poſſeſſarū producta fuerunt duo inſtrumēta, vnum ſcilicet editum ſuper pactis dotalibus q. Iuliæ eius matris. Alterum continens confeſsionem dotis Philoſophum recept. &. pro illius aſſecuratione, in euentum quod locus fuerit reſtitutioni adiecta ſpeciali hypotheca ſuper domibus poſtea per Luparellos acquiſitis, ideo dubiū ſtantibus prædictis inſtrumentis, & alijs hinc inde deductis, an ſententia A.C. mandans Iuliam immitti poſſeſsionem partis domorum à Luparellis acquiſitarum, & alterius ab Illuſtriſs. de Caetanis empt. poſsit pro rata medietatis dotis, & iurium dotalium d.q. Tulliæ confirmari DD. vero reſponderunt ſententiā non poſſe pro dicta rata confirmari niſi prius per Tulliam hæreditatem Iuliæ vendicantem reddita ratione adminiſtrationis tutelæ quondam Ludouici iuxta text. in l. 3. §. hæc actio, ff. de neg. geſt. l. tutelę, l. omnes tutores, C. de adminiſtr. tut. Dec. conſil. 100. colum. fin. Boer. deciſ. 39. parte 1. cum enim conſtet durante dicta adminiſtratione multas notabiles pecuniarum ſummas ad Ludouicum pupillum pertinentes exegiſse, intrat præſumptio ex illi de ſua dote, vel aliunde per pupillum debitum fuiſset ſatisfactum l. peculium la ſeconda, §. præterea, ff. de peculio. Dec. conſil. 13.

ſil.13.ibi n.16. Cagnol.in repet. l. ſingularia nu.70. cum multis ſeq. ff.ſi certum petatur in tantum,quod per ſolutionem extincta fuit obligatio, & hypotheca occaſione dotis ſuper domibus hodie per Luparellos poſſeſſis conſtitutæ, nulla videbatur ad fauorem Tulliæ ſuper illarum parte decerni immiſſio, nam cum illa fundaretur, vel interdicto quorum bonorum, vel Saluiano illis non poterat aliter eſſe locus, niſi probata poſſeſſione Tulliæ, l.1.ff quorum bonor. Dec.cōſil.31.in princ.lib. 1.poſſeſſio autem illorum iure familiaritatis viuente marito penes ſe exiſtens non cenſetur per eius obitum mutata, niſi hoc declarauerit l.dotis actio. C. ſolut.matr.& ibi Ang. Bald. conſ.35.lib. 3.ſicut dicitur de aditione quæ eſt.quod ſolo animo fieri poſſit, l. ſi auia; C. de iur. delib. tamen requiritur, quod de animo conſtet, vt not.l.1.in princ.& Bar. in l.quærit, C.de acquiren.hæred. tamen quia animus mutandi poſſeſſionem non præſumitur l.verum hic ſtatus,§.1.de donat. inter virum,& vxorem,tunc etiam quia Ludouicus eſſet hæres à patre inſtitutus, & habitaret domum paternā videtur adiuiſſe hæreditatem paternam,l.1. C. de rep.hæred.Bart.& Doct.in l.nam hoc,C.vnde legitimi,& ex alia aditione potuiſſet propria auctoritate bonorum hæreditariorum poſſeſſionem accipere, l. cum hæredes in princ. ff. de acquir.poſſ.Ang.in l.2.in princ. C.quorum bonorum,Dec.conſ.231.quorum altero ſtante,quod Tullia niſi conſentiente hærede poteſtatem ingrediendi poſſeſſionem rerum dotalium non habuit, Dec.in l.dotis,C.de collat.& conſequenter interdictum quorum bonorum Tulliæ non competit, minus, & immiſſio erit concedenda ex Saluiano, quia cōceditur tantum ad tempus quouſq fuerit de credito ſatisfactum, & à die quo fuerit factus lo-
4 cus reſtitutionis dotis lapſi eſſent amplius quam decem anni expirauit beneficium Saluiani, per decennium enim hypotheca præſcribitur,l.1. & 2. C.ſi aduer.cred.præſcrip.opp.quod etiam dicendum eſt reſpectu partis domus Illuſtriſsimorum DD. de Caetanis venditæ, quam domum fuiſse poſſeſam à Tullia nō docetur, & quatenus appareat, conſtat ex præſumptione iuris dotem Tulliæ fuiſse ſolutam niſi Tullia ex ratione adminiſtrationis, & calculo facto,& faciendo de contrario conſtare faciat.

R. P. D. PENIA.

Romana Saluiani interdicti. Veneris 19. Nouembris 1593.

EPITOME.

PRo melioramentis in genere liquidatis datur poſſeſsori retentio.

5 IN vna Romana Saluiani interdicti extra Rotam præſuppoſitis ſententijs in hac cauſa latis, & ſtatuto Vrbis ca. 174 libro 1. & cautione data per C. Mercurium Amodæum iuxta formam dicti ſtatuti, & alijs hinc inde deductis, dubitaui an eſſe locus reſtitutioni ſummæ exact. à Mercurio cum expenſis.

Et cauſa propoſita die 25. Octobris 1593. diſſentien. dominorum ſuffragijs non potuit capi reſolutio in hac vero poſitione dubio iterum diſcuſſio affirmatiue pronunciatũ fuit eſſe locũ reſtitutioni dictæ ſummæ cũ expenſis, nam cũ Mercurius præſtitiſſet cautionẽ de reſtituen. omnia quæ acceperat in exequutione, ſub conditione ſi per duas conformes iudicaretur appellationẽ interpoſitam per D. Carolum Gabrielium à ſententia primi Collateralis non fuiſſe reiicien. iuxta formam prædicti ſtatuti, illa conditio ſatis videbatur purificata, eo ipſo quod fuerat pronunciatum appellationẽ non fuiſſe reiicien. tunc enim ſtatim commiſſe fuerit ſtipulatio, & locus factus reſtitutioni ſummæ per Mercurium exactæ.

Nec propterea deſiderant eſſe conformes, quod in vna diceretur appellationẽ non fuiſſe reiicien. quoad melioramenta per D. Carolum in actis deducta, & in altera ſimpliciter pronunciarentur appellationẽ non fuiſſe reijciendã, ſatis enim erat, quod conueniret in effectu principali, quod appellatio non erat reiicienda, cum quantum ad conformitatẽ potiſſimũ attendãtur effectus, Ruyn. conſ. 114. nu. 14. Gabr. tit. de execut. rei iud. concl. 1. n. 33. & 34.

Maxime quia illa verba conſultoris, quoad melioramenta in caſu proprio non videbantur importare aliquam diſtinctionem, videlicet quantum ad melioramenta ſuſpenderetur, & quantum ad alia daretur exequutio, nam cum Carolus prætenderet omnes domus melioratas ſuper quo non fuerat cognitum, & aliquæ ex illius apparent melioratæ, & ſententia primi Collateralis nulla facta mentione meliorameutorum pronunciaſſet Mercurium in omnium poſſeſſionem fuiſſe immitten. non poterat admitti appellatio, quo ad melioramenta quia exequutio in toto ſuſpenderetur, ex quibus ſatis aperte conſtabat prædicta verba quoad melioramenta, & ſecundum rationem, & ſecundum iuris diſpoſitionem neceſſario importaſſe cauſam, nempe non fuiſſe reijcien. appellationem, cauſa autem non alterat, nec diuerſificat ſententias conformes Ruyn. conſil. 114. n. 14. lib. 5. Gabr. d. concluſ. 1. de exequut. rei iudic. n. 34.

Minus etiam dicebatur obſtare, quod vna ex dictis ſententijs loqueretur de primo Collaterale; altera vero de Senatore, nam quamuis ita reprobaret ſententiam præcedentem à Senatore latam, tamen quatenus ad articulum appellationis non reiicien. ſpectabat virtualiter ambæ loquebantur de appellatione interpoſita à ſententia

primi

primi Collateralis, cum nulla alia appellatio fuiſſet reiecta, & de illa ſolum dubitaretur an fuiſſet reijcien.

Ad oppoſitionem factam contra d. Carolũ, & quod in appellatione non expreſſerat cauſã, dicebatur primũ ſatis de illa conſtare ex proteſtationibus in actis factis; & ex formula appellationis inſinuata Capitaneo appellationis, qui grauauerat appellationem reijciẽdo.

Propterea reſpondebatur, quod cum poſſeſſoria in Curia Capitolina vigore ſtatuti, cap. 91. lib. 1. non regulentur ſecundum naturam merorum poſſeſſorium, ſed ſecundum iudicia ſummaria, in quibus proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt in ſtatuto Vrbis c. 88. appellatio ſubſtinebatur non expreſſa cauſa grauaminis. Ang. conſ. 267. n. 1. verſ. nec obſtat quod dicatur, per Maran. de ord. iudic. par. 6. verſ. & notes perpetuo, num. 154.

De melioramentis vero conſtabat ſatis in genere ex dictis teſtiũ ex quibus vnus erat ille, qui partem eorum in domibus fecerat. Alter vero deponebat ſe vidiſſe cum illa fierent, pro quibus dabatur retentio, l. ſi in area, ff. de cond. indeb. auth. in §. ex diuerſo Inſtit. de rer. diuiſ. Neguſ. in tract. de pign. memb. 4. q. 5. n. 8. Peregr. dec iſ. 16. lib. 2. quia enim pro recuperandis melioramentis non competit
6 actio, ſed tantum retentio, d. l. ſi in area, ff. de cond. indeb. Bart. in l. 2. n. 3. ver. & ideo, de appell. recipien. Dec. conſ. 28. n. 2. propterea etiã in poſſeſſorio propter præiudicium irreparabile admittitur appellatio, & ſuſpenditur exequutio, exceptio enim retentionis ob melioramenta etiam in exequutione opponi poteſt, & niſi admittatur poteſt legitime appellari. Alex. conſ 85. n. 6. ver. præterea etiam lib. 5. quinimo niſi per retentionem, vel ſaltem per cautionem. Tertio melioramenta prætendenti ſuccurratur poteſt ille nedum remedio appellationis, ſed etiam actione ſpolij, & viam nullitatis intentare, Contar. in l. vnica. C. ſi de mom. poſſ. quæſt. 24. nu. 32. ita in foro Capitolino ſeruari teſtatur hic Petr. in pract. tit. de cauſ. nullitatis. num. 27. verſ. & ex rationibus.

Neque ſupradictum præiudicium ceſſabat ex eo, quod verſabamur in iudicio Saluiano, in quo ſatisfacto creditore domus cum melioramentis reuerſura eſſent ad primos poſſeſſores, nam licet iſta ratio ſuaderet nõ eſſe perpetuũ præiudicium, medio tamẽ tempore non tollebatur præiudicium, ex quo creditor iure ſibi competente priuabatur, quod ſatis erat, cum valeat argumentum de toto ad partẽ etiam reſpectu temporis Bal. in l. ſi cui, de leg. 1. Iaſ. in l. diuortio. §. quod in vno notab. ff. ſolut. matrim. Gomeſ. in reg. de trienn. 89 n. 1.

Non obſtat, quod melioramenta non ſunt reficienda quando rem non probatur fuiſſe melioratam, quia vltra quod de hoc conſtabat ex teſtibus, dicebatur etiam quod cum de hoc eſſet videndum in liquidatione melioramentorum interim non poterat concedi immiſ-

ſio,& ceſſabat difficultas,ex quo ſaltem probabantur expenſæ in quibuſdam domibus factæ, quæ veniebant reficiendæ tanquam factę à domino in ſolo proprio, l.quod ſi ſeruus, §. ſed & ſi, & §. nec non.ff. de in rem. verſ. Competebat etiam Carolo retentio ob iura ſibi ab anterioribus creditoribus ceſſa cui propterea non poterant præferri poſteriores creditores eos immittendo in poſſeſſionem non facta ſaltem oblatione, l. cum prior,ff. de diſtra .pign. Neguſ. de pignorib. par.5.membr. 3. num. 3.

Ad plures alias difficultates excitatas per informantes pro Dño Mercurio, tam ſuper eius bono iure in negotio principali, quam ſuper alijs articulis ſupernacaneum erat ſingulatim reſpondere, cum ad propoſiti dubij deciſionem ſufficeret adeſſe duas conformes ex quibus purificata conditione teneretur Mercurius pecunias exactas Carolo reſtituere, &c.

R. P. D. FABIO.

Terracinen. Paludum 17. Maij 1559.

EPITOME.

Datur retentio melioramentorum antequam fiat exequutio, nec ſufficit offerre cautionem bancariam.

IN vna Terracinen Paludum inter Decanum, & DD. de Gottifredis, in qua Cardinalis habebat ſententiam reſtitutoriam exequendam in partibus poſſeſsis per Gottifredos, in quibus facta erant multa melioramenta reſtituenda ipſis Gottifredis, quæ tamen non erant liquida, & Cardinalis inſtabat pro exequutione offerens dare idoneam cautionem bancariam de ſoluendo melioramenta liquidata, & Gottifredi volebant vti retentione bonorum donec ſibi reficerentur melioramenta,& dato dubio fuit reſolutum dari retentionem melioramentorum antequam fieret exequutio, quia conſtabat, quod bona erant meliorata, & certa pars liquidata, & alia erant liquidanda, quod non ſufficit cautio bancaria,ſed datur retentio. Capic.deciſ 17.Ruin conſil.8 .colum.fin.volu.1 Put.dec.12 de re iud. Tiraquell. de retract.conuen.§.7 glo.1.n.3 Galleſ. de oblig.in form. cam.pag.87. & cõtraria videntur not.in l.4.§. prætor ait,ff. de re iudicata item Neguſ.de pign.in 4.memb.1. par.nu.10. Caſtien.conſ.251. vol.2. procedunt quando non conſtat de melioramentis, vel quando quis petit melioramenta ab aliquo non poſsidente, ſed hinc Gottifredi poſsident, vt per Tiraq. in loco ſuperius allegato, &c.

DE

De modo procedendi in remedio interdicti quorum bonorum. Cap. IIII.

1 *Interdictum quorum bonorum, quid operetur.*
2 *Contra quem conceditur.*
3 *Cui competat.*
4 *Quomodo vigore huius interdicti proceditur.*
5 *Si conſtat de legitimo contradictore legitime eſt citandus.*
6 *Hæres hæredis dicitur hæres primi teſtatoris.*
Secus in pœnalibus.
7 *Requiſita neceſſaria ad hoc, vt quis dicatur legitimus contradictor.*

1 INterdictum; Quorum bonorum, & interdictum, quorum legatorum in ſupradicto iudicio adipiſcendæ exemplificatur.
2 Illud autem eſt reſtitutorium ad vniuerſitatem bonorum, & vniuerſalem hereditatem datur contra poſſeſſorem, ſeu detentorem hereditatis.
3 Competit ſolum hæredi vniuerſali ſucedenti ab inteſtato non autem vſufructuario bonorum, neque legatario, niſi forte legatarius, habeat in legato hæredis inſtitutionem; quia tunc pro ea parte dicitur hæres, per ea; quæ dicunt Franch. & Anchar. in c. ſi pater, de teſtam. in 6. & abſque vniuerſalis hæredis conſenſu, legatum propria auctoritate, vel ex iudici decreto capere poteſt, quod intellige non exiſtente hærede, qui hæreditatem adiuerit, vt per Mohed. dec. 302. Secus tamen dicendum erit eodem hærede exiſtente, qui hæreditatem adiuit: tunc enim non habet remedium l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. vt per Corn. conſ. 103. per totum, lib. 2. quia tunc habetur loco legatarij, non autem hæredis. Iaſon. in l. edicto, eodem titulo. Et idem dicendum erit de vſufructuario omnium bonorum, vt per Puteum dec. 19. de cauſ. poſſeſs. & in l. vſufructu bonorum legato, ff. ad falcid. & in vna Spoletana vſusfructus coram Sarnen. 1540. Exiſtentibus autem hæredibus prædictis bona, ſeu legata capi non poſſunt ſiue facto ipſorum, & per Alex. conſ. 82. nu. 3. lib. 2. Natt. conſ. 395. n. 4 & l. cum hæredes, ff. de acquir. vel amit. poſſ. vbi habetur, quod bona nō poſſunt capi propria auctoritate, quando per hæredes poſſidentur. In hoc autem iudicio ita proceditur. Inductus duobus te-
4 ſtibus, illisq per notarium præmiſſa generali citatione per contradictas, ſiue edictum publicum iuxta temporum qualitates ſummariæ examinatis ſuper obitu teſtatoris, ac legitimatione perſonæ hæredis, cōſtitoq. ex illorū depoſitionibus de d. obitu, & N. tanquā hæredem ab inteſtato in hæreditate mortui ſuccedere, præmiſſaq. alia ſimili citatione contra quoſcunq. intereſſe putantes (ad viden. infra ſcriptū inſtantem immitti in poſſeſsionem hæreditatis, & bonor. q. A.

mandatumque deſuper opportunum decerni, & relaxari) in citationis huiuſmodi termino iudex mandatum niſi ad primam cum inti-
5 matione relaxat, ſub forma, quam inferius habes. Animaduerte tamẽ quod ſi de certo contradictore conſtiterit, debet procedi præuio monitorio; eoque legitime citato, ac ſeruatis debitis terminis, vt per Petr. de Ferrar. in forma libell. quo pet. hæred. ex teſtamento. Quare, & perſona hæredis ſeruatis ſeruandis legitimari debet, vt in d. l. fi.
6 eod. tit. Ea enim quæ ſuperius dicti ſunt de hærede, habent etiam locum in hærede hæredis: cum hæres hęredis dicatur hæres primi teſtatoris. Aym. conſ. 298. n. 9. lib. 2. ver. ſicut dicitur de hærede hæredis, cui competit etiam prędictum remedium adipiſcendæ, non autem recuperandæ. Put. deciſ. 10. de cauſ. poſſeſſ. Et licet ex prædictis hęres hęredis dicatur hæres primi teſtatoris, tamen non ita procedit in pœnalibus, vt puta ſi teſtator prohibet ſuo hæredi alienationem bonorum ſuorum ſub pœna priuationis hæreditatis: talis enim prohibitio non extenditur ad hęredem hęredis, ex deductis in deciſ. Caputaq. 118. lib. 2 in manuſcr. in cauſa Bonon. DD. de Pepulis.

Hoc tantum remanet in hoc iudicio animaduertendum, quod ad hoc, vt quis dicatur legitimus contradictor tria neceſſaria requirũtur. Primo quod poſſideat. Secundo, quod bona fide poſſideat: Tertio, quod in continenti doceat de iure ſuo, ita tradit Rol. à Vall. in primo conſ. num. 71. lib. 1.

De remedio l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollendo. Cap. V.

1 *Mandatum de immittendo vigore remedij, & illius formula.*
2 *Cur opponatur clauſula, Et ſi quis &c.*
3 *Vis ſupradictæ clauſulæ, & illius effectu.*
4 *Abſque hac clauſula, quondam præiudicium infertur iura ſua deducere volentibus.*
5 *Modus procedendi ad aperitionem, & exequutionem teſtamenti in ſcriptis.*
6 *Quomodo procedatur, quando teſtamentũ in ſcriptis, caret requiſitis.*
7 *Quid faciat iudex ſi dubitatur; quod inter contendentes ſuper aſſequutione poſſeſsionis deueniatur ad arma.*
8 *An huiuſmodi remedium fideicommiſſario competat, & quid prius fuit obſeruatum, ac complura alia requiſita in remed. d. l. fin. contra quos, & quando competat.*
9 *Item complura alia de hoc remedio fideicommiſſario competenti cum copia deciſionis.*

1 MAndatum de immittendo in poſſeſsionem vigore remedij l. final. C. de edicto diui Adrian. tollend. conceditur vigore te-
ſtamenti

ſtamenti, quod iudici exhibetur non abolitum, neque cancellatum, nec raſum, neque in aliqua ſui parte ſuſpectum. Inductiſque duobus teſtibus per Notarium modo præmiſſo in proxime præcedenti capite relato per Notarium examinatis, conſtitoq; ex illorum depoſitionibus de obitu teſtatoris, & legitima perſona hæredis in teſtamento ſcripti, præcedente citatione contra quoſcunq; intereſſe putantes (ad dicendum contra iura producta,&repetita, videndum que iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, nec non videndum infraſciptum D. inſtantē immitti in poſſeſsionem hæreditatis, & bonorum q.d.A.mandatumq; deſuper opportunum decerni, & relaxari.) In termino citationis præuia recognitione teſtamenti, iudex relaxat mandatum prædictum, niſi ad primā diem cū intimatione.Cuius formula hæc eſt.De mandato Illuſtriſs. D.A.Cam.&c. ad inſtantiam D.N.hæredis q. A principalis, mandatur Capitaneo, & exequutorib. Curiæ, ad quos ſpectat,quatenus ſtatim viſis præſentibus, ſub mille ducat.&c.mandati exequutiui,& in ſubſidium excōionis,aliiſq.&c.pœnis debeant eundem D.N.principalem,ſiue eius legitimum procuratorem,in poſſeſſionem realem actualem,& corporalē hæreditatis, ac omnium & ſingulorum bonornm mobilium, & immobilium, ſe mouentium iurium, & actionū per d.q.A.tēpore ſui obitus poſſeſſorū vbiuis exiſtentium, ſibiq.cōpetentium impoſuiſſe,induxiſſe,& immiſiſſe,inductunque &impoſitum contra quoſcūq.manutenuiſſe, & defenſiſſe, ac de fructibus,& emolumentis d. hæreditatis & bonorum reſpondiſſe, & reſponderi feciſſe. Quoniam conſtito de teſtamento non abolito,non cancellato, neq. in aliqua ſui parte ſuſpecto, ac de obitu teſtatoris, & legitimatione perſonæ hæredis D.ita mandauit, die, &c. & ꝙ in d. forma mandati de immitten. poſſit etiā addi clauſula.l.ſ. ipſumq. ſic immiſsū manuteneatis, & defendeatis ac conſeruetis dicitur in l.carbonianū §.miſſum,n.1.ff.de carboniano edicto. Verum,quia ſæpe euenit,ꝙ licet in bonis defuncti aliqua bona mobilia, vel immobilia reperian
2 tur tamen ſunt aliquo modo vendita, ceſſa,donata, particulariter legata cum particulari illorum hæredis inſtitutione,aut aliquod aliud teſtamentum nouiſsimum, & præcedentis reuocatorium apparet,& poſt captam ab hærede poſſeſsionem coguntur intereſſe habentes bona prædicta via ordinaria,& per tres conformes ſententias repetere ad euitandum damnū hoc in mandatis huiuſmodi, quæ ex primo decreto ſummariæ conceduntur, ſolent iudices à multis annis cītra addere clauſulam Et ſi quis,&c.quæ operatur, vt cōparente poſſeſſore, vel intereſſe habente, tale mendatum reſoluatur in ſimplicē citationem; vide in hoc DD & præſertim Rip.qui late ſcribit in l. de pupillo §. meminiſse,de nou.op.nunc.n.20.& ſeq. Cuius clauſulæ effectum ſic diſtinguendo referam. Aut præceptum, in quo eſt appoſita

ſita d. clauſula, Et ſi quis, &c. eſt nullũ aliqua rõne, vel cauſa, vt putã quia emanauit ſine cognitione, vel ſine partis citatione, & tunc talis clauſula nihil operatur, ſiue compareat ille, cui eſt factum tale præceptũ, ſiue non, ex quo in eo dicitur, ſi quis ſenſerit ſe grauatum, cõpareat, &c & præceptum nullum, cũ non valeat, in nullo grauat, ideo non tenetur comparere, vt in l. ea quidem, & ibi not. C. ſi mancipiũ ita fuerit alien. aut præceptum eſt aliquod, & tunc ſi ille, cui factum fuit præceptum non comparet, remanet firmum : ſi vero comparet, tunc reſoluitur, vt habeat vim ſimplicis citationis, vt habetur in d. l. ea quidem, & de quo per Inno. in c. cum veniſſet, de reſtit. ſpol Et in hac materia aduerte, ꝙ valet præceptum factum cũ d. clauſula Et ſi quis, &c. qñ poteſt per iudicẽ incipi à facto, ſeu exequutione: ſed ſi ſecus, requiritur ordo iuris, ff. de ope. nou. nun. d. l. pupillo, eod. §. Itẽ, & ſecus ſi contenta in præcepto grauant partem, cui eſt factum præceptum, vt in datione poſſeſſionis, de qua ſupra, vt habetur in d. l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo, Spec. in tit. de cit. in 2. col. verſ. inhibitio ꝙ dictum ſequitur Paris de Put. in tract. ſindic. in 4. col. ante med. Et
5 harũ clauſularum medio iudex cauſæ cognitionem pro intereſſe habentibus penes ſe retinet. Et de hac clauſula ſine præiudicio cuiuſuis alterius legitimi poſſeſſoris, & illius effectu inferius tractabimus.
4 Nam alter hæres, qui hæreditatem abſq. d. clauſula obtinuiſſet, habita, & conſequuta poſſeſſione, cauſam iactationis in Rota committeret, & A. C. inhiberi faceret : & difficilius eſſet talem comiſſionem ad inſtantiam partis iura ſua deducere volentis reformare. Aduerte tamen, ꝙ ſi teſtamentum eſt in ſcriptis conditum, & nondum apertum, antequam hæres obtineat ſe immitti in bonorum poſſeſſionẽ, debet obtinere illud aperiri ſeruata forma, quam ſupra, capite de a-
6 peritione teſtamenti, poſui. Quando teſtamentum in ſcriptis receptum, caret requiſitis, ſcilicet teſtibus, ſubſcriptione, & ſigillis, niſi fuerit militare teſtamentorum, (de quorum teſtamentorum militum priuilegijs habes in toto tit. ff. & C. de milit. teſt. quę poteris videre) Iudex aliquandiu in illius exequutione ſubſiſtit, donec de teſtamenti viribus diſcutiatur; ne pro poſſeſſionis aſſequutione inter aſſequi
7 illam prætendentes ad arma deueniatur. Iudex tunc per modum prouiſion s, ad euitandum ſcandala ſine præiudicio iurium ambarum partium, & donec de meritis cauſæ cognoſcatur, ad ſe poſſeſſionem auocat nomine curiæ retinendam. Inhiben. vtrinq parti, ne ad poſſeſſionem accedãt, arg. l. fi. ff. de off. procon. & l. pro liberis. §. fi. de lib. caut. Quod decretum eſt merum interloquutoriũ, & ab eo non appellatur; cum poſſit quandocunque reparari : quia iudex poteſt cras reuocare, & alium conſtituere poſſeſſorem ei bene viſum, vt per Paul. de Caſtr. in conſ. 3. n. 2. lib. 2. & ꝙ ab huiuſmodi decreto non detur appellatio, tenet Rota Bonon. dec. 79. n. 6. Couar. var. qq. c. 17. nu. 4.
Ratio

Ratio, quia cum poſsit per iudicem, vt dixi, ſemper reparari dicitur ſummariiſsimũ poſſeſſoriũ, Menoc. in vlt. rem. retin. n. 41. Et ꝙ ex d. clauſula, ſine præiudicio iurium ambarũ partiũ, præſeruetur ius alterius etiam quoad poſſesſionem, cui non cenſetur derogatum, tenuit Rot. in vna Maceraten. hæreditatis coram Pamphil. die 4. Iun. 1590 Sed ſi nemo comparet, expectato debito tempore iuxta diſtantiam loci defuncti, infra ꝙ proximiores, & ab inteſtato ſuccedentes veriſimiliter notitiam habere, & comparere, ac eorum iura deducere poſſint, hæreditatem hæredi illi ſcripto in teſtamento, de cuius iuribus dubitatur, ſine præiudicio ſuccedentium ab inteſtato, cum cautione de reſtituẽdo meliora iuria habenti, ac alias eius arbitrio tradit. Dubitatum aliquãdo eſt in tribunali, an hoc remedium, l. fin. competat etiam fideicommiſſario. Et licet iam retroactis temporib. pluries viderim fideicommiſſario (purificato tamen fideicommiſſo) mandatũ de eum in bonorum fideicommiſſo ſubiector. poſſeſsionẽ immittendo concedi: tamen poſtmodum à nonnullis annis citra, re ſatis controuerſa, reſolutum eſt, remedium hoc fideicõmiſſario nõ competere, niſi facta ab hærede grauato ſaltem verbali reſtitutione; ſine qua iura non tranſeunt in fideicommiſſarium, l. reſtituta ad trebell. Bart. d. l. fin. eod. tit. nu. 9. verſ. aut; eſt facta. vbi Dec. conſ. 25. n. 25. verſ. ſed tamen prædictis, qui teſtatur de communi; cum aliis per Menoc. 4. remed. adipiſ. poſ. n. 181. Et quod nõ propria auctoritate, ſed de manu hæredis capienda ſit, teſtatur Put. dec. 3. de teſtam. Remediũ igitur eſt, quod adeatur iudex, & citato hærede, ad faciendam dictam reſtitutionem, & tunc illo non reſtituente, in eius contumaciam iudex legitimata prius eius perſona, mittit fideicommiſſarium in poſſeſsionem hæreditatis. Quam practicam ponit Petr. de Ferrar. in for. libell quomod. ag. ex ſubſtitution. in verſ. quodque in primo caſu. Aduerte tamen ad iſtum modum agendi, de quo in d. prox. Ferr. tunc à tali iudicis pronuncia daretur appellatio. Nec video rationem, quę poſsit adduci in contrarium, niſi forſan diceretur ad effectum euitandi circuitum, qui ſemper euitandus eſt, quando non eſt cum aliquo effectu, vt per Galleſ. ad for. cam. q. 4. num. 4. quam rationem puto non ſufficere; cum multa poſſint allegari in contrarium, & doceri quod circuitus non eſt inutili ex rationibus deducendis coram iudice appellationis. Nec in hoc vlterius elaborare volui, cum hæc quæſtio pluries fuerit in Rota propoſita, & pręſertim in vna Romana bonorum de Comitibus coram Aldobrãdino, tunc Rotæ Auditore, deinde Datario, ſucceſsiue Card. Eminentiſsimo, & denique Summo Pontifice. In qua deciſum eſt fideicommiſſarium ex remedio vti. l. ſi Salu. interd. in poſſeſsionem bonorum fideicommiſſo ſubiector. immitten. eſſe ex plurib. de quibus in dicta deciſione facta de menſe Maii 1580. quæ ſatis fuit notatu digna. Et propterea non ab re cenſui

illam

illã in fine præſentis capitis adiungere. Et quod ſententia immiſsionis poſſeſsionẽ ad fauorẽ fideicõmiſſarij etiã non facta ſaltẽ verbali reſtitutione ferri debeat, fuit etiã alias reſolutũ in ſacro Vrbis Auditorio coram bo me. Aldobr. in vna Senogall. hæreditatis, die 12. Iun. 1567. vbi de equit. Canonica, & ad euitandũ circuitũ fideicõmiſſarius poteſt agere recta via pro fideicõmiſſo abſque dicta verbali reſtitutione, Bald. in cap. in præſentia, n. 31. in verſ. dubio modo, & ibi Dec. in 2. not. de probat. Pariſ. conſ. 12. n. 115. lib. 2. & quia etiam fideicommiſſario vniuerſali competit actio hypothecaria, vt in l. 1. & ibi Bald. n. 2. C. comm. de leg. & ibi Iaſ. col. 3. in princ. cum ſaluianum interdictum cuilibet habenti hypothecam, vt tradit Angel. Aretin. in §. item ſeruiana, nu. 9 vbi etiam Iaſ. nu. 95. cum ſeq.

Et hac deciſione, & rationibus in ea deductis ſtantibus, procul dubio credendum eſt, in Vrbis Tribunalibus in poſterum ſuper hoc verſiculo non amplius diſputatum iri. Sed tantum purificato fideicommiſſo abſque aliqua verbali reſtitutione mandatum de immittendo fideicommiſſarium in poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum concedendum fore. Fideicommiſſario autem ſufficit ad obtinendum, probare poſſeſſionem bonorum, quæ ipſe petit de tempore mortis primi teſtatoris, ex cuius teſtamento agit Crauett. conſ. 61. verſ. ſed an ſufficiat, n. 60. in fin. & ratio, quia ea, quæ teſtator tenuit plena poſſeſſione de tempore eius mortis præſumuntur propria, niſi contrarium probatur, vt per Bald. ibi citatum conſ. 362. de fœud. lib. 1. in fin.

Nota amplius, quod remedium d. l. fi. de quo in princ. præſentis cap. diximus, competit etiam contra tertios poſſeſſores bonorum hæreditatis cum titulo poſt mortem, tamen teſtatoris acquiſito, vt per Dec. conſ. 59. Afflict. dec. 119. nu. 6. Quod intellige quando bona poſſidebantur per defunctum tempore mortis: Quia hæres in dubio debet poni in eo ſtatu, in quo erat eius prędefunctus dicto tẽpore mortis. Ex iſte poſſeſſor, ſeu contradictor, occupando poſſeſſionem poſt mortem videtur quodammodo ſpoliare hæreditatem: qui facta eſt occupatio de poſſeſsione vacante, vt per Paul. de Caſtr. in l. quamuis, eodem tit. verſ. intellige dicta, Notandum inſuper quod iudex domicilij etiam reſpectu bonorum alibi ſitorum, poteſt pronunciare hæredes in poſſeſsionem bonorum alibi ſitorum, eſſe immittendos, licet quoad illa exequutionem per litteràs remittere debeat ad iudicem loci. Bar. l. fin. n. 13. Ang. Alb. Corn. Iaſ. Zaccar. & alij in C. de edict. diu. Adr. tollen. Menoc. de adipiſ. remed. 4. n. 403.

Et quomodo iudex poſsit citari facere ſubditum exiſtentem extra ſuum territorium, docet Marant. in parte 6. de ordine iudiciorum in titulo de citatione primo membro iudicij ſub nu. 40. quod non ita ſimpliciter affirmandum, ſed cum diſtinctione. Paul. de Caſtro in l. edicto, n. 10, verſ. in ea gloſſ. C. de edict. diu. Adri. tollen.

R.P.D. ALDOBRANDINO Poſtea CLEMENTE VIII.

Romana Hæreditatis de Comitibus. Lunæ 30 Ianuarij 1581.

DOmini tenuerunt fideicommiſſario vniuerſali, etiam antequam inſtitutus hæres ſaltem verbaliter reſtituerit hæreditatem ab ipſo aditam, competere actionem hypothecariam contra præfatum hæredem, vt hæreditatem per fideicommiſſum relictam reſtituere compellatur. Hanc enim opinionem tenuerunt Corn. conſ. 132. n. 1. lib. 4. Iaſ. in l. 1. n. 6. C. com. & in adit. ad Bar. de fideicom. hæred. in prin. Couar. in c. Raynutius. §. 10. n. 4. de teſtam. Alciat. in l. 1. col. pen. circa fi. ver. ſed an fideicommiſſario vniuerſali. ff. de leg. 1. & ibi Iacob. de Nig. n. 131. & Bolog. n. 313. Bell. Inſtit. de fideicom. hæred. n. 10. & ibi Miſinger. pariter n. 70. Ant. Gomeſ. de ſubſtit. fideicom. nu. 7 vbi plus voluit dari huiuſmodi actionē etiā ante aditam hæreditatē eo quia competit officium iudicis ad cogendum hæredem vt adeat.

Cum itaque in ſpecie tot doctores habeamus hoc aſſerentes, & in contrarium nullus adducatur hoc particulariter negans ab horum oppinione, viſum fuit DD. nullo modo eſſe recedendū; præſertim ad effectum, vt ſentētia Rotalis poſsit dici notorie iniuſta, idque tanto magis cum ſatis vrgentibus rationibus nitatur.

Non eſt enim dubium quin l. 1. C. comm. de leg. tribuens legatarijs, & fideicommiſſariis tres illas actiones hypothecariam, & rei vendicationem, habeat quoq; locum in fideicommiſſario vniuerſalē ſicut in legato vniuerſali propter exequutionem fideicommiſſorum & legatorū, l. 1. ff. de leg. 1. in quo conueniunt omnes in d. l. 1. in vlt. q. Bar. de leg. 1. vt in d. l. 1. C. com. de leg. & dicunt omnes etiam ſupradicti Doct. & voluit Corn. conſ. 307. n. 15. lib. 3. & bene apparet, qui facta verbali reſtitutione eſt indubitatum competere hypothecariam, ſed controuerſia eſt circa rei vindicationem, vt per Couarr. vbi ſup. & Neguſ. de pig. in fi. n. 4. ſi igitur competit fideicommiſſario poſt verbalem reſtitutionem, ergo neceſſe eſt, quod proueniat ex diſpoſitione d. l. 1. cum nullibi reperiebatur ſtatutum, quod antea fideicommiſſario vniuerſali competeret hypotheca, nec etiam legatario, & fideicommiſſario particulari, licet aliqui, qui ad hoc contrarium voluerint, propter l. creditoribus. ff de ſepar. bon. quod tamen falſum eſſe, a fere omnibus recentioribus eſt animaduerſum, vt per Alciat. in d. l. 1. ſub n. 89. de leg. 1. Dubium quoq; non eſt huiuſmodi fideicommiſſario competere actionem perſonalem contra hæredem quia iam audiuit, vt hæreditatem reſtituere compellatur. Bartol. & Doctor. in l. ſi legatum ff. ad trebellian. quo ſtante ſubintrat regula, quod in omnibus caſibus, in quibus datur perſonalis actio, detur

quoque

quoque hypothecaria,d.l.1.in fin.C.com.de leg.& hanc eſſe regulã tradunt bene Alciat. in d.l.1.n.29.& Soccin.Iun.n.448.de leg.primo quo fit vt cum ſit hæc regula,qui fallentiam adducit, ad ea clare docere debeat, id quoque tanto magis,quia cũ Iuſtinianus profiteatur ſe has actiones legatariis,& fideicommiſſariis tribuiſſe ex coniectura ta mente defunctorũ, vt eorum voluntates facilius exequutioni demandari poſſent, nulla poteſt aſsignari ratio diuerſitatis, quare coniectura voluntatis teſtatoris non ita vrgeat contra hæredem, ſicut contra alios, & ita ante verbalem, ſicut poſt verbalem reſtitutionẽ, præſertim quia ita faciendo Iuſtinianus prouidiſſet de hypothecaria tempore quo fideicommiſſarius minus ea indigebat, & denegaſſet eo tempore quo ſibi plus ei erat neceſſarius. Cum enim ſine difficultate poſt reſtitutam verbaliter hæreditatem,huiuſmodi fideicommiſſario competat perſonalis, & rei vendicatio,illi hoc nõ obſtante cõceſſiſſet tertiam actionem, quando autem omnia habuiſſet actionẽ perſonalem,ſcilicet ex teſtamento hoc remedium denegaret; vnde cum huic caſui conueniãt,& verba,& ratio l.1.C.comm.de leg iuxta etiam regulas vulgares debet conuenire illius diſpoſitio,cum præſertim hoc tendat ad faciliorem exequutionem vltimarum voluntatum. Non obſtat l. pacta, & l reſtituta.ad Trebell. quia vltra quod tunc temporis forte verum erat,non competiiſſe huiuſmodi actionem, cum ea à Iuſtiniano introducta fuerit,vt dixi.hæc omnia alia adducta pro contraria parte, loquuntur de hæreditariis actionibus, & conſequenter de illis quæ competebant defuncto, hæreditas .n. eſt ſucceſsio in vniuerſum ius,quod defunctus habuit l.hæreditas de verb.ſign.Ille namq;cum per aditionem ſint radicatæ in perſonã hæredis, non transferuntur de hærede in fideicommiſſarium,niſi mediãte conſtitutione, vel in illis caſibus in quibus lex hæreditatẽ habet pro reſtituta l. fin. C. ad Trebell.& ad plus de illis quæ hæredi quæſita fuerunt mediante aditione, licet non competiiſſent defuncto, vt videtur declarare Rip. in l.1.n.10.& ibi Pariſ.n.12.ff. ad Trebell. ſed non loquuntur prædicta de illis actionibus, quæ non competebant teſtatori,cũ à lege contra ipſum hæredem inductæ fuerunt.

Impoſſibile enim eſt,quod per reſtitutionem illæ competant, quia illas nec teſtator, nec hæres habuit, neceſſe eſt igitur,vt competant abſque reſtitutione ex ſola legis prouiſione,& quamuis remedium l. fi. C. de edict.diu. Adr.toll.competat fideicommiſſario poſt factã reſtitutionem,etiã quod nunquam competierit teſtatori,hoc nihil eſt: quia cum illud remedium ex aditione fuerit acquiſitum hæredi d.l. fi.poteſt tranſire de hærede in fideicommiſſarium mediante reſtitutione; vt per Pariſ. in d.l.1.n.12.in fi.ad Trebell.quod nõ eſt in actione de qua agitur,vt dixi quæ nunquã nec teſtatori,nec hæredi competit. Ex quibus tollũtur omnia, quæ in contrariũ adducta fuerunt.

An

An autem ſententia, de cuius validitate agitur, poſſit dici lata in Saluiano correſpectiuato huic hypothecæ, quæ datur, vt hæres reſtituat hæreditatem DD. dixerunt particulariter videndum.

R. P. D. ALDOBRANDINO

Romana de Comitibus Mercurii 17. Maii 1581.

EPITOME.

Fideicommiſſario competit Saluianum interdictum.

SVMMARIVM

1 *Sententia ſemper præſumitur lata ex cauſa qua valere poteſt.*
2 *Et præſertim quando intentatur remedium Saluiani, quia ſententia lata præſumitur lata ſuper eo.*
3 *Creditore ſatisfacto res ad eum amplius non pertinet.*

1 Domiui tenuerunt, ſententiam de qua agitur latam eſſe in Saluiano interdicto cum illud, & non aliud remedium poſſeſſorium Ill. d. Torquato competeret, vt alias fuit reſolutum. Sententia enim ſemper præſumitur lata ex cauſa qua valere poteſt l. ſi quis ad exhibendum, ff. de except. rei iud. l. hæc enim, ff. de ſuſpectis tut. Alexan. conſ. 66. n. 2. lib 5. Aym. conſ. 23. nu. 2. cum aliis alleg. hinc eſt, quod ex actis ſententia declarationem recipit, l. ait prætor. §. ſi iudex & ibi gloſ. Bart. de rei iudic.

2 Idq. tanto magis cum expreſſe hoc remedium fuerit intentatum, vt ex commiſſione fungenti vice libelli apparet non obſtat, quod nõ fuerit intentatum priuatiue ad alia remedia poſſeſſoria, quia nullum aliud competebat, vt eſt edictum.

Cui interpretationi verba ſententiæ non repugnabant, licet enim in ſententia declaretur Ill. d Hieronymum, & Federicum obligatos eſſe ad relaxandum, & reſtituendum d. Torquato poſſeſſionem hoc intelligendum eſt, vt teneantur tanquam poſſeſſores rei vigore remedii poſseſsorii, quod ex præcedentibus, & ſubſequentibus declaratur, in narratiua namque ſententiæ dum narratur lis dicitur, quod ea vertebatur ſuper poſſeſſione adipiſcende, & deinde ſententia mandati immitti in poſſeſſionem D. Torquatum, & imponit perpetuum ſilentium ſuper poſseſsione ex quibus liquet intentionem Iudicis fuiſſe ſolum pronunciare in iudicio poſseſsorio.

Nec obſtat, quod in præfato interdicto pronunciatum ſit creditorem immittendum limitate donec fuerit ſatisfactus, quia DD. di-

L ſtrin-

ſtrinxerint hoc modo, aut igitur hoc interdicto pro conſequen. poſſeſsione rei, quæ nō eſt in obligatione, ſed in cautione, & quando alicui debentur puta 100. & pro cautione hypotheca domus, & tunc procedit obiectum, immiſsio namq; fit ad effectum, vt conſequetur id, quod eſt in obligatione, & propterea tunc dicitur, quod debeat eum illam retinere donec ſit ſatisfactus; quia in eo ſatisfacto illa res
3 amplius ad creditorem non pertinet, & quando hoc remedio agitur ad rem, quæ eſt in obligatione, & quæ debetur, vt in hoc caſu non poteſt apponi hæc limitatio, vt limitatio, videlicet legata eſt domus legatarius agit hoc remedio ad poſſeſsionem d. domus hoc caſu non poteſt pronunciare legatarium eſſe immittendū in poſseſsionem domus retinen. donec fuerit ſatisfactus, quia ſatisfactio conſiſtit in exequutione poſſeſsionis domus, nihil enim aliud eſt dicere hoc quā quod legatarius immittendus erit in poſſeſsionem domus retinendæ donec exequeretur ipſam domum, quæ videretur mera nugatiò.

Non obſtat impoſitio perpetui ſilentii quia intelligitur ſecundum naturam remedii intentati, & competentis.

De proceſſu in remedio interdicti, quorum legatorum. Cap. VI.

1 *Hoc interdictum competit etian hæredi, & quo caſu.*
2 *Legatarius legatum de manu hæredis capit.*
3 *Monitorium in vim huius interdicti, & de clauſula, ſi quis, &c.*
4 *An legatario actio ſummaria, & exequutiua competit, & appellatio concedatur.*
5 *Monitorium contra legatarium pro reſtitutione legati.*

1 INterdictum quorum legatorum, etiam hæredi ad auocandam poſſeſsionem rei legatæ a legatario, qui propria auctoritate illam occupauit, competit: quia legatarius propria auctoritate legatum capere nequit, ſed de manu hæredis capere debet, vt late in prox.
2 cap. poſuimus. Monitorium, quod in iudicio fit eſt huiuſmodi. De mandato, &c. & ad inſtantiam D.A. legatarij q.d. N. cuiuſdam caſalis ſit in partibus Latii, iuxta &c. vt in teſtamento per d. Antonium Maynardum dictæ Curiæ cauſarū Cameræ Apoſtolicæ Notarium ſub die, &c. recepto, & alias prout in actis ſi, & cum opus fuerit veri-
3 ficabitur, Moneatur d. B. nepos, & hæres d.q.N. exaduerſo principalis, quatenus infra triduum proximum, ſub mille ducat. etc. debeat eidem D. inſtanti, ſiue eius legitimo procuratori poſſeſsionem realem, actualem, et corporalem dicti caſalis, vt præmittitur legati iuriumq. et pertinentiarum eiuſdem quorumcunq; dimiſiſſe, relaxaſſe, et conſignaſſe, ac de omnibus, et ſingulis fructibus, redditibus, et prouentibus

bus,ac emolumentis ex d.caſali per eum habitis,& perceptis,& quæ percipi poterunt vſq;in diē illius relaxationis.etiā ad rationē quanti plurimi valent, & valuerunt & valere poterunt in futurum integre ſatisfeciſſe.Et ſi ſenſerit,&c.compareat,&c. Alioquin.&c. Si in pecunia conſiſtit legatum, dicatur, (debeat idē inſtanti de ſumma ſcu-
4 torum mille ſibi legatorum integre ſatisfeciſſe .) aduerſo tamen de apponendo in ſimilibus monitoriis clauſulam, & ſi ſenſerit ſe, &c. quia ſimilia monitoria,quæ fierent abſq;dicta clauſula vitio nullitatis ſubiacerent, ſicut dicen. erit quando fierent à iudice cum cauſæ cognitione,Iaſ.in l.ne quicquam n.6.ff.de offic. proconſ.Abb.in c.1. n.6.de cauſ.poſſ.& propr. Mand.in quæſt.7.de monit. In iudicio legati conſequendi non ſemel dubitatū eſt,an actio exequutiua detur ſeu in eo ſummarie procadatur,&an à cōdemnatione appellatio admittatur. Et quoad primam partem, vere affirmandum eſſe cenſeo, ſummarie,&per viam ſimplicis citationis,abſq; mon itorio,ſeu porrectione libelli procedi,vt per Iaſ in l.edicto C.de edict.diu.Adri.ollen.nu.6.Beccius conſ.17.lib.1.quem refert Maſucrius ad practicā Papien.in forma libell.ꝑ leg.gloſ.1.in verb.tres actiones n.23.Nat. ad Alex. conſ.98. vol.2 in 1.additione, dec. Peruſina 23.n.10. Et ꝙ cauſa legatorum ſit exequutiua, ſecundū Angel.in authen.de hered. & falcid.§.illud nu.13. cuius opinio eſt de communi,& de communi atteſtantur infraſcripti,eidē Franc. Beccius conſil.17.n.6.per totum conſilium late comprobat Michael Craſ.in §. legatum,q.7.in fi. vbi ſubdit,non eſſe ab hac opinione recedēdum,Simon de Pret.vlt. volunt. interpret.2. dub.3. num.144 dicta deciſ. Peruſin.23.per totam . Et prædicta videntur ſufficere , ad demonſtrandum, quod pro conſequutione legati competit legatario proceſſus ſummarius, & exequutiuus.Quo vero ad ſecundam partem circa admittendam, vel non admittendam appellationem , cum hoc non ſit de pertinentibus ad modum procedendi , ſed potius ad Signaturam iuſtitiæ, ad eam me remitto . Idque circa vtramque dubitationem atteſtor, quod non ſemel in tribunali A.C. reſolutum obſeruatumque fuit, actionem ſummariam, & exequutiuam legatario contra hæredem competere pro legati conſequutione ; & appellationem interpoſitam ſententiæ exequutionem non ſuſpendere . Ea credo ratione, quod mentis teſtatoris ſit, vt legatarius celerius ſuum conſequatur legatum ; & vt ipſe legatarius , eiuſque hæres impenſis litium non grauentur ; & deniq; vt legatarius eodem priuilegio gaudeat in legatum exigendo , quo hæres in hæreditatem conſequendo præſertim quando hæreditates eſt opulenta , & non eſt opus detrahere Falcidiam ex legatis pro ſupplemento æris alieni ipſius hæreditatis. In hoc autem caſu, licet iudex ſummariè, & exequutiuè procedat tamen audiui Signaturam appellationē deuolutiuam , & ſuſpen-

5 ſiuam concedere conſueuiſſe. Hæres autem, qui contra legatarium ꝓ legati reſtitutione procedere vult, hoc vtitur monitorio De mãdato, &c. & ad inſtantiam A hæredis vniuerſalis q.d. N. principalis, moneatur D B. aſſertus dicti q. N. legatarius, detentor domus hæreditariæ prædicti q. N. ſibi, vt aſſeritur, legatæ, quatenus infra triduum proximum, ſub mille ducat. &c. debeat eidem inſtanti hæredi prædicto poſſeſſionem realem, actualem, & corporalem eiuſdem domus; iuriumq; & pertinentiarum illius reſtituiſſe, relaxaſſe, & conſignaſſe: legatumq. prędictum quatenus ſibi debeatur de manu ipſius hæredis inſtantis recepiſſe. Et ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

De interdicto retinendæ. Cap. VIII.

1 *Interdicto vti poſſidetis, & vtrobiq quomodo procedatur.*
2 *Quaſi poſſeſſio dicitur de his, quæ actu non retinentur.*
3 *Mandatum quod in hoc iudicio conceditur.*
4 *Mandatum de manutenendo aliquãdo est pars interdum vero terminatorium iudicij.*
5 *Vbi agitur de titulo rei, dicitur pars iudicij, & quo pacto procedatur*
6 *Vbi de poſſeſſione duntaxat agitur iudicij terminatorium eſt.*
7 *Vbi ad penſionis, reſpõſionis, vel vſusfructus ſolutionem agitur, pariter iudicium terminat; & quis proceſſus ſeruetur.*
8 *Modus antiquus concedendi mandata de manutenendo.*
9 *Mandatum de manutenendo non conceditur, niſi parte legitime citata & prauia cauſæ cognitione.*
10 *Quendam alia in hoc interdicto retinendæ.*
11 *Decretũ mandati de manutenen. quo ad Iudicem non tranſit in Iudicatum.*
Secus ſi per cedulam à iudice fuerit pronunciatum.

1 INterdictum, vti poſſidetis, & interdictum Vtrobiq. in hoc iudicio retinendæ exemplificatur, Monitorij ſuper hoc requiſiti formulã
2 ſuperius deſignaui. Quo monitorio exequuto, & reproducto & probata poſſeſſione, vel quaſi, quæ dicitur de his, quæ actu non retinentur, vt vſufructu, penſionibus, & annuis reſponſionibus, mandatũ de
3 manutenendo ſub hac forma conceditur. De mandato &c. & ad inſtantiam A. principal.s, mandatur Capitaneo, & exequutoribus Curię ad quos ſpectat, quatenus viſis præſentibus, ſub &c. debeant eundem D inſtantem in ſua poſſeſſione reali, actuali, & corporali domus ſitæ, &c. in qua exiſtit cótra N. & alios quoſcunq. moleſtatores nunc & pro tempore inſurgentes manutenuiſſe, defendiſſe, & conſeruaſſe, nec ab aliquo in dicta eius poſſeſſione, & fructuum perceptione moleſtari, aut perturbari permiſiſſe. Quoniam

dicto

dicto N. citato, & intimato D. ita mandauit, die &c. Quod quidem
4 mandatum de manutenendo in aliquibus cauſis pars, in aliquibus
5 vero terminatorum iudicij eſt. Vbi de titulo rei contenditur; qui poſſidet petit manuteneri, ac probata ſua poſſeſsione per teſtes formiter examinandos, vel ſcripturas, ſeu partis confesſionem, aut alias mandatum de manutenendo obtinet. Agens vero hoc remedio interdicti retinendæ debet verificare ſe poſſediſſe tempore turbationis, & litis conteſtatæ: alioquin non obtinebit Bart. in l. 1. §. fin. n. 18. ff. vti poſsid. Papien. in form. libell. pro turb. poſſeſſ. in ver. hodie tenet n. 1. Alex. conſ. 88. verſ. quoniam num. 3. volum. 5. & in hoc pars iu-
6 dicij. & non recipitur aliqua appellatio. Vbi de poſſeſsione tantum agitur, & inter partes contenditur, primo Iudex, ne partes ad arma deueniant, tunc per modum prouiſionis, & ex officio poſseſsionem ad ſe auocat, vt ſupra in hoc ſecundo libro, de remittendo l. fi. loquen. retuli; & nomine curiæ retinet, ſeu penes tertium citra iurium vtriuſq; partis præiudicium ſequeſtrat, donec cognouerit quiſquam poſſideat, & manuteneri debeat: & ſubinde viſa poſseſsione alterius ex collitigātibus, ad expeditionē cauſæ iuxta exitū ꝓbationē procedit, & poſſeſſorē in ſua poſſeſsione manutenendū, & tuendū eſſe ad l. ſi quis à te fundum, & l. Colonus de vi, & vi armata, & in cap. in litteris, de reſtitut. ſpoliat. in caſum autem prędictæ ſequeſtrationis Iudex non dicitur aliquem ſpoliare, neq; priuare ſua poſſeſsione: quia dicitur ſequeſter, vt per Pariſ. conſil. 41. n. 30. lib. 1. & poſsidet nomine illius, qui prius poſsidebat, vt in l. intereſſe puto. ff. de acquir. poſſeſs. Mohed. dec. 298. Et quod in caſu prædicto Iudex ex officio debet modo præmiſſo procedere ad dictam ſequeſtrationem, dicit Abb. in cap. dilectus num. 12. de ſequeſtr. & poſſeſs. & tract. Corn. conſ. 292. per totum; vol. 3. In hoc terminat iudicium, & per appel-
7 lationem exequutio non ſuſpenditur. Vbi vero ad ſolutionem penſionis, reſponſionis, aut vſusfructus agitur, probata quaſi poſseſſione reali, & vera actoris mandatum de manutenendo conceditur.
8 Mandata huiuſmodi de manutenen. nullo facto ordinario iudicio, ſed probata ſummariè poſseſſione, citatis intereſse putantibus per contradictas, etiā abſq; clauſula, Et ſi quis, &c. olim concedebātur. Poſt
9 certum vero tempus clauſula; ſi quis etc. in illis apponi conſueuit. Demum ex prohibitione Pij v. in reformatione Tribunalis A. C. die 4. Decemb. 1570. publicata in verſ. mandata de manutenen. non conceduntur, niſi parte legitime citata, et præuia cauſæ cognitione.
10 Quibus viſum eſt non inutile addere, quod ſi reus conuentus probauerit ſe ante litem motam verè poſsediſse, et continuaſse, ſtāte huiuſmodi poſseſsione, nullo modo concedetur actori mandatum de manutenen. vt in dec. diuerſ. 390. par 1. coram Seraph. in vna Senen. Pontis Arrigo, quod quidē mandatū de manuten. tenetur poſseſsorē,

L 3 etiamſi

tantum poſſideat, gl. in l. 1. §. vlt. in verbo poſſidet, & ibi Bar. in §. interdictum, n. 2. ff. vti poſſidetis, vt per Rota in vna Veronen. parrochialis S. Pauli coram Mantica die 8. Iun. 1592. vbi dicitur, quod in hoc interdicto retinendæ etiam in beneficialibus, titulus non eſt neceſſarius, ſed ſola poſſeſsio ſufficit, quia prædio in ſua poſſeſsione tueri debet, c. in litteris, de reſtitut. ſpoliat. & c. licet Epiſcopus, de præben. lib. 6. Abb. in c. quærelam, n. 12. de elect. Couar. conſ. 237. n. 12. lib. 2. Dec. conſ. 171. n. 11. verſ. & quando alter poſſidet, ſecus tamen quando eſſemus in concurſu poſſeſſorum, quia tunc titulata poſſeſsio præfertur, vt tenuit Rota in vna Bononien. iuriſdictionis coram Lancellotto 1. Febr. 1574 n. 1. & 2. lib. 2. dec. diuerſ. Et quod poſſeſſio inſtrumentalis, alio exiſtente in poſſeſſione, nullius eſt momenti, nec priuat poſſeſſorem teſtatur Alex. conſ. 83. n. 3. lib. 2. Dec. conſ. 400 n. 9. vbi quod hoc caſu non ſufficit recognitio coloni quãuis, §. ſi conductor, ff de acq. poſſ. Bero. q. 47. maxime cum non appareat de aliqua continuatione poſſeſſionis, quos omnes ſequuti fuerunt DD. de Rota in vna Maceraten. hæreditatis coram Pamphilio 11. Maii 1587. Quibus accedit, quo à decreto mandati de manutenendo, & aliis ſimilibus interloquutoriis non datur appellatio, cum grauamen poſsit reparari per appellationem à diffinitiua. Imo quãdocunque conſtat iudici de poſſeſsione alterius poteſt idem iudex tale mandatum reuocare, nec quoad iudicem tranſit in rem iudicatam l. quod iuſsit, cum ibi plenè notatis de re iudic.

11 Amplius non videtur prætereundum, quod decretum mandati de manutenendo, quoad iudicem nunquam tranſit in iudicatũ, & ſemper ab eo poteſt retractari, Rota in vna Valentina Decimarum Vener. 23. Octob. 1598. coram Seraphino, & in vna Romana Vineæ 20. Maii 1582. coram Robuſterio, & propterea ſolet ſignatura ab hoc decreto mandari commiſſionem appellationis reiicere, ſecus tamẽ ſi per cedulam ſententia iſte manutentionis articulos fuerit a iudice terminatus, quia tunc eam non totaliter reiicit, ſed alteri iudici committendo reſcribit, vel cum clauſula ſi quid exequendum fuerit, vel conſtito, quod locus ſit Aegidianæ, vel quod in primis manuteneatur, qui fuerit manutenendus, & ita in facti contingentia non ſemel mihi occurrit in pluribus cauſis, in quibus ego fui procurator.

De remedio recuperandæ. Cap. VIII.

1 *Remedium hoc eſt, pleniſſimum, generalius, & vtilius omnibus alijs remedijs.*
2 *Interdictum vnde vi, cui detur.*
3 *Qui termini ſubſtantiales in his iudicijs poſſeſſorijs ſeruantur.*
4 *In ſummarijs non eſt opus libello.*

5. *Nec*

5 *Nec litis conteſtatione.*
6 *Nec calumniæ iuramento.*
7 *In attentatis non ſeruantur termini ſubſtantiales.*
8 *In attentatis magis iudicis contemptus, quam iuris, & partis læſio inſpicitur.*
9 *Termini ſeruati in petitorio, dicuntur etiam ſeruati in poſſeſſorio & quare.*
10 *Termini ſeruati in vno iudicio proſunt etiam in alio, quod incidenter oritur quamuis diuerſum.*
11 *Monitorium, & commiſſio habentur loco libelli.*
12 *Quid narrare debet in petitione, is qui agit remedio recuperandæ. Spoliatus præſumitur ſine iuſta cauſa à poſſeſſione cecidiſſe niſi probetur contrarium,*
13 *Quæ neceſſario verificanda ſunt in hoc iudicio. Et in alio iudicio competenti contra poſſidentem ex titulo.*
14 *Condemnatus in hoc iudicio non auditur in petitorio, niſi purgato ſpolio vſque ad vltimum quadrantem.*
15 *Idem erit dicendum quoad expenſas, ſufficit tamen deponere iulium vnum cum oblatione reſidui.*
16 *Secus dicendum erit quoad expenſas reficiendas vigore commiſſionis cum clauſula, refectis expenſis.*
17 *Quomodo, & quando detur eſſequutio fructuum contra condemnatum in hoc iudicio.*
Et quomodo Rota ſoleat reſpondere condemnato appellanti.
18 *Articuli, & iura in curia ſemper admittuntur, & quomodo, vt plurimum tamen ponuntur ad partes.*
19 *Remiſſoria in hoc iudicio quomodo detur & quando denegetur.*
20 *In prophanis iudiciis paſſim datur remiſſoria ſine ſumo, & cum retardatione expeditionis cauſæ.*
21 *In prophanis, & ordinarijs iudicijs datur remiſsoria.*
22 *Actori ſuccumbenti in hoc iudicio appellatur denegatur.*
23 *Formula ſententiæ in cauſ. attentatorum, & an remedia reintegrandæ preſcribatur, ſicut cæteræ aliæ actiones præſcribuntur, habes in deciſione inferius impreſſa.*

1 Remedium reintegrandæ exemplificatur in hoc iudicio poſſeſ-
2 ſorio recuperandæ, quod eſt pleniſsimum generalius, et vtilius omnibus remediis poſſeſſoriis. Et interdictum Vnde vi, deiecto, ſeu ſpoliato per vim cōpulſiuā datur. In his, et aliis omnib. ſu-
3 pra relatis poſſeſſoriis iudiciis tanquā lumina die, quā ſūmariis termini ſubſtātiales, vt in aliis ordinariis cauſis non ſeruantur; ſed tantum hi quatuor, ad articulandum ad actauam diem, dicendum contra articulos, producendum omnia, et dicendum contra pro-

4 ducta ad ſecundam diem,omiſso termino ad libellandum,quia in his
5 libelli ſolemnitas non requiritur. Omiſſo pariter termino,ad litem
6 conſtituendum. Quia in ſummarijs ſuperflua eſt litis conteſtatio, vt
in Clem.ſæpe.de verborum obligat. citata per Afflict.dec.283.nu.4.
omiſſo etiam termino, ad iurandum de calumnia, quia iuramentum
eiuſmodi non eſt neceſſarium, à parte petatur. Quæ omnia bene ex-
pli cata fuerunt per Rotam in dec.2.de reſcript.in nou. & Put.deciſ.
7 334 lib 2. Quorum terminorum omiſsio nullitatem ex defectu cita-
tionis induceret. Vt in eiſdē deciſionib. In ſpolio autē attento in a-
liis attētator. cauſis nulli ſeruantur termini ſubſtantiales, vt videre
eſt in practicalib. Rotæ Romanæ de terminor.vſu, & qulitate nu.8.
8 cum iudex etiam ex officio, conſtituto de attentatis, ad illorum re-
uocationem procedat,& in illis magis iudicis contemptus,quam læ
ſio iuris, & partis inſpiciatur. Vt per Archi.c. cordi.in fi.in 6.& tra-
dit Franc. in c.illa.n.4.de appel.Et in eiſdem practicalibus Rotæ eo.
tit.dicitur, quod ſi in cauſa nullitatis principaliter agitur, termini
ſubſtantiales ſeruandi ſunt,ſecus ſi in ea incidentur proceditur,vt ibi
9 n.7.Si autem termini ſubſtantiales ſeruati fuerint in petitorio, dicun
tur etiam ſeruati in poſſeſſorio:quia petitorium habet in ventre poſ
10 ſeſſori ū,vt in dec.Aug 16.Iun.1553.in vna Spoletana Spolij.Sicut
etiam dicimus,quod termini ſeruati in vno iudicio,proſunt in alio:
quod incidenter oritur,quamuis diuerſum ſit veluti poſſeſſorij nulli-
tatis,& attentatorum, & ſimilium, vt per Paleot.annot.184 in ma-
11 nuſcript. In hoc autem iudicio poſſeſſorio recuperandæ,in monito-
rio, ſeu reſcripto, quod loco libelli habetur, vt per Dec.conſ.483.n.
7.Put. dec. 17 de ſent. & re iud. tex.in ca.præter ea, & ibi Abb. nu.
7. de dilation. Bald. in l. eleganter, §. ſi quis poſt ff. de condition.
indeb. debet narrari, agentem hoc remedio poſsediſse, & propter
iniuſtas cauſas cecidiſse a profeſſione, & per illum, contra quem
12 agitur indebite poſsideri, demum concludere ſe debere reintegra-
ri ad ſuam poſseſſionem, & aduerſarium condemnari ad reſtitutio-
nem dictæ poſseſsionis, vt per Innoc.& alios in cap.cum ad ſedem.
de reſtitut. ſpoliat.& in cap. quærelam. de elect. Cauſa autem iniu-
ſta licet exprimatur, illius verificatio non eſt neceſsaria; quia actor
13 præſumitur ſine iuſta cauſa, a poſseſsione cecidiſse,niſi contrarium
probetur, Inno.& alij cōiter in c.poſt election.de conceſ.præb.Rol.
cōſ.6.n 13 et cōſ.41.n.41.vol. 3.ſed tm̄.ſufficit docere de antiquiori
poſseſs ione actoris et detentione rei conuenti, vt per Abb.in d.c.cū
ad ſedem. Alex. conſ. 6. nu.5.vol. 3. et conſ.89 vol.5. Modum
autem articulandi pro eo, cui hoc interdictum competit contra
titulo poſsidentem, docet deciſio Pedemontana 93. numero 3. in
14 princip. ad quam recurre. Et condemnatus in hoc iudicio ſpolij
non auditur in petitorio, niſi purgato ſpolio, vſque ad vltimum

qua-

quadrantem, vt per Bal.in.cap.conquerente, in princ.de reſtit ſpo.l. Abb.in c.accedens,et 20.vt lite non conteſtata.Aym.conſ.140.n.3.
15 Tiraqu.in tract.de retract.conuent.§.4.in 6. gloſ. num. 23. Et idem dicendum erit de expen ſis reficiendis: tamen ante illarum liquidationem, ſufficit deponere vnum iulium cum oblatione integralis reſidui facta illarũ liquidatione, Mohed.deciſ.311.Gomeſ.dec.16.Se-
16 cus dicendum erit de expenſis reficiendis vigore commiſſionis habentis clauſulam(refectis expenſis)quia tunc debent realiter,et integraliter ſolui, nec agens auditur niſi præuia illarum taxatione, et ſolutione, immo non ſufficit oblatio cum depoſitio, de quibus ſupra meminimus,Put.li. 1.deciſ.124. Verum cum de huiuſmodi poſseſsorijs remedijs, illorumq. proceſſib.tanquam in practica quotidie occurrentibus, ſatis late, et vltra onus ſuſceptum diſseruerim, placuit hæc quoq;pauca de fructibus, illorumq; reſtitutione,et exequutione
17 referre.Licet igitur reſpectu poſseſſionis fiat exequutio, vt ſupra dixi iux.l.vnicam C.ſi de momentanea poſs.fuerit appellatum, tamen reſpectu fructuum,pendente appellatione,non fit exequutio, quia illorum cauſa non eſt momentanea, vt in d.l. vnica C.de appellat.Idẽ erit dicendum de ſententia lata in poſseſsorio, quæ condamnat in expenſis,et intereſse.quia pendente appellatione non fit illorum exequutio,vt per Bart.et Bald in.l.creditor.§.iuſſu de appellat.idem voluit Specu.eod. tit.de appell. §. in quibus verſ.ſed quia appellatione. Afflict. deciſ. 358. in fin. Secus tamen ſi fiat exequutio rei ſpoliatæ, nam tunc fit exequutio in fructibus pendentibus, quia pars ſoli ſunt, vt in l. fructus pendentes ff.de rei vend. Afflict.deciſ. 77.in fin. et propterea DD. de Rota condamnato appellãti de Apoſtolis reſpondentes quoad poſseſsionem dant refutarios: quo vero ad fructus, et expenſas terminum iuris. Antequam a ſupra relatis poſſeſsoris iudicijs recedam,et ad alia deueniam, non ab re cenſui re-
18 cedendum,tanquam quotidianum articulum, et quotidie in tribunalibus controuerſum,quod articuli, et iura, quæ dantur in quolibet ex dictis iudicijs,ſemper in Curia admittuntur, licet reſpiciant petitorium, cum ſolita clauſula(ſaluo iure impertinentium, et non admittendorum) quia illi deſeruiunt ad coadiuuandum ipſum poſſeſſorium, Rot.deciſ.5. de ſequeſt poſs. & fruct.in nou.Abb. in c.1. n.2.de cauſa poſſeſſ.& propriet.Dec.conſil.84. col.pen.ad fin. verſ. non obſtat, Afflict.deciſ.7.per totam Pariſ.conſ. 60. nu.7. vol. 3, ſolum etenim de illorum releuantia diſputatur, quando petitur remiſſoria, Hoſt. & alij in c. cum contingat. de offic. delib. ibi Anto. de But.qui teſtatur de obſeruantia, etiam dicit Ang. in l. ſi in ſpeciali de rei vendit. Dec. conſil. 517. numero 3. Rot.deciſ.25. de teſtibus in antiqu. & de obſeruantia teſtatur Verall. deciſione 145.lib.1.in manuſcript.& impreſſis dec.147. 1.par. Tamen Ro-

19 ta d.deciſ.15. de Teſtib.& Pariſ.conſ.67.nu.38.vol 4.dicunt, quod admittuntur teſtes,examinantur, & ponuntur ad partes:& deinde ſi de eis erit habenda ratio, in actis per particulare decretum iudicis
20 ponuntur, & ita de ſtylo Curiæ ſeruatur. Vſque adeo, quod teſtes poſiti ad partes non probant, niſi ex iudicis decreto in actis ponantur, etiam quod fuerint coram iudice examinati, Dec. & alij in l.ea. C.de eden.Pedemon.deciſ.1.fere per totam,præſertim n.47.& 50.& in deciſ. diuer. coram Decano 445 par. 1. Remiſſoria autem in hoc iudicio poſſeſſorio non datur præſertim in longinquis partibus, niſi ſine retardatione vlterioris proceſſus: cum in huiuſmodi remediis non ſoleant admitti exceptiones requirentes altiorem indaginem, prout nec illę,quæ in continenti probari non poſſint,&quæ concernant petitorium, vt dicit Abb.in cap.fin de ord. co.& licet aliquando remiſſoria detur in poſſeſſorio recuperandæ, tamen id procedit, vbi exceptio probanda reſpiceret poſſeſſorium ipſum,nõ autem petitorium,prout fuit reſolutum in Rota in cauſa Portuen. de Colum
21 na die 9.April.1579. coram Seraph. in profanis, & iudiciis ordinarijs paſſim datur remiſſoria ſine fumo, & cum retardatione expeditionis cauſæ, vt in d.deciſ.in his,& pluribus aliis caſibus, quibus re-
22 miſſoria,vel conceditur, vel denegatur,deq; illius proceſſu. Vide ſcripta per Veſtrium in li.6.ſui tract.in rubr.de remiſſ. ad partes. Nec ſilentio prætermittendũ, quod appellatio non permittitur à ſententia abſolutoria lata ad fauorem rei conuenti in ſimilib. poſſeſſoriis iudiciis, vbi locus eſt Aegidianæ conſtit.& non dicatur quod illa tantum procedit in actore non autem in reo conuento, vt no.Ang. in l. quiſquis, C.quorũ appell.Quouiam in contrarium videtur eſſe veritas:non.n.debet licere actori, quod reo nõ permittitur,vt per Spec. de dila.in §.fi.verſ.in ſumma, Aff d.110.nu.6.cum abſurdum eſſet, quod vnus poſſet appellare, alter vero non, cum in iudiciis ſeruetur æqualitas: & hanc opinionem tenent omnes, quos refert Contar.ad l.vnicam.limit.17. per totam C.ſi de moment. poſſ. & ita ſeruat Rota, vt per Angel.lib.3. dec.44.in repet.de appell.prohib.n. 6. Quibus addo circa admiſſionem articulorum,quod licet illi per iudicem admittantur cum dicta clauſula præſeruatiua, ſaluo iure impertinentiũ &non admittendorum;tamen ea operatur,vt illis poſtmodum viſis in Camera, & conſtito de illorum impertinentia debet eos reiicere, vt bene explicat Iaſ.in l. ſi duo patroni, §.idem Iulianus.n.13. ff.de iureiuran. qui autem dicuntur pertinentes, vel impertinentes ibidẽ videre poteris: & quando facile poſſit apparere de illorum impertinentia habes per Grammat.in dec.45.n. 5.vſque ad n.9. Pariſ.conſ. 67.vol 4.Rot.in vna Camerinen.legati coram *R*. P. D.Penia die 27. Iunii 1591.& quod reiiciuntur etiam depoſitiones teſtium receptæ ſuper illis dicit Marant.in tit. de poſitionibus, ſeu articulorum pro-

ductio.

duction.6 par.in verſ.quod autem,n.23.in princ.Io.Andr.&Imol. & communiter doct.in cap.cum cõtingat,de offic. deleg. Et quod quis non teneatur illis reſpondere affirmat Specul.in tit. de poſitionib. in §.quibus modis poſitiones reprobētur ſub n. 1.circa med. in verſ. ſi vero certus eſt part. 2.antiq.impreſs. & ſicut diximus de impertinentia articulorum pari ratione dicendum erit de impertinentia interrogatoriorum. quę cum viſa fuerint impertinentia a iudice erunt reſecanda, quę autem dicantur impertinentia, tradit Rip.in l. 1. nu. 41.ff.ſi certum pet.

23 De modo autem procedendi in cauſa attentatorum cum ſingula ſatis diffuſe per Lancellottum in eius ſolemni tractatu de attentatis doctiſsime,& copioſe relata fuerint nil aliud ſcribere viſum eſt ſed tantum addere,vt pręſertim Tyrones, ſciant eueniendi caſu,quomodo in ea ſit ferenda ſententia , & quibus verbis concipienda placuit pluribus hic illius formulam ſubiicere, videlicet.

Chriſt. nomine inuocato, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam pro tribunali ſedentes,&ſolum Deum præoculis habētes de iuris peritorum conſilio ferimus in his ſcriptis in cauſa,&cauſis quę corā nobis in prima verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia inter Dominum N. actorem ex vna, & D.N. reum couentum de,& ſuper ſpolio&purgatione attentatorum,rebuſq;aliis in actis,&proceſſu cauſa,& cauſarum huiuſmodi latius deductis,&illorum occaſione partibus ex altera,dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus & declaramus poſſeſſionem ſeu occupationem, Tenutæ N. cum omnibus ſuis iuribus,&pertinentiis per eundem N.poſt inhibitionem, de qua in actis ei legitime præſentatam , apprehenſam, &captam fuiſſe,&eſſe attentatam,&innouatam,illamq; cum omnibus inde ſequutis,quę de facto proceſſerunt reuocanda fore,&eſſe , & reuocamus ipſumq;N a detentatione,&occupatione huiuſmodi in totum tollendum,& remouendum fore, & eſſe prout tollimus, & remouemus,&præfatum N. ad priſtinum ſuum ſtatum, & poſſeſsionem,in quibus ante huiuſmodi attentata,& inhibitionem fuerat plenarie reſtituendam & reintegrādam fore, & eſſe,prout reſtituimus, &reintegramus mandatumq; deſuper opportunū de illam reſtituēdo,&amouendo reſpectiue decernendū,& relaxandum fore,& eſſe, prout decernimus, & relaxamus. Moleſtationeſq; vexationes, perturbationes,&impedimenta quæcunq; per præfatum N. eidem N. ſuper præmiſsis quomodolibet pręſtitas,factas, & illatas,factaque, præſtita, & illata fuiſse,& eſse temerarias, iniquas,indebitas, & iniuſtas temerariaq; iniqua,indebita,&iniuſta,ac de facto præſumptas & præſumpta,illaſque,&illa eidem N. minime facere licuiſſe neque de iure licere,&propterea in,& ſuper illis eidem N. perpetuum ſilētium imponendum fore, & eſse, prout inponimus, et nihilominus

eundem

eundem N. in præfatis fructibus à tempore occ upationis citra ex eadem tenuta perceptis, et vſque in diem illius dimiſsion. percipein. ac in expenſis in huiuſmodi cauſa legitime factis condemnandum fore, et eſſe, proue condemnamus. Quorum, et quarum liquidationem, et taxationem reſpectiue nobis in poſterum reſeruamus. Et ita dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, et declaramus; omni meliori modo.

De modo procedendi in cauſis reſtitucion. in integr. Cap. IX.

REmedinm reſtitutionis in integrum extraordinarium eſt, et in illius iudicio nunquam, vt raro pronunciatur A. eſſe vel non eſſe in integrum reſtituendum: ſed tantum incidenter Iudex cognoſcit, et ſubinde ad vlteriora in negocio principali procedit. Quia quatenus reſtitutionem petens reſtituendus de iure veniat per proceſſum ad vlteriora habetur pro reſtituto, et ſic ita euitatur circuitus. Vt habetur in formulario procurat. in tit. de reſtitut. in integr. Caſſad. ibi citat. dec. 8. num. 6 de pręſcipt. Veſtr. eod. tit. lib. 8. n. 17. & quod iudex non debet ſuper reſtitutione in integrum pronunciare, ſed tacite ad vlteriora procedere habetur per Marcheſ. in cap. 1. part. 2. de com. San. nullit. nu. 64. Si enim iudex aliquem in integrum reſtituendum eſſe pronunciaret, materiam appellandi parti aduerſæ præberet, & ſic tres ſuper reſtitutione, & aliæ tres ſuper re principali ſententiæ dicerentur. Super modo procedendi in hoc iudicio ſufficit dixiſſe, quod petens reſtitutionis beneficium, terminos, qui in alijs ordinarijs iudiciis ſeruari ſolent ſeruari debebit: Huic etiã addo, quod procurator petens reſtitutionem in integrum debet habere ſpeciale mandatum ad illã petendum, Abb. in cap. ſuſcitata extra ſub nu. 6. de reſtit. in integr. aliqua alia de reſtit. in integr. habes infra: Qui autem hoc extraordinario remedio vti poſsint, & in quibus neceſſaria ſit reſtitutio, ac infra quod tempus petatur. Item quomodo ſignatura reſcribere ſolet abũde retulit Veſtrius in quarto libro de dolo, & contum. & libro 8. cap. 3. de reſtit. in integr. & per eundem modern. Marcheſ. in toto eodem titulo quem conſule. Nec prætereundum cenſui, quod quando petitur beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus inſtantiam ab illis, quibus alias de iure competit, ſequitur quod tale beneficio poteſt peti coram eodem iudice, & non eſt neceſſe adire principem, quiaquilibet iudex ſiue ordinarius, ſiue delegatus ſit, po teſt de reſtitutione in integrum cognoſcere, & illam concedere maxime incidenter in cauſis coram eis verten. vt in l. fin. C. vbi, & apud quem citat. per Marant. de ordin. Iud. in 5. par. ſub num. 36.

ALIA

Alia eodem titulo Cap. X.

1 *Extrema probanda in hoc iudicio recuperanda.*
2 *Ex poſſeſsione de præterito præſumitur de præſenti.*
3 *Secundum extremum probatur ex ſuſtentatione litis.*
4 *Extrema requiſita in iudicio petitorio.*

1 IAm dixi,& nunc repetendum eſſe cenſui,quod extrema probanda in iudicio recuperanda ſunt hic ſecundum probare actorem antiquitus poſſediſſe,& conuentum nūc poſſidere, Menoc.de recup. poſſ. in prælud.n.21.Galleſ in for var. cōmiſſ. in 1.trac.c.28.ſup ſpolio de primo extremo habetur infra,& quod probandū ſpolium ſufficiat probari ſe poſſediſſe ante ſpolium, licet quis non probet poſsidere tem-
2 pore ſpolij, cum ex poſſeſsione de præterito probetur poſſeſsio de præſenti, vt inferius probabitur, & quod hæc ſit communis opinio atteſtatur, Rip.in cap.3.n.32. extra de cauſ. poſſeſſ. & propriet.licet ipſe videatur tenere contrariam ſententiam, tamen ibi aſſerit tutius eſſe in iudicando a communi non recedere,qui enim ſemel poſſedit, præſumitur de præſenti poſsidere, Bartol.in l.ſiue poſsidetis ſub nu.
3 6.&7.C.de probat. De ſecundo autem extremo ſatis dicitur conſtare ex contradictione, & ſuſtentatione litis, præſertim vbi tractatur de iure incorporali, Ant. de Butr. in c. ſuborta. num. 7. de ſenten. & re iudic.Alexan.conſil.73.in princ.lib.2. Soccin.conſ.18.nu. 17. lib. 2. quos ſequuti fuerunt Domini de Rota in vna Romana rationis Bancariæ dd Boſchis,& Gauorijs,coram Eminentiſsimo D.Cardinali Pamphilio, tunc Rota Auditore, in qua ego fui procurator die 27.Octobris 1586. Deciſ. de Graſſ.42.de reſtitut. ſpoliator. vbi dictum fuit per DD conſtare de primo extremo ex inſtrumento captæ poſſeſsionis, de ſecundo autem extremo ex ſuſtentatione litis cum alijs adminiculis. Et quod ſecundum extremum probatur per ſuſtentationem litis, ex tex.in l.qui ſe liti ff. de pet. hæredit. & l. is qui ſe obtulit, & lex. ſi autem ff.de re iud. Caputaquen. deciſione 369. num.12. per Pariſ conſil. 54. lib.3. Cumque hæc pauca
4 dixerim de poſſeſſorio non dicendum erit de extremis requiſitis in petitorio ſcilicet in rei vendicatione, in qua duo videntur neceſſario conſideranda, & verificanda, vt puta dominium, vel quaſi, ex parte actoris; & poſſeſsio, vel quaſi ex parte rei, Iaſ in §.omnium inſtit. de act. num. 22. & hæc ſuperius dicta in proximo præcedenti, & præſenti capitulo ſatis ſufficiant pro docendo modum procedendi, & requiſita probandi in hoc ſpolii iudicio, remanet tantum non inutile referendam notabiliſsimam reſolutionem in hoc articulo actionis ſpolii, factam in ſacro Rotæ Auditorio, quam

quam cauſarum Patroni perpetuo menti retineant, & ad eam in facti contingentia recurrant, quam hic pro illorum, ac litigantium vtilitate imprimendam fore iuſſi, tenoris infraſcripti.

R. P. D. SERAPHINO

Nullius, ſeu Mediolanen. remedij reintegrandæ.
Mercurij 17. Maij 1600.

EPITOME.

REmedium cap. reintegranda 3. quæſt. 1. præſcriptione tollitur.

SVMMARIVM.

1 *Remedium cap. reintegrãda eſt præſcriptibile, quemadmodum cateræ actiones, licet priuilegiatæ.*
2 *Adducuntur fundamenta, & auctoritates in contrarium.*
3 *Omnes actiones tolluntur præſcriptione quadragenaria.*
4 *Leges abborrent dominia rerum ſtare ſemper ſub incerto.*
5 *Præſcriptio ſicuti tollit dominiũ multo magis debet tollere actionẽ*
6 *In remedio cap. reintegranda debent probari duo extrema.*
7 *Extrema poſſunt probari per teſtes de fama, & de auditu.*
8 *Poſſeſſorium abſorbet petitorium.*
9 *Opinio hæc eſt magis communis.*
10 *Quid importent verba (quacunque temporis conditione) in cap. reintegranda.*
11 *Pactum de retrouendendo quandocunque, & perpetuo ſpatio triginta annorum excluditur.*
12 *Nulla eſt differentia inter ius ciuile, & canonicum.*
13 *Non eſt verum præſcriptionem fuiſſe adinuentam propter dominiũ & non propter poſſeſsionem.*
14 *Debilior eſt poſſeſsio, & minori tempore admittitur.*
15 *Exceptio præſcriptionis, non ſolum dominium, ſed etiam poſſeſsionẽ reſpicit.*
16 *Præſcriptione hanc intelligunt DD. procedere contra actionem ſpolij ſimplicis prouenientis ex probatione duorum extremorum, non autem vbi conſtaret de vi, dolo, & mala fide.*
17 *Aduerſus dolum, & malam fidem, nulla præſcriptio opponi poteſt.*

1 FVit mihi per memoriale Sanctiſs. D. N. commiſſa ardua illa quæſtio, & adeo inter iuris interpretes controuerſa in Rota proponerem

1 ponerem. An remedium c. reintegranda, 3. q. 1. ſit impræſcriptibile, vel potius alia præſcriptione tollatur, et cauſa per D D. exactiſſime diſcuſſa, fuit concluſum, omnibus idem ſentientibus, vno tantum excepto hoc remedium præſcriptione tolli, quemadmodum cæteræ actiones, quantumvis priuilegiatæ, ſed antequam ad rationes deciſionis veniam, non erit inutile rationes, quibus mouentur DD. contrarium ſentientes deducere, vt earum cum contrarijs argumentis collatione facta, veritas facilius eruatur.

2 Primum itaq. et præcipuum fundamentum huius ſententiæ ſit in d.c. reintegranda de illis verbis, quacunque temporis conditione, Ex quibus colligunt nullo tempore hoc rmedium præſcribi. Secundo, deducitur auctoritas. glo. fi. & Doct. qui eam ſequuntur in c. ſollicite de reſtit. ſpol. quæ vult perpetuo agi poſſe hoc remedio. Tertio, nituntur auctoritate Rotæ, quæ ſæpius hanc ſententiam amplexa, vt videre eſt in dec. Caſsad. 6. de reſt. ſpol. Put. 1 18. lib. 1. Mohed. 18. de reſtitut. ſpol. Simonet. 60. Verall. 296 lib. 1. et Mohed. ait repertam fuiſse annotationem Lodouici Romani atteſtantis idem antiquis tēporibus Rotam cenſuiſse, et deinceps in plurib. cauſis auctoritatem antiquar. deciſ. Rota eſt ſequuta. Quarto vi[illegible]tur hæc opinio, niti ratione rationibus odii, quo digni ſunt illi, qui aliorum bona, et poſſeſſiones inuadunt, qui ideo nulla tuti ſunt præſcriptione, quæ neq. dari poteſt, etiam poſt decurſum tempus mille annor ſi à principio ſpoliator fuit doloſus, vel violentus, juxta receptiſſimam Canoniſtarum opin Poſtremo allegantur auctoritates plurimor. Doctorum, quia hanc ſententiam defendunt, quorum fiet mentio in ſolutione argumentorum huius partis. Contraria vero opinio nititur multis vrgentiſſimiſque argumentis, & auctoritatibus.

3 Et primo, quia tam iure ciuili, quā canonico omnes actiones tolluntur præſcriptione quadragenaria, vt probatur in l. ſicut, & l. omnes, C. de præſcript. triginta, vel 40. annor. Auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccl. c. ad aures, & c. illud, & c. quia indicante de præſcr. placuit il 1. & c. poſt quingentos, 16. q. 3. in quibus iuribus ponderātur dictiones vniuerſales qualemcunq. actionem tollentes et maxime in c. ad aures, vbi omnis prorſus excluditur actio, quæ verba ponderant Ruy. conſ. 103. n. 7. lib 5. et facit Iaſ. conſ. 125. n. 27, lib. 4. Aym.

4 conſ. 294. Rol. conſ. 72. n. 20. lib. 2. Secundo, leges abhorrent dominia rerū ſtare ſemper in incerto, l. 1. de vſucap. ℱ. 1. inſt. eod. l. cum notiſſime C. de præſcr 30. ann. & etiam litium immortalitatem, l. fi. et

5 ibi gl. in verbo finis pro ſuo. Tertio, cum tpis præſcriptio tollat dominium, q̄ eſt maximi præiudicii, vt per Bar. in l. rem alienā de pig. act. multo magis debet tollere hanc actionem poſseſſoriam leuioris præiudicii, vt arguit Caſtren. conſ. 205. n. 3. lib. 1. Socin. in l. rem quæ nobis, n. 18. de acquir. poſſ. Pariſ. conſ. 1. n. 155. li. 1. Bal. de præſcr. 4 p. princ.

p.princ.q.20.nu.1.Rol.conſ.72.nu.19.lib.2. & conſil.6.nu. 8.lib. 5.
6 Quarto multũ hãc ſententiã cõprobare videtur, ſi cõſideremus quid in hoc remedio, & quõ veniat probandũ, nã cũ ſufficiat probare duo extrema nẽpe poſſeſſionẽ antiquiſsimã actoris, & poſſeſſionẽ recẽ-
7 tẽ rei, & illa probari poſſit etiã per teſtes de fama, & de auditu, qui in antiquis admittuntur, & ſemper eueniat, vt propter antiquitatem & ſiniſtros caſus bellorum, incendii, peſtis, & ſimilium inſtrumenta, quibus poſſeſſores ſeſe tueri poſſent, ſint deperdita, vel etiam vetuſtate cõſumpta, certe ex tali perpetuitate huius remedii facile Domini propriis bonis iniuſte priuabuntur in maximum præiudicium reipublicę, vt per Mohed.dec. 17. de reſtitutione ſpoliatorum Sarmien.de redditibus Eccleſ.part.1. cap.4 nu.11.& Selecta interp.lib. 2. cap. 13.nu.2.& quod eſt valde abſurdum remedio poſſeſſorio, adeo priuilegiato circa probationum qualitatem tollitur dominium legitime præſcriptum, & redditur inutile aduerſus omnes iuris regu-
8 las, quibus perpetuo traditũ eſt petitoriũ abſorbere poſſeſſoriũ nihi-
9 lominus hic contrariũ euenit. Quinto negari non põt; ſi enumeremus auctores hanc opinionem ſequentes hanc eſſe magis communem, prout teſtantur Gabriel. concluſ.5.nu.64 de reſtitutione ſpoliator. Contar. de moment.poſſeſſ.§.4.limit.2.nu.26.vſq.ad num.29. Pontan. de.ſpol.lib.3. cap.2.nũ.91. Dec.conſ.65. nu.2. lib. 3. Crot. conſil. 47.nu.29.lib.1.Honded.conſ.82.nu.49 His rationibus adducti Domini hanc ſententiam amplexi ſunt, ſupereſt ſolum reſpondere his, quæ in contrarium deducta fuerunt.
10 Et primo, quia Baſis contrariæ ſententiæ tota conſtituitur in cap.reintegranda, videndum eſt de intellectu illorum verborum quacunque temporis conditione, quæ reguntur ab illis verbis in fine poſitis perdidiſſe noſcantur, & certum eſt naturalem, & verum ſenſum cõditionis tẽps referri potius ad qualitatẽ miſsionis quã ad tẽpis quantitatẽ l.1.§. deniq. ait.de aq. & plu. arcen.l. teſt.in prin.de teſt. Rebuff.in l.conditionales 62.verſ.4. de ver.ſign. quod eo magis dicendum, quia referuntur ad deperditionem, quæ non temporis curſum, ſed initium amiſsionis reſpicere videtur prout, & aliæ qualitates ibi appoſitæ, captiuitatis, doli, violentiæ, & quarumcunque iniuſtarum cauſarum, quod ſenſiſſe videtur idem Archid. dum dicit forte ibi erat guerra, vel metus latronum nemo audebat ibi morare, & hæc verba importare qualitatem temporis, & non præſcriptionem, de qua in eo tex. non agebatur, tradit Contar. de moment.poſſ §.4.limit.2.n.22.poſt Bellamer. & Io. de Turrecrem. Caſtrenſ.conſ.105. nu.3 par.1. & bene Galleſ.de exercit.iuriſcon.lib.3.nu.56.Modern. in remed.15 recuperan.n.422.& demum ita videtur ſenſiſſe Gratianus huius canonis compilator, qui in ſummario ſuo ante hunc canonem non appoſuit dictionem temporis, ſed ſimpliciter ait ablata qua-
cunque

cunque conditione in eodem loco,vnde ſubrepta fuerant eſſe reuocanda,&hunc verum,et germanum ſenſum appellat Nicol. Grauatius adVeſtrium,lib.2.c.3.n.41.neq.eſt veriſimile Pontificē vna vocula,eaq ambigua voluiſſe totam materiam præſcriptionum ſubuertere,vt in hac eadem materia præſcriptionis tradit gl.in c.1.§.præterea,in verb.præſcriptione,de capit.Cōradi,vbi verba illa nulla obſtante præſcriptione interpretatur,de decennali, vel vicennali, non autem de 30.aut 40.annorū præſcriptione, hac ratione mota, ne totā materiā præſcritionum multis vigilijs excogitatam ſubuertere,&radicitus euellere videatur, quā gloſſam communiter eſſe approbatam conſtat ex traditis per Tiraq.de retract.conuentio.§.1.gloſſ.2.n.12. quod ex eo confirmatur,quod poſteriores Pontifices in c. ad aures et alijs ſupra alleg.trigenariā,& quadragenariā præſcriptionem omnem prorſus actionem excludere voluerunt,adeo quod& ſi verba illa conditione temporis importarent præſcriptionē,nihilominus eis ex ſequentibus conſtitutionibus derogatum fuiſſe appareret.

Secundo non obſtat auctoritas gloſſæ,in c.ſollicite de reſtit. ſpoliator.vbi ait,ad damnum,ſiue pœnam perpetuo agi poſſe,quia nulla conditum temporis opponi poteſt cap. reintegranda 3.quæſt.1. nam ſublato fundamento, quod ſit in dicto cap tollitur etiam opinio gloſ. quæ illi innititur, præterea cum vtatur dictione, perpetuo, ea eſt intelligenda,prout in ſimilibus terminis paſſim vſurpatur, vt iſta perpetuitas concludatur ſpatio 30, vel 40. annorum opponi poſt. inſt.de par.pec.&temp.act. & concordantes tex. deſumi poſſunt apud Briſſon.de verb.ſignif.in verbo perpetuæ actiones,et poteſt etiam intelligi de actionibus,quæ competunt aduerſus violentos,et doloſos, cū loquatur de damno illato,et de pœna,et hic nō eſt caſus de quo agitur, vt infra dicitur quare Doct qui ſimpliciter referunt,et ſequuntur hanc gloſam non multum faciunt pro hac parte, cū ſit intelligendi iuxta vulgarē ſignificationem dictionis perpetuo in hac eadem præſcriptionis materia non obſtante quacunq. vniuerſitate, et prægnātia verborum, vt in pacto de retrouendendo quandocunq. & perpetuo cenſuit Rota ſpatio 30.annorum excludi ex conſ.Bal. 303. lib. 1. in cauſa Reatina tenutæ 13. Aprilis 1579. coram Lancellot o, et 12. Dec.1588.corā Pamphilio,et gloſſam ita ſenſiſſe eſt veriſimile, poſt quam fecit mentionem temporaliū, et perpetuarum actionum. iuxta iuris ciuilis diſpoſitionē,quæ clara eſt,nec ab ea recedit ius Canonicū,vt ex allegato c.ad aures,et aliis aperte colligitur, et in mate-
12 ria præſcriptionis excepto caſu malæ fidei ,nulla eſt differētia inter
13 ius ciuile,et canonicū,vt tradūt Abb.et alii in cap.de 4. de præſcrip. neq.obſtat, quod præſcriptio ſecundum aliquos fuerit inuenta propter poſſeſſionem, quia hoc eſſe falſum colligitur ex c.iubemus 16. q.3.et ex.l.fi.C.de edict.diu.Adr.toll.et ex l.competit.C.de præſcri

14 ptio 30. vel 40. annorum, imo multo debilior eſt poſſeſſio, & minori tempore admittuntur, vt per Innoc. cap. quærelam, & ibi Bellam. n. 10. & alios relatos per Contard. vbi ſupra n. 31. neq. obſtat, quod in iudicio ſpolii non admittatur exceptio dominii, quia exceptio præ-
15 ſcriptionis non ſolum dominium, ſed etiam poſſeſſionem reſpicit, & ideo non minus admittenda quam exceptio illa, quod quis facto ſuo cediderit à poſſeſſione.

Tertio loco non obſtat auctoritas Rotæ, quia ſi bene conſiderentur deciſiones allegatæ apparebit contrariam ſententiam obtinuiſſe cum magna cõtrouerſia, et difficultate, et eorum compilatores pro maio parte contrarium ſenſiſſe, quare nõ eſt habenda ratio eorum qui auctoritate Rotæ moti, hanc ſententiam amplexi ſunt, quæ quam vis plurimum ſemper veluerit, præualere tamen debet ratio, et veritas tot alii non contemnendis fulcita auctoritatibus.

Non obſtat ratio odij rationabilis aduerſus intentatores rerũ alienarum, quia hanc præſcriptionem intelligunt DD. procedere cõtra
16 actionem ſpolijs ſimplicis prouenientis ex probatione quorum extremorum iuxta ſtylum Rotæ, non autem vbi conſtaret de vi, dolo, et
17 mala fide, cum nulla præſcriptio aduerſus dolum, et malam fidẽ opponi poſſit cap. fin de præſcrit. et hoc fortaſſe ſentit Papa in illo Canone in illis verbis, per quaſcunq. iniuſtas cauſas, et hanc exceptionẽ admittunt doct. allegati per Contar. in d. limit. nu. 34. et 35.

Quantum ad auctoritates, quæ deducuntur ſi tollantur e medio Doct. qui ex profeſſo hanc quæſt. non tractant, et qui ſimpliciter ſequuntur gloſſ. cap. ſollicite, dicentes illud remedium eſſe perpetuum, quæ verba non excludunt præſcrip. 30. vel 40. annor. vix reperitur aliquis præter ſolum Imol in cap. 2. de reſt. ſpol. qui contrarium aperte ſenſerit ante deciſ. Caſſador. vt fuit animaduerſum per Galleſium. Rurſus ſi tollantur Doct. qui potius auctoritatem Rotæ ſequuti ſunt quam pondus rationum in contrarium facientium, apparebit longe pluribus auctoritatibus fulcitam eſſe partem contrariam, et id fatentur Doct. ſupra alleg. dicentes hanc eſſe magis comm. et ita recedendo ab antiquis deciſ. fuit per DD. concluſum hanc opinionem æquiorem, et veriorem eſſe, et dignam S.D.N. approbatione.

Ita reſolutum fuit me proponente in plena Rota 17. Maii 1600.

Aliqua alia de reſtit. in integrum. Cap. XI

1 *procurator debet habere ſpeciale mandatum ad petendum beneficium reſti tutionis in integrum.*
2 *procurator ab exequutione non appellet ſine ſpeciali mandato.*
3 *Reſtitutio in integrum non impedit exequutionem cœptam.*
4 *Et quando dicatur cœpta exequu tio.*

Vltra

1 VLtra relata in proximo præcedēti cap.9.de reſtitutione in integrum, non videntur ſuperflue referenda, & repetenda, quod procurator petens hanc reſtitutionem debet habere ſpeciale mandatum. Abb.in cap.ſuſcitato.extra de reſtitut.in integr. ſub nu.6.hęc quoq.referam, vt puta quod procurator generaliter conſtitutus ad li-
2 tes, cauſas ab exequutione non poteſt appellare, ſed mandatum ſpeciale requiritur. Felyn. in cap. quoad cõſultationem, n.21.de re iud. Roland. à Vall conſ.43.ſub n.11.vol.1. cum ibi citatis.

Secundo, ſi principaliter hæc reſtitutio à procuratore petatur, mandatum pariter ſpeciale requiritur, vt ſupra meminimus, ſecus tamen ſi incidenter petatur, vt bene explicat Lucas Pet.in eius praxi Capitolina, lib.7. de cauſis reſt. in integr. nu. 13.

3 Tertio, quoad ea non impedit exequutionem factam vigore mandati relaxati, captis ſcilicet pignoribus, & tũc ſignatura intelligi, ꝙ ſit cæpta exequutio ad hoc vt ea per reſtitutionem in integrum non impediatur, licet Rota aliter dicat, quod ſcilicet ſatis ſufficit dicere cæptam eſſe exequutionem per ſolam mandati relaxationem, vt habetur in deciſione inferius ſcripta, & licet multa alia non præter rem hic addi, & referri potuerint, tamen cum ea pertineant ad ſignaturã, ideo in facti contingentia recurrere ad eos, qui de vtraq.ſignatura ex profeſſo ſcripſerunt, & ſignanter ad modernum tract. Marcheſani nouiſſime in lucem editum, vbi omnia in hac re copioſiſſime, & doctiſſime habes, huic reſtitutionis in integrum, articulo tantum addere viſum eſt, quod ſi apud patronum cauſæ dubitari contingat circa hunc articulum, vt puta quando ea dicatur principaliter petita, & quando incidenter recurras etiam ad eundem Lucam Pet.in eod tit. per totum, qui omnia optime, ac doctiſſime explicat.

R. P. D. PAMPHILIO
Cornetana Pecuniaria. Mercurij.4. Iunij 1601.

EPITOME.

REſtitutio in integrum non impedit exequutionem iam cæptam.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt locus arbitrio ad retardandum exequutionem.*
2 *Arbitrium intelligitur, prout de iure.*
3 *De iure reſtitutio in integrum non impedit exequutionem iã cæptã.*
4 *Vt dicatur exequutio cæpta, ſufficit, quod fuerit decretum, & relaxatum mandatum.*

1 DOmini dixerunt non eſſe locum arbitrio ad retardandam exe-
3 quutionē, quia arbitrium intelligitur, prout de iure, Bar.in ex-
trauag.ad reprimen. &c.in verbo videbitur,n.8. Pariſ. conſ.56.n.5.li.
1. de iure autem reſtitutio in integrum non impedit exequutionem
iam cęptam. Alex.conſ.223.n.6.lib.6. Rip.in l.4.§.condemnatum ſub
n.30.ff.de re iudic. Put.dec.10. de reſt.in integ. & dec.285. lib.2. &
fuit reſolutum in cauſa Cartaginen.decanatus 18.Decem.1587.co-
ram Bubalo,&antea coram eod.in cauſa Burgen.decimarum de Sca
lante 28.Octob 1586.&alias ſępe,in caſu vero de quo agitur non ſo-
4 lum ante petitam reſtitutionem fuerat decretum, & relaxatum man-
datum exequutiuum,quod ſufficit,vt dicatur exequutio cæpta,vt per
Put.d.dec. 285. & habetur in dictis dec. Cartaginen. & Burgen. ſed
etiam exequutio fuerat facta realiter in partibus, & realiter hic in
curia in perſona Fortunij.

De iudicijs ordinarijs Cap. XII.

1 *Auditor Cameræ,quarum ſit cauſarum iudex competens.*
2 *Cauſæ exequutionis litterarum apoſt. cognoſcuntur ab A.C.in prima inſtantia etiam in beneficialibus.*
3 *A.C. eſt ordinarius Iudex officialium,curialium, & mercatorum*
4 *Ad horum inſtantiam omnibus iudicibus inhibet.*
5 *Item eſt iudex ſuperintendens Curiæ Burgi,Turris Nonæ, & Curiæ de Sabellis.*
6 *Habetur ad A.C.recurſus à grauaminib.in dd.Curijs illatis & ipſe inhibet.*
7 *Romani poſſunt declinare forū A.C.vtēdo priuil.Pop Rom.conceſſo*
8 *In executione ob eā inter Rom.habet locū præuētio ex parte actoris*
9 *Coram A.C iudicia ordinaria,& aliqua exequutiua per viam monitorij, non autem libelli inrtoducuntur.*
10 *Per viā citationis omnes cauſæ ordin.à 10.ducatis infra incboātur.*
11 *A ſententijs latis,ſeu decretis in huiuſmodi cauſis ſummam ſcutorū 20. exceden.datur appellatio.*
12 *Secus à 20 infra.*
13 *Proceditur etiam per citationē contra Mercatores,Notarios tribunalis, & illorum ſcribas, & familias,*
14 *Item in dependentibus ab obligatione Camerali.*
15 *Quomodo contra ſequeſtratarium mādato contra debitorē relaxato procedatur.*
16 *Contra debitorem debitoris obligati in forma Cameræ exequutiue proceditur.*
17 *Sequeſtratarius non obligatus in forma Cam.ſi ſondemnetur appellat, & ēius appellatione pendente nihil innouatur.*

1 AVditor Cameręin vim ſuarum ordinariarum facultatũ,quas vti
pro intelligentia eorum, quę in hoc opere continentur, apprí-
me neceſſarias,in illius calce imprimendas curauimus Eſt iudex cō-
petens,& ordinarius quarumcunq.cauſarum ciuilium,criminalium,
beneficialium,& prophanarum, inter,& contra quaſcunq.perſonas,
quauis auctoritate,dignitate,& poteſtate fungentes,& præfulgentes
in Romana Curia,&extra eam in prima,ſecunda,&alia quauis inſtā-
tia per viam monitorii,aut per appellationem, exceptis his, quæ ex
diſpoſitione ſacri Conc.Tridentini,cap.cauſæ omnes,ſeſſ.24,in par-
tibus coram locorum ordinariis cognoſci debent.Ex his vero exci-
2 piuntur cauſæ ſuper exequutione quarumcunq. litterarum Apoſto-
licarum,quæ in Curia,&ab eodem A.C.licet cauſæ beneficiales ſint,
in prima inſtantia cognoſcuntur.Inſuper A.C.eſt iudex ordinarius,
3 competens,&particularis quorumcunq.officialium Ro.Cur.& Cu-
rialium,ac mercatorum,&ad eorum inſtantiam partibus inhibet,ne
4 ipſos alibi,quam in ſuo Tribunali moleſtent.Præterea eſt iudex ſup
5 intendens Curiæ Burgi,Turris Nonæ,& Curiæ de Sabellis,&à qui-
6 buſuis grauaminibus in prędictis curiis illatis appellatur, & ad eum
recurſus habetur, ipſiſq. ſua ordinaria auctoritate inhibet. Romani
7 autem ſi forum A.C.declinare voluerint priuilegio Populo Romano
8 conceſſo vti potuerunt, exčptis tamen Cameralibus obligationibus
in quarum exequutione pręuentio ex parte actoris locum habet. In
9 Tribunali A.C.iudicia ordinaria,& etiam exequutiua, vt puta vigo-
re Breuis,&literarum Apoſtolicarum introducuntur via monitorii,
10 non autem libelli,vt alibi ſolet.Per viam citationis introduci, & in-
choari poſſunt omnes cauſæ etiam ordinariæ, quarũ valor ſummam
viginti ducatorum auri de Camera non excedit;ac in illis ſummarię,
& iux.ordinarias facultates ipſius Auditoris procedi poteſt. In cau-
ſis vero ducatos viginti non excedentibus appellatio cum deuolu-
11 tiua,tum ſuſpenſiua conceditur,&iuxta Signaturæ reformationem a
decem ducatis ſupra,quæ poſt modum ex ordine fel.rec.Pij Papæ V.
12 ad ducatos ſexdecim eſt extenſa,& iuxta præſentem iuſtitiã ad ſcu-
ta 20.monetæ,a qua ſumma infra exequutio,appellatione quauis ne-
quaquã obſtante datur.Procedit amplius A.C. per citationẽ,&ſum-
13 marie inter,&contra mercatores,&contra Notarios tribunalis,eo-
rumq.ſcribas,&familias:&hoc ex priuilegio late in facultatibus præ
14 nominatis expreſſo.Item procedit eodem modo in dependentibus
15 ab obligatione Camerali,exẽpli cauſa.Si facto ſequeſtro contra ſe-
queſtratarium procedendum,ſit relaxato prius mandato contra prin
cipalem debitorẽ, citatus ſequeſtratarius ad conſignãdum pecunias
ſeu bona ſequeſtrata, alias videndum contra ipſum decerni, & rela-
xari mandatum exequutiuum, ſeu mandari contra ipſum exequi
mandatum contra principalem debitorem relaxatum iuxta termi-

nos l. ſi oleum, ff. de dolo malo, & ibi Bart. Et Iudex in citationis termino relaxat mandatum, ſeu mandat exequi, quod contra principalem debitorem relaxatum fuit, niſi ad primam diem cum intimatione. Quo termino elapſo, & intimatione reproducta Notarius contra ſequeſtratarium mandatum expedit, vel Exequatur, in mandato contra debitorem apponit ad creditoris electionem. Et ſi mandatum contra principalem debitorem re ipſa expeditum, & ſolutum fuerit, ſoluet creditor pro nouo mandato, ſeu exequatur, contra ſequeſtratarium iulios quatuor cum dimidio. Si primum autem mandatum cum effectu expeditum non eſt, ſed tantum à iudice decretum, idem ſoluet pro mandato quantum contra principalem debito-
16 rē ſoluere tenebatur. Et permiſſus proceſſus de inueterato ſtylo tribunalis fit etiam contra debitorem debitoris obligati in forma Cameræ, ſcilicet ad ſoluēdum, alias videndum contra eum decerni mādatum exequutiuum Ratio quia debitor obligat, & hypothecat ſuo creditori omnia bona ſua, & appellatione omnium bonorum veniūt credita, actiones, & nomina debitorum; Caſu primus creditor habet obligatum, & hypothecatum nomen debitoris, & agit contra talem debitorem debitoris ſui, vtili actione. Pariſ. conſ. 107. num. 130. vol. 3 Corn. cōſ. 61. n. 26. lib. 3. Alex. in l. hæres cū ff. ad Senatus conſ. Tre-
17 bel. nu. 5. & 6. Secus tamen dicendum erit ſi procederetur contra debitorem non ſimili modo obligatum, vel ex ſequeſtro, vel alio iuris remedio: quia tunc ordinarie, non autem exequutiue procedendum eſſe. Et tunc tale iudicium recipit omnes terminos ordinarios, ſicut in alijs ordinarijs iudiciis. vt per Bart. in l. ſine cauſa in 1. & 2. lect. C. quando Fiſcus, vel priuatus. Vſque adeo, quod ſi talis debitor ſiue ſequeſtratarius conuentus & condemnatus appellaret, appellatione pendēte ligatæ ſunt manus iudicis, & officium iudicis cōquieſcit, ad l. ſiue pars C. de dilat. Et licet per Roman. in conſ. 214. non obſcure dicatur, quod antequā procedi poſſit contra debitorē debitoris, requiritur ꝙ principalis debitor condemnetur, vt ibi in verſ. vlt. ponderādum tamen ſatis ſufficit verificari debitorem principalem obligatum eſſe ad fauorem creditoris debitorem debitoris pari modo obligatum, eo enim caſu habet locum ſtylus procedendi modo præmiſſo, & de his hactenus.

De modo procedendi in cauſis ordinarijs a viginti ducatis vſque ad 200. Cap. XIII.

1 *Præcedit in his cauſis monitorium perſonaliter exequutum.*
2 *Reproducto monitorio, & lapſo triduo ad illius verificationem proditur.*
3 *Quænam fiat citatio, quando verificatio per productionem ſcripturarum*

rarum eſt facienda.

4 *Quando citatus ad dicendum contra, nõ poſsit vlterius cõtradicere.*

5 *Secus ſi iudex ſaltem tacite iura non recipiat*

6 *Citatio ad dicendum contra articulos pro examinandis teſtibus.*

7 *Iuramentum teſtium ſaltẽ per diem ante examen omnino pracedit.*

8 *Examen poteſt quocunque die etiam feriato recipi.*

9 *Iuramentum teſtium recipiendũ eſt die iuridico, ſic et aliter in tribunali fiat.*

10 *In ſummario commiſſo examine in quibuslibet cauſis ſufficit ꝙ iuramentum teſtis in ipſo examine praſtetur.*

11 *Producẽs articulos cauſa ſe ab onere probationis eximẽdi, obtinet monitorium ad reſpondendum, & quando.*

12 *Monitorij huiuſmodi formula.*

13 *Citatio qua hoc monitorium ſequitur.*

14 *Pars admittitur ad reſpondendum articulis ante iudicis pronunciationem ſuper confeſsione.*

15 *Articulis factum alienum concernentibus, aduerſario inſtãte quomodo ſit iurandum.*

16 *Si factum proprium concernunt, debet dans præciſe per factum veritatis iurari, & aliqua de ſpecificatione materiarum.*

17 *Actoris procurator reo conuento inſtante medio in ſui principalis animam iuramento reſpondere tenetur.*

18 *Item cogitur examinari tanquam teſtis ſuper his, de quibus antequã procurator conſtitueretur erat informatus.*

19 *Secus ad his, quæ ſciuit poſtquam fuit conſtitutus procurator.*

20 *Procurator, qui cauſã egit an in eadem cauſa poſſit ſe examinare, licet reuocatus fuerit.*

21 *Articuli poſitiue, non autem integratiue fiunt.*

22 *Si fiant integratiue pars illis reſpondere non tenetur.*

23 *In cauſis exequutiuis, pro habenda articulorum reſponſione, non eſt opus monitorio, & ſimplex citatio ſit, & quare.*
Et quomodo pars reſpondere teneatur. Forma citationis pro habẽda reſponſione articulorum, & iudicis ſubdelegation.

24 *Citationes in cauſis ordinarijs à 20 ducatis ſupra de ſtylo Tribunali, A.C. perſonaliter fiunt.*

25 *Tutius eſt, citationes ad ſententiam, & alias ſimiles ſubſtantiales citationes perſonaliter exequi facere.*

26 *Verificatio monitorio ſi illud fuerit negatum, quæ citatio fiat.*

27 *Et quæ ſi non eſt negatum.*

28 *Lata per decretum, vel per cedulam ſententia, iudex mandatũ, niſi ad primam diem decernit.*
Et quomodo formetur ſententia poſt mortem principalis.

29 *Hæc conditio eſt reſpectu exequutionis, non autem condemnationis.*

M 4 30 *Ier-*

30 *Terminus ad appellandum currit à die ſententiæ. Et quædam de citationibus executiuis dimiſſa copia.*
31 *In cauſis exequutiuis, cũ cedula, & ſine cedula appellatio recepitur.*
32 *In cauſis ordinarijs præſertim à diffinitiua non valet appellatio niſi cum cedula.*
33 *Remedio quo vti poteſt appellans, appellationis cedulam in promptu non habens.*
34 *Appellatio regulariter interponitur coram iudice a quo.*
35 *Diligentia redeundi, & reperiendi iudicem non eſt neceſſaria, ac plura alia de appellatione, illiuſq. proſequutione.*
36 *Complura alia de præparatorijs, & illorum reſponſione.*
37 *Venia agendi contra parentes petenda erit.*

1 IN his cauſis ordinariis à 20. ducat. uſq. ad 200. monitoriũ perſonaliter exequendũ precedere debet. Hoc exequuto, & in actis No-
2 tarij reportato, lapſis tribus currentibus diebus in eo parti ad comparendum aſſignatis, agens ad illius verificationem per inſtrumentum, vel aliarũ priuatarũ ſcripturar. exhibitionẽ, vel teſtiũ examen,
3 aut per aliud probationis genus a iure iudultum procedit. Et ſi in-
4 ſtrumenta, vel alia iura producere vult, partem citat, ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione quatenus opus ſit. In cuius citationis termino, ſi inſtrumentum aliquod exhibet, quod in forma probanti non ſit, & pars citata nihil opponit; & iudex in cauſa ad ſententiam poſtea procedit, inſtrumentum eiuſmodi tacite recepiſſe, & admiſiſſe vide-
5 tur. Et ideo dubitari poſſet partem aduerſam non poſſe amplius opponere, quod in forma probanti non ſit. Bene tamen iudex illud reiicere poteſt ſicut recipit, Put decis. 119. lib. 2. nũm. 1. & 2. Secus accedit, iudex tacite non recipit: quia in hunc caſum ſicut Iudex poſſet illud ex officio reiicere, ita etiam pars poſſet opponere, quod non eſſet in probanti forma. Item ſecus ſi pars oppoſuerit generalia contra: per quam exceptionem generalem fuit excipienti præſeruatum ius excipiendi in qualibet parte iudicii, Aegid. in c. præſentium, n. 4. de teſti. Et idcirco cauti procuratores ſemper conſueuerunt impugnare iura, quæ exaduerſo producuntur, dicendo ge-
6 neralia contra verbo ſolum, ſaluo iure excipiendi in ſcriptis. Quando autem altera partium pro monitorii verificatione, vel alterius incidentis probatione teſtibus indiget, & articulos illorum examinandorum gratia exhibet, partem aduerſam citari curat (ad dicendũ contra articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti, & committi Notario cauſæ receptionem iuramentorum teſtium in forma ad primam diem, & poſtquam cõmiſſum fuerit, videndum illos iurare in eorum, vel Notarii domibus, & vbi reperti fuerint tã ſuper dictis articulis, quam tota cauſa per totam illam, & ſex vel 8.

aut

aut x.ſequen.dies arb. citantis, & ad dandum interrogatoria, ſi qua dare voluerit per totam dictam primam, & ſeq. dies, alias videndum mandari examinari ſine, ad eandem primam diem. In cuius citationis termino Iudex præuia admiſsione articulorũ, & cõmiſsione iuramentorũ teſtiũ examinari mandat, niſi ad primã diẽ cũ intimatione ſimpliciter, aut alias eius arbitrio. Et hanc citationem ad videndum iurare teſtes neceſſario requiri dicunt. Rol à Vall. conſ.29.li.1 n.45.&alias dec.174.n.3.p.3.in vna Neap.cẽſus 24.Maii 1595.corã Penia, &alias coram eod in vna Lugdunẽ.pecuniaria 24.April.eiuſ-
7 dem anni qui quidẽ teſtes præmiſſo iuramẽto (quod examen illorũ ſaltem per diẽ ante de ſtylo Curiæ præcedere debet) à notario exa-
8 minãtur, vt per Veſt.in tit.de teſtib.illorumq.induction.& iuramentis. Ex quamuis examen hoc etiam in die ad honorẽ Dei feriato fieri poſsit, vt per Abb.in c.1.n.10.de feriis, Marant.de ord.iudiciorum
9 in6.p.teſt.product.n.7. tamen iuramentum antedictum in die nõ feriato recipiendũ eſt vt ibi (& magis late per Alex. conſ.213.n.4.li.2.) Et etiã quod ſtylus tribunalis concedat die quocunq. feriato & non feriato pręſtari poſſe, qui cum magis abuſus, quam ſtylus proprie appellari poſsit, tutius reor. ad tollendum omnem dubitationem, per Notarium iuridico die, ſeu non feriato recipi.

10 Præterea animaduerte id, quod ſupra diximus de iuramentis examen pręcedere debentibus intelligi regulariter, ſecus autem ſi a iudice ſummarium examen committatur, quia tunc ad proceſſus validitatem ſufficit iuramentum in examinis actu præſtitum. Quod parte non opponente iudex de ſua voluntate tacita, aut expreſſe remittere ſolet, vt per Afflict. dec.191.n.8. idq. intellige tam in exequutiuis, quam ordinariis cauſis; & tam ſuper materiis, quam articulis. Et ſummarium hoc examen non ſemel præſertim parte non opponente, vt dixi, iudex arbritrio ſuo, rei de qua agitur, qualitate cõſiderata committit, & antequã vlterius progrediar notandũ erit, quod licet illos.inducens velit pęnitere, illoſq. vlterius non examinare nihilominus altera pars poterit eos cogere ad ſe examinandũ ex quo teſtis iuratus debet in omni cauſa dicere veritatem pro vtraq. parte vt non obſcure atteſtatur. Capic.in dec. 39. quam allegat Vrſil. ad Afflict.in dec.216.in fine Rota Auenionen.dec.116. Crauett.de antiq.temp. par.1.ſect. quæritur etiam n.2. Nonnunquã par articulos
11 exhibens cauſa ſe ab honere probandi eximendi inſtat partem aduerſam illis per verbum, credit, vel non credit, reſpondere, & hoc
12 monitoriũ propterea obtinet. De mãdato, &c. Moneatur ad inſtantiã A. principalis B. exaduerſo principalis, quatenus infra triduum proximũ ſub &c.pen. debeat poſitionibus, & articulis pro parte inſtantis in actis Notarii cauſę exhibitis medio iuramento per verbum, credit, vel non credit, ſingulariter ſingulis, ſufficienter reſpondiſſe

13 ſpondiſſe.& veritatem depoſuiſſe. Et ſi ſenſerit ſe &c. Quo monitorio perſonaliter exequuto, & in actis reproducto, eſfluxoq. triduo in eo præfixo, pars aduerſa citari debet ad reſpondendum poſitionibus & articulis in actis datis ſingulariter ſingulis, iuxta formam monitorij, alias videndum mandari haberi pro confeſſatis. In cuius termino iudex pro confeſſatis articulos decernit, niſi ad primam diem cũ intimatione, vt quoniam contumaciter tacens habetur pro confitente in cap. ſi poſt præſtitum lib.6. de confeſſ. Et licet verum ſit quod ſi iudex aſsignet terminum alicui ad reſpondendum, & ille ſit in mora in reſpondendo, & iudex in cõtumaciam articulos pro cõfeſſatis habeat, tunc nõ poſsit mora purgari, vt per An.& Im & Lud. Rom. in l. Inſulam ff. de ver. obl. tamen pars aduerſa ad reſpondendũ
14 admittitur. Lanfranc. in c. quoniam contra in verſ. reſponſiones de proba. n.6. non tantum poſt dictum terminum ad primam, ſed etiam poſt 10. dies, & etiam quandocunq. re tamẽ integra, ideſt, antequam iudex ſuper eiuſmodi habita confeſsione pronunciet, vt ibi, qui alleg. Cyn. in l.2. §. quid ſit actori. C. de iureiur. & ratio eſt ſecundum eum, qui legalis pœna poteſt purgari vſq. ad ſententiam, l. Papin. §. meminiſſe ff. de inoff. teſt. Rot. Pedem. dec.5. n.4. iſta enim pœna eſt quæ imponitur à lege, tergo, &c. Abb. in c. fin. col.5. de iur. cal. ſecus tamen dicendum erit poſtquam eſt concluſum in cauſa, vt ſupra dictum eſt Quia tunc confeſsio non reuocatur, vt per Arch. & Io. And. in nouel. in c.11. de reſtit. in int. li.6. niſi in certis caſibus enumeratis per Afflict. dec.44. n.2.3. Idq. de obſer. atteſtatur, quia non ſemel, & in tribunali Rot & A.C. mihi in facto contigit. Aduerte inſuper, ꝙ ſi artic. factum alienum concernunt ſiue ſit domus, ſiue ſit procurator partis aduerſæ inſtantiã de calumnia iurare tenetur, & quod credit articulos eſſe veros ſecundum ſuam ſcientiam, & conſcientiam. Mohed. deciſ.1. de iuram. calum. Abb. cap. in pertractandis. n.5. de iuram. calum. verſ. nam, & ipſe procurator. Quia etiam ipſe procurator poſſet calumniare in proſequutione iudicij, vt ibi & etiam per Rot.
16 deciſ.37. in nou. & alias dec. 40. Si vero articuli proprium concernũt factum, debet præciſe iurare per factum veritatis quia ſicut pars ſatisfacit, reſpondeo poſitionibus per verbum, credit vel non credit, ita etiam ponens ſatisfacere tenetur iurãdo de varietate, nec omittendum, quod qui poſitiones, & articulos facit, debet illos parte petente ſpecificare medio ſuo iuramento, alias pars illis non tenetur reſpondere. Iaſ. in l. iudicans. C. de iudicijs, nu.7. Adde etiam in hoc quotidiano articulo quod ſi ſtatutus ſit terminus ad probandum, ſi actor facit poſitiones, quia reus poſſet aliquas confiteri, interim, & donec reus differt reſpondere, non currit illi terminus a iudice ſtatutus, vt per eundem Iaſ. in l. ſi eum, §. qui iniuriarum. nu. 14. ff. ſi quis cau. & redeundo ad proximam relaxatam materiam iuramento dicendum

cendum erit, ꝙ hoc calũniæ iuramentum etiam eſt præſtãdum ab eo qui plene probauit ſuam intentionẽ, vt in Rom. pecuniaria corã Seraphino 26, Iun. 1571. & exigitur tam ab actore, quam à reo, vt par ſit ratio vtriuſq. iux. tex. & gl. in d. c. in pertractãtis de iur. cal. vſq. adeo, ꝙ nõ datur dilatio ad deliberandũ, vt in c. cũ cauſam, extra, eod. tit. nec à iudice remitti põt. Menoc. de arb. iud. li. 1. q. 20. n. 2. Ita vt ſi remittatur, proceſſus eſt nullus, Put. dec. 34. de iudi. & alias dec. 11. de penſ. Notandũ eſt inſup, ꝙ procurator actoris, ad rei inſtantia med.
17 iur. in ſui principalis animã procuratorio nomine nõ ſolũ poſitionibus, & artic. reſpondere tenetur. Rot. dec. 318. n. 1. de proc. in no. Put. dec. 294. li. 2. in fi. verũetiã tãquã teſtis ſe examinare, vt per Affl. dec. 92. eo. tit. per tot. Pariſ. conſ. 71. li. 4. ꝙ intelligerẽ ſuper his, de quib. procurator erat informatus antequã fuiſſet cõſtitutus procurator, l. ſi eũ, ff. de quæſto. & hoc ad euitandũ fraudẽ, quã principalis cõmittere poſſet: poſſet. n. illũ ad veritatẽ occultãdã procuratorẽ cõſtitue-
18 re. Aliter euenit de his, quorum notitiã habuit poſtquã eſt procura-
19 tor cõſtitutus: quia tũ nõ tenetur cauſę ſecreta reuelare, vt ꝑ Pereg. tit. de procur. & teſt. ꝙ procedit etiã in procuratore reuocato propter dolũ, vel fraudẽ pręſumptã, vt tenuit Rot. in vna Calaguritana iuris arrendan. coram Graſſo 1. Mart. 1574. Dec. l. 1. nu. 1. & ſeq.

Et cũ aliqua præmiſſerimus de procuratore cogendo ad ſe examinandũ, præmittenda erãt etiã aliqua de examine procuratoris reuocati, qui litẽ egit in cauſa, in qua ſe examinare vult, vel ad ſe exami-
20 nandũ inductus fuit. Et in hoc articulo cenſeo referendũ, ꝙ ſi procurator, qui aliquã litẽ fecerit pro ſuo principali, eamq. cõteſtatus fuerit, vel duxerit, in aliqua parte litis reuocetur, & poſtea in teſtem à reuocante producatur, non valet eius teſtimoniũ, quia præſumitur reuocatus ad eũ finem, vt in cauſa deponat, & ſic tanquã fraudolenter factum ab omni depoſitione excluditur, argu. l. creditor, §. Lucius ff. mandat. no. Ang. in l. ſi pater, ff. de his, quæ in fraud. cred. Quia ſubeſt eadem, vel maior ratio, quæ in conſtitutione c. Romana, de teſt. lib. 6 Rota dec. 126. in no. eo. tit. & alias dec. 381. n. 2. de teſtib. & ap pel. vbi. n. eſt eadem ratio, ibi eſt idem ius, l. à Titio, ff. de verb. oblig. Procurator. n. qui vult reſpondere poſitionibus nomine ſui principalis ad hoc, vt habeatur ratio ſuæ reſpõſionis, debet habere ſpecialiſſimũ mandatum ad reſpondendũ ſic & ſic, vt per Neuiz. in conſ. 7
21 n. 12. & 13. cum aliis ibi citatis, vide etiã gl. in c. ſi. de iur. iur. in 6. in ver. expreſſe. Poſitiones aũt, & articuli poſitiue, nõ autẽ interrogatiue fiunt. Etenim ſi interrogatiue fierent, nõ obligaretur in illis pars
22 reſpondere, vt per Maran. de ord. iud. in tit. depoſit. ſeu artic. prod. 6. n. 13. Antequã ex hac poſitionũ reſponſionũq. materia egrediar,
23 nonnulla alia cenſui referre. Notarij igitur, illorumq. ſubſtituti cõſulunt partib. & procuratorib. vt pro d. reſponſione obtinenda in exe-

quuti-

quutiuis cauſis monitorii præſcripti vigore agãt:ideoq. Notarii ipſi illud expediũt,&parti tradunt ſub forma ſuperius narrata. Ratio.n. ipſorum videtur ſatis fundata:quia ad hoc,vt quis habeatur pro conſeſſo in poſitis,requiritur,ꝙ ſit monitus,& iuſſus in faciem iudicis, vt reſpondeat, alias poſitiones non habentur pro cõfeſſis. tex.in c.2.de confeſſi,in 6.Cyn.& Doct.in l.2.§.ſed ſi actor.C.de iur.cal. Tamẽ ex cõiori ſtylo tam huius A.C.quã aliorũ Vrbis tribunalium, vſu receptũ eſt,ꝙ ſi cauſa principalis,de qua tractatur,eſt ſummaria, ſeu exequutiua, in ea vtroq.modo proceditur in articulis ab ea depẽdẽtibus Iaſ.in rubr.l.qui admitti ad poſſ.n.5.Atq.ita ſi cauſa ordinaria ſit, ordinarie etiã erit procedẽdũ in dependentibus ab ea,vt per Pet. Gherar.in ſing.23.1.p.n.2.&Bar.ibi citatum in extrau.ad reprimen.verſ. ſumm.in 2.col.Iaſ.in l.2.C.de edict.D.Adr.tol.vbi hoc pro regula affirmat. Vtroq.tamen caſu præmittenda erit citatio contra partẽ, ad dicendũ contra articulos facto datos, videndũq; illos ad probandum admitti in forma.Quæ admiſsio licet ab aliquibus cenſeatur neceſſaria,antequã pars aduerſa cogatur ad illis reſpondendum,cum poſsint eſſe impertinentes, & non admiſsibiles, ſuper quibus pars non tenetur reſpondere,ad no.in c.cum contingat de off.deleg. citat.per Rot. dec.394 n.2.de cau.poſ.&prop Fel.in c.in nomine,n.32. de teſt.His tamẽ non obſtan.Rota tenuit partẽ aduerſam teneri,&cogi poſſe ad illis reſpondendum,ſiue pertinentes, ſiue impertinentes ſint. Et hoc ſit cauſa abbreuiandi lites,vt in d.dec. 394.eo.tit.n.2. in no. & alias dec.641. de articulis, & reſponſionibus per tot.in antiq. Et propterea præmiſſa tantum citatione(ad dicendum cõtra) abſq.alia admiſſione putarem procedi poſſe ad vlteriora pro habenda reſpõſione. Quę reſponſio non eſt recipienda per verbum Neſcit,cum pars cogatur pręciſe reſpondere per verbum Credit, vel Non credit, vt per Rom.in ſing 688. verſ. ſi quis à iudice monitus. Imo audio, quod DD. de Rota non ſunt contenti reſponſione Non credit, vt ponitur ad effectum adquem ponitur,ſed requiritur, vt concipiatur ſub duabus negatiuis.ſ.Non credit,vt ponitur, neque ad effectum, ad quem ponitur,vt in vna Portuen.bonorum de Columna 13.Mar.1576.coram Seraphino,& in hac materia reſponſionum,& poſitionum vltra prædicta in facti contingentia rerum, ad Spe. in tit. de poſition. & ad Moder. Peruſin.dec. 8.lib.1.

De confeſſionibus procuratorum,& contẽtis in articulis per procuratorẽ datis,de quibus ſupra meminimus, non habetur multa ratio; quia procurator forſan non bene informatus, non poteſt fateri in præiudicium principalis. Pariſ.conſ.42.in fi.& conſ.45.n.22.lib.1. Quo procedit ſine difficultate, ſtante reuocatione harum cõfeſſionum per principalem abſentem, etiam aliter non docto de errore tanquam factam à non habente mandatum ad confitendum, iuxta

inue-

inueteratum ſtilũ DD.de Rota,de quo late per Fel.in c.1.n.3.ver.16
,, declaratio.vt lite nõ conteſtata.Notandũ tamen eſt, ꝙ licet talis cõ-
,, feſſio poſſit reuocari, nihilominus ſi eſt veriſimilis, iudex poteſt ſe in
,, ea fundare,non obſtãte illius reuocatione. Alciat.in l.2.§.fi.n.18.in
,, fin.ff.ſi cert.pet.Crau.de antiq.temp.n.224 p.1.Quando autem con-
feſſio facta in articulis pro parte acceptari, & pro parte impugnari
poſſit, Vide Corn.conſ.305.n.2.&4 verſ.non videtur conſtare, lib.4.
vbi habetur,quod ſi confeſſio eſt cõcepta ſub vno,& eodem verbo-
rum contextu vt patet ex illis verbis,nunquam ſoluerunt,neque vſi
ſunt ſoluere decimam fructuum,neque granorum,tunc debent aduer
ſarii huiuſmodi confeſſionem in totum acceptare, aut in totũ repro-
bare,l.publia,§.fin.n.1. verſ.aut continet vnum capitulum, ff.de lib.
leg.Bart.in l.quædam,§.nummularios,n.39.in ver.exemplum,ff.de e-
den.Beltrand.conſ.7.n.3.ver.quæ confeſſio.lib.1.
,, Ex productione autem,ſeu receptione litterarum inducitur cõfeſ-
,, ſio omniũ cõtentorũ in eis,etiam ſi in parte,& partib.productæ fuiſ-
,, ſent.l.filiusfamil.vbi Caſtr.&cæteri,ff.ad Maced.Pariſ.conſ.5.n.206.
,, vol.4. Ang &Iaſ.in l.1.§.editiones,ff.de eden.Bal.in l. quis teſtibus
,, C.de teſt.Innoc.in c.cum venerabilis,de except.quia procedens nõ
,, poteſt ꝓ parte eas approbare,&pro parte reprobare,Bar.in l.Aure-
,, lius,§.idẽ quæſijt,ff.de lib.leg.Rota dec.7.de reſtit.ſpol.in nou.Si au-
tem reſponſionẽ principalis extra vrbẽ degentis habere vis,præmit-
tenda erit citatio contra illius procuratorẽ(ad dicen.contra articu-
los facto datos,videndumq.ſubdelegare iudicem in partibus pro ha-
benda,&recipienda reſponſione dictarum poſitionum,& articulorũ
ad N in litteris,ſeu inſtrumento ſubdelegationis deſuper conficien.
includen.&quatenus opus ſit concordan.de iudice,&notario, alias
viden.per D.deputari ex officio, & inſtrumentum deſuper opportu-
nũ decerni &concedi ad p.d. Quo facto prænio iudicis decreto dan-
tur litteræ, ſeu inſtrumentum ſubdelegationis iudicis,pro recipien-
da reſponſione ad inſtar litterarũ remiſſorialiũ ſeu cõmiſſionis exa-
minis teſtium mutatis mutandis.Hæc ſatis ſint de poſitionib.&arti-
culis,illorũq.reſponſionibus,ac procuratorum confeſſionibus. Ad rẽ
24 in hoc capite propoſitam reuertor. Citationes in hiſce ordinariis
cauſis à viginti ducatis ſupra de ſtylo tribunalis perſonaliter fiunt.
Licet for anpoſſent pro validis ſuſtineri, quando alia citatio perſo-
nalis præceſſiſſet, vel ad eligendum domicilium,in quo citari vellet,
alias viden.decerni proceſſum per affixionem ad valuas Curiæ,&in
acie campi Floræ pars citata fuiſſet,ſi enim citatus domicilium eligit
citationes in electo domicilio fiunt,tutius tamen exiſtimo ad ſenten-
25 tiam,&alias ſimiles ſubſtantiales citationes,de quibus ſupra lib.1.
26 cap.49.meminimus perſonaliter exequi. Verificato monitorio ſup
negocio principali altero ex ſupraſcriptis modis facto, aut monito-
rium

rium fuit negatum, aut non. Primo caſu fit citatio (ad videndum inſtanti deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, abſolui eum ad effectum, &c. nec non concludendum, concludiq. videndum, & audiendum ſententiam diffinitiuam, & vidēdum reintegrari monitorium, ac decerni mandatum exequutiuum) & aliquãdo etiam additur iuxta rei, & perſonarum qualitatem (& in
17 ſubſidium ſe excommunicari ad p.d. vel per totam.) Secundo vero caſu eodem modo citatio fit, omiſſis tantum illis verbis, ad videndũ reintegrari monitorium, quia cum illud per negationem ſuſpenſum non fuerit, illius reintegratio, de ſtylo Curiæ neceſſaria nõ eſt. Secus tamen ſi fuerit negatum vt per Peregr. in vna Aegidiana Paroch. dec. 258. & in hunc euentum condemnatur reus in ſententia ad dandũ, & ſoluendum d. Cæſari Caualterio ſummam ſcutorum 500. &c & pro illis mandatum exequutiuum Iudex decernendum fore, & eſſe declarat. Si autem negatione monitoriorum ſuſpenſum eſt, ita formabis ſententiam (N. condemnandum fore, & eſſe ad ſoluendum D. Cæſari Caualterio, &c. & monitorium contra eum factum, & exequutum, & & in actis Notarij cauſæ reproductum reintegran. & mandatum exequutiuum pro dicta ſumma decernen. fore, & eſſe, &c.
28 Si autem poſt litis conteſtationem dominus principalis moriatur procurator dominus efficitur litis, & perſonam defuncti repræſentat non autem hæredis, gloſ. in l. ſi procurator §. fin. ff. de dol. male except. Caſſad. dec. 2. ſub nu. 4. de appellat. & propterea eo caſu ſententia nõ erit formanda contra procuratorē procuratorio nomine d. A. cũ iam ſit mortuus, ſed debet formari contra N. procuratorē q. B. defuncti tanquã dominum litis effectũ; prout declarat Bart. in l. nulla, in fi. C. de procurat. quod aliter eſſet faciēdum, ſi procurator repræſentaret perſonã hæredis. Et quomodo formetur contra mortuũ delinquē
29 tem, docet Mandettus in conſ. 90. vol. 1, Conditio ſententiæ, & ſeu decreti, quam ſuperius diximus, non apponitur reſpectu condemnationis, quæ vere ſimpliciter facta dicitur, ſed tantũ reſpectu exequu-
30 tionis: & conſequenter terminus ad appellandum, à die ſentētiæ latæ currit, vt inferius in tit. de exequtione rei iudicatæ explicabimus. Intellige tamen ſi citatio perſonaliter facta fuerit. ſed ſi domi, & eodē modo intimata, tunc decendium currit à die intimationis, vt per Fel. poſt Bald. in cap. quod ad conſultationem, col. 13. num. 33. verſic. conſidera duos caſus, de ſen. & re iud. Et quod ſufficiat, appellationem interponi à die ſcientiæ, ſi non conſtet de perſonali citatione, vide Rota in nouis deciſione 2. & 16. de dolo, & contum. & deciſ. 46. de appellat. in antiqu. Capic. dec. 139. col. 2. ver. ſecundus caſus. Et quamuis citatio domi dimiſſa copia minus legitima videatur præſertim in his ordinariis iudiciis, vt ſuperius retulimus, nec proſit in actibus præiudicialibus, & ſubſtantialibus, niſi in ſubſidium, quando

princi-

principalis,aut illius procurator haberi non poteſt c.cauſam,de dolo, &cont. Dec.conſ.460.n.3.not.Innoc.in c.ſignificantib.de teſtib. Rota in vna pecun.13.Mar.1595.çoram Penia,ex hoc tamen tenuta poſtea cõceſsa,nõ diceretur nulla,ſed potius iniuſta,& inualida,quæ potuit in iudicatum tranſire.l.1.in princ.ff. de appel. & in c.1.eo.tit. nulla autem diceretur,ſi nulla præceſſit citatio,vt in clem.paſtoralis de re iud.&ita dicit Bero.conſ.67.n.4. vol.3.&quoad hoc vide Vãt. de nullit.tit.in quib.mod.ſent.nul.repar.n.107.cit.per Burſat.cõſ.84. n.66.qui alios etiã allegat,& propterea ſæpius mihi contingit in facto,&ab aliis audiui,q̃de ſimili nullitate parua habetur ratio, &paſſim commiſſo ſanatoria d.nullitatis conceditur,a ſignat.Sanctiſs.Se-
cus tamen ſi nullitas eſſet ex defectu omiſſionis totalis citationis,vt
31 dixi.Appellatio in cauſis exequutiuis cũ cedula,&ſine cedula reci-
32 pitur.In ordinariis vero,&præſertim à diffinitiua,nõ niſi cum cedu-
33 la appellationis,alias ſententia tranſit in iudicatum,Corn.conſ.95.
col.1.vol 4. Marant.de ord. iud. in 6.par. n 127. & ſi appellans tunc
in promptu non habet cedulam, offert Notario ſe illam ſequẽti die
allaturum:qui ſe parti in hoc gratum præbendo ſolet eam recipere,
34 & ſub die illius interpoſitionis in actis annotare. Et licet regulari-
ter appellatio interponatur coram iudice a quo l.1.§.dies ff quando
appell.ſit,&§. biduum.2.q. & c.vt debitus de appellat. limitatur ta-
men,quando copia iudicis haberi non poteſt,quia tunc ſufficit corã
Notario,vel alia honeſta perſona appellare, Aegyd.dec.381.Gram-
35 mat.dec.36.n.37.Dec.in c.ſuggeſtum.n.4.de appellat.Et licet non-
nulli dubitauerit,an tunc neceſſaria ſit proteſtatio,vel alia diligentia quod iterũ redeatur pro inueniendo iudicẽ,nihilominus hæc quæſtio eſt deciſa per Caſſad.in dec.8.de appellat.vbi hunc articulum ſpecialiter diſputat; & ibi concludit,quod ſufficit quem ſemel feciſſe diligentiam,&iudicem repertum non fuiſſe,ita vt non teneatur amplius redire.Tunc enim appellans,cui fuerunt dati teſtimoniales,in forma habet annum ad committendum cauſam, Put.dec.5.de appellat.qui annus incipit currere ab eo tempore, quo veriſimiliter potuit cauſam committi, facere, vt per eundem Put. dec.11.eodem tit.(Cæterum cum plura de poſitionibus loquuti fuerimus,non erit inutile loqui de præparatorijs, & illorum differentia à poſitionibus, quæ eſt, quod qui interrogat nihil ponit affirmando, vel negando, ſed ſolum interrogat. Qui vero ponit, confitetur, vel negat, illud quod ponit,ita tradit Bartol.in c.de iureiuran.in Authent.in iſto iuramento.§ quod obſeruari n.19.Qui ea interrogationes appellat, quæ ex officio iudicis arte, & poſt litis conteſtationem fiunt, vt in l.1.ff. de interrogatorijs actionibus per totum. Quomodo autem pars cogatur ad illis reſpondendum, quoad poſitiones iam diximus, quo vero ad præparatoria vidi obſeruari, quod eadem præparatoria, quæ, vt pluri-

plurimum,ad præparandum futurum iudicium fiunt, dantur in actis præuia partis citatione ad dicen.contra,et illa per D.admitti,et poſt illorum receptionē,et admiſſionem,fit parti monitorium in quo com minatur pœna mã dati exequutiui,et etiam pœna pecuniaria ad illis ſingulariter ſingulis reſpondendum per verbum Credit,vel non credit. Huius quidem monitorii termino elapſo,iterum præmittitur alia citatio,ad illis reſpondendum iuxta formam monitorii,alias vidē dum ſe declarare incidiſse in pœnas in monitorio contentas,et pro illis decerni,et relaxari mandatum executiuum.Et relatione facta realis,et perſonalis exequutio contra eum decernitur,vt monitus tædio exequutionis reſpondere cogatur.Quam tamen exequutionem,nunquam vidi monitos expectare,ſed potius monitorio parere , et idem etiam refert Spec.in tit.de poſitionib.§.9.verſ. quod tacens.Et licet pàuca hæc infra dicen.ſuo aptiori loco ſcribi poterint, tamen ne forte obliuione prætermittantur non inutile antequam vlterius procedamus animaduertendum fore cenſui,ꝙ ſi filius voluerit in ius vocare parentes,prius a iudice veniam petat,vſque adeo,ꝙ ſi ea omittatur incurret pœnam traditam a Spec.tit.de pœna temere litigantium p.2.in Rubr.n.2 et ꝙ citatio non requiritur,dicit Maran.in p.6.de ordin.iud. num.8.de citatione,primo membro iudicii.

De aliquibus ad examen teſtium attinentibus. Cap. XIIII.

1 *Teſtes in tempore iurati quandocunque examinantur.*
2 *Quem terminum cauti procuratores parti aſsignari faciant,vt teſtes poſt aſsignatum terminum non examinentur.*
3 *Iudex de ſtylo mandat teſtes quandocunq.examinari.*
4 *Interpres iurat de fideliter interpretando.*
5 *In examine teſtium, quid facere debeat notarius ad euitandum partium præiudicium.*
6 *Publicatio teſtium impedit examen nouorum teſtium: ſecus ſi illorū copia habita non fuerit.*
Aliquando etiam examinantur,non obſtante publicatione.
7 *Quomodo ſaluentur teſtes nulliter recepti.*
8 *Teſtes ſenes, & valetudinarij,quandocunq.examinantur , & quare, & quamplura alia de iuramento teſtium.*

1 TEſtes in tpe iurati poſſunt quandocunq. etiam poſt lapſum terminum ad probandũ præfixũ examinari,vt per Caſtren.in l.nam & Seruius,§.ſi viuo Titio,per tot.ff.de negoc.geſt.ratio,quia probationis facultas non eſt anguſtianda.Rot.dec.465.n 3.in nou de teſti. & quia etiam cũ depoſitio teſtis ad diem iuramenti retrotrahatur,intra

tra terminum facta cẽſetur, vt per Veſtr.in tit.de remiſſ.ad parte s,et
2 illius proceſſ.nu.8.lib.6. Et ob id cauti procuratores curent aduerſæ parti præfigi terminum,nedum ad probandum, verum etiam probatum habendum per omne genu probationis,ac etiam examinandum et examinari faciendum teſtes exaduerſo, vt dicitur, inductos,et iuratos:qua præfixione ſtante, Notarius nequit teſtes poſt aſſignatum terminũ examinare,niſi de Iudicis expreſſo mandato:qui,ita omnibus tribunalibus Vrbis vigente conſuetudine,quandocunq. re inte-
3 gra teſtes,præſertim quando illos habet in promptu,examinari mandat,niſi forte eſſemus in vltimis audientiis,quia tunc in cauſis commiſſariis de more doctorum tribunalium, præſertim Rotæ nec articuli admittuntur,nec examinati teſtes publicantur,Aug.dec.penult.
4 lib.3.& reper. in verb.teſtes.n.13.Et quoniam in teſtibus examinandis,vt plurimum, interpres à partibus adhibetur, qui licet iuramentum prę̃ſtet de fideliter interpretando, attamen vltra interrogatoria quæ in ſcriptis dantur, alia complura inpertinentia ac forſan illicita
5 teſtibus facit; caueat Notarius, cui examen committitur, & qui in hoc iudicis delegati officium obit, nec alicui partium fiat iniuria,& examen ſcribis ſuis magis expertis recipiendam committat, præcipue quando vnicus tantum interpres pro vna parte interuenit. Et
6 licet regulariter, poſt didicita teſtificata ſuper iiſdem, & de directo contrariis,pars ad nouos teſtes examinandũ non admittatur, vt per Gomeſ.dec.28. Afflict.dec.216.n,1.(& magis late per Port.in cõcl. & reg.39.lib.1.per tot.) hoc tamen intelligendum eſt procedere, ſi conſtet partem copiam habuiſſe,vt per Pereg in vna Troiana tenimenti,& in tit.de teſt.ſecus ſi non habuerit,quoniam publicatio teſtium facta non cenſetur, quamuis petita ſit,& obtenta, niſi conſtet copiam cum effectu datam fuiſſe, vt dixi. Ad tollendam igitur propoſitam difficultatem inoleſcit ſtylus tribunalium Vrbis, præſertim Rotæ, & A. C. illorum exemplum, quod ſummarium appellatur, parti concedere: quo caſu non inducit publicationem, ita vt pars non poſſit vlteriusprocedere, Bald. no. per illum tex.in l. vltima ff. quemadmodum teſt.ape. ſequitur Dec. in authen. ſi quis in aliquo. in gloſ. 1. C. de eden. quando autem pars admittatur ad procedendum nouos teſtes poſt illorum publicatione, vide Alex. in conſil. 213.nu.17.lib. 2. & eundem Port. d. concluſ. 39. Vide ad hoc ampliationes,et limitationes tradit per Gabriel.concluſ.21.de teſtibus et quando teſtes poſſint examinari poſt illorum publicationem 5. deciſ. Put. 242. per totam, lib. 1. et quod per ſummarium illorum non inducitur publicatio, habetur per deciſ. Cæſar de Graſſ. 70. numero quarto de Teſtibus. Aduerte tamen quod in vltimis audientiis, in commiſſariis cauſis regulariter teſtes non publicantur, neque articuli admittuntur, vt ſupra dictum eſt.

Pars enim id cauilloſa,&animo cauſæ xep editionem differendi,& in nouas audientias reiiciendi petere videtur:& illi adeo imputandum eſt, qui in ſuis probationibus faciendis nimium ſe arctauerit. Quãdo autem teſtes, non obſtante illorum publicatione, recipiantur, vide Affiict.dec.33.nu.4. Menoch.de arbit.iud.lib.1.q.34.Put.dec.12. de Teſt.

7 Et antequã ab hac materia teſtium recedam, refero, quod ſępe ſæpius in Vrbis tribunalibus præſertim Rotę,& A.C. proceſſus de partibus producuntur, in quibus reperiuntur examinari teſtes a bſq. partis citatione, ad videndum iurare teſtes,&ideo dicuntur nulli recepti, vt per doct.in l.ſi quando C.de Teſtib.Affiict.dec.28.n.28.n.1. Et etiam ex aliis defectibus; ex quibus multæ expenſæ per partes litigantes fruſtra fiunt. Ob id prudentes procuratores, ad ſaluandum dicta teſtium, adeunt Signaturam iuſtitiæ, cui porrigunt commiſſionẽ; in qua petitur quod (attentato quod teſtes ſunt examinati cum interrogatoriis ſpecialiter datis) Iudex cauſæ adhibeant fidem teſtib. arbitrio ſuo: quæ præmiſſis narratis paſſim conceditur, cum clauſula arbitrio iudicis,& cum dicta commiſſione ſolent ſaluari dicta teſtiũ, vt dixi nulliter examinatorum, vt de tali obſeruantia, atteſtatur Verall.in vna Beneuentana terrarum, dec. 64. prope finem lib. 3. in manuſcript.

8 Rurſus in hoc examinis teſtium articulo vti quotidiano non videtur prætereundum, quod teſtes ſenes, & valetudinarii poſſunt quandocunq. etiam tempore feriato examinari,&ratio eſt quia periculum eſt in mora, vt poſt alios p Iaſ.in l.1.§.1.n.5.ff.de feriis, vbi enim periculum eſt in mora receditur à regulis ordinariis, Decius in cap. dilecta fin. verſ.& hoc de conſ.vtil. vel inutil. & quia ea quæ celeritatem deſiderant appellationem non admittunt, Specul.de appellat.§. in quibus, verſic. 8. Et licet de teſtibus eorum inductione, ac iuramento, atque examine, tam in Rom. Cur. quam extra eam faciendo; doctiſſime, & ſatis diffuſe ſcripſerit Veſtrius in eius praxi in c. 2. & cap. vlt. lib. 6. & in annotation. Grauatii ibidem de his hactenus. Hoc vnum tantum non videtur prætereundum, quod ſi ex aliqua iuſta cauſa Notarius cauſæ trãſmittitur ad teſtes extra locum iudicii, & ad partes exiſtentes examinandum, tunc præuia articulorum admiſſione præmittenda erit citatio ad videndum deſtinari notarium pro certa die aſſignanda pro dictis teſtibus examinandis, illique eorum iuramenta, & examen committi, & recipi in partibus ſingulis diebus, & horis,& dandum interrogatoria, ſi quæ &c. alias videtur mandari exminari ſine. Demum receptis prius per notarium iuramentis teſtium idem Notarius procedit ad illorum examen, quibus merita cauſæ iudex cognoſcit,& eam pro iuſtam decidit.

Et licet in proximo præcedenti cap. aliqua de iuramento teſtium meminimus, tamen pro maiori iuuenum intellectu, hæc quoque

viſa

viſa ſunt, quod ſcilicet teſtes debent prius iurare ante eorum teſtimonium, vt ſupra diximus ſecundum, Bald. in l. ius iurandi, & alios citatos per Rip. l. admonendi, ff. de iure iuran. ſub n. 195. & annotation. Grauat. ad Veſtr. in tit. de teſt. & illorum induct. ſub n. 36. vbi quod teſtes antequam teſtimonium perhibeant iurare teneatur, alias irrita erit illorum depoſitio, vt in d. l. ius iurandi per Rip. cum aliis ibi citatis, tamen cum hæc quęſtio ſatis ſit à dd. controuerſa dicentibus, vt ſatis ſufficiat, quod in continenti, & vnico contextu in acta examinis iuretur in quibus tunc videtur dari prius nec poſterius, vt per eundem Rip. in d. l. admonendi eod. titul. dicto n. 195. in verſ. pro deciſione, ſed cum hęc quæſtio ſit de apicibus iuris vlterius non progrediar; ſed tantum in hac A. C praxi atteſtandum eſſe cenſui, quod tale iuramentum præcedere conſueuit, ſaltim per diem ante illorum examen, vt iam diximus in d. prox. præceden. cap.

De proceſſu in cauſis ordinarijs a 200. ducat. ſupra. Cap. XV.

1 *In quo differāt cauſæ ordinariæ à ducētis ſuper à cauſis a 200. infra*
2 *Seruantur termini in cauſis à 200 ſupra, vt in beneficialibus.*
3 *Beneficiales cauſæ ſummariæ dicuntur.*
4 *In beneficialibus cauſis non eſt opus litis conteſtatione.*
5 *Termini ſubſtantiales in cauſis ordinarijs à 200. ſupra ſeruandis.*
6 *Hi termini ad vnius inſtantiam ſeruati, inſeruiunt etiam alteri.*
7 *Idem euenit in citatione ad ſententiam.*
8 *Cedula ſententiæ eſt per iudicem notario reipſa conſignanda.*
9 *Durante termini ſeruatione ad ſententiam procedi non poteſt.*
Aliqua de inualiditate ſententiæ ferendæ ad fauorem citari contra citationem.
10 *Sententia licet nulla ſit, ſi tamen æqua, non infirmatur.*
11 *An male captus ſit liberandus, vel potius confirmandus.*
12 *Reus condemnatus, ſi habet iuſtam cauſam litigandi, non cōdemnetur in expenſis. & plura alia de expen.*
13 *Iudex non condemnans in expenſis reum an cenſeatur abſoluiſſe.*

1 CVm inter cauſas à ducentis ſupra, vſque ad quamcunque ſūmā & à ducentis infra, de quibus modo tractauimus, nihil aliud interſit, quam ſeruatio terminorum ſubſtantialium, quos infra deſcripſi, quæ quidem ſeruatio terminorum in illis neceſſaria eſt, in his autem minime, breuibus me expediam; & verba facultatem A. C. referam, quibus cauetur, quod in his termini ſubſtantiales, vt in bene-
2 ficialibus ſeruentur. Et quia beneficiales cauſæ ſummariæ dicuntur, & breuiores eſſe debent, quam profanæ, Rotæ deciſ. 25. num. 3. de

3 appellat.in antiq. & in eis litis, conteſtatione non eſt opus, vt late
4 in præſenti lib. cap. 7. ſcripſimus merito ſolum infra deſcripti ter-
5 mini ſubſtantiales ſeruantur. Ad dicendum contra commiſſionem, ſi commiſſaria ſit cauſa, & libellandum ad primam diem, ad articulandum ad octauam diem dicendum contra articulos, procedendum omnia; & dicendum contra producta ad ſecundam diem, necnon declarandum, & iurandum de calumnia ad primam diem. De reliquis terminis, de quibus in formulario. Ad reſpondendum ſcilicet libello, & litem conteſtandum, verba non facio. Quorum quidem terminorum ſeruatio in cauſa ciuili, eſt vſque adeo neceſſaria, vt ſententia dicatur nulla, ſi illi non fuerint ſeruati, Rota in vna Rom. artis Ferrariæ coram Robuſter. 6. Iunij 1574. & in diuerſ. dec. 105. & in vna Anconitan. terrarum 4. Nouembris 1578. allegat Aegyd. decſ. 2. & 160. Caſſador. deciſ. 27. de Iudic. & 5. de reſcrip. nu. 7. Vant. de nullit. ex defectu proceſſ. num. 89. Nec poſſunt in totum ommitti, etiam quod Iudici fuerint data facultas procedendi, abſq. aliqua dilatione obſeruationis terminorum, Rot. deciſ. 2. de reſcript. in nouis, & 15 eodem titulo in antiq. Peregrin. deciſ. 24. Ant. Aug. deciſ. 230. lib 3. quos ſequuti fuerunt DD. de Rota, in vna Rom Vineæ, 30. Octobris 1595. coram R P. D. Millino. Et
6 aduerte, quod præſcripti termini ad inſtantiam vnius ex collitigan-
7 tibus ſeruati, alteri parti inſeruiũt. Et pari modo terminus ſeruatus in citatione ad ſententiam facta ad vnius partis inſtantiam, alteri ſeruit, & ſub illa Iudex contra citantem pronunciare poteſt, ea enim communis eſt. Et in hunc caſum Notarius ita terminum in citationis calce extendit. Comparuit N. principalis citra, &c. & petiit vt ſupra, ex tunc Dominus concluſit, & pronunciat, prout in cedula, quam racto legit, & mihi Notario dedit tenoris &c.
8 quam cedulam ſubſcriptam Iudex Notario reipſa tradere tenetur, alias nulla eſſet ſententia, iuxta tenorem Bullæ Pii Quarti ſuper reformatione tribunalium Vrbis. Et hic actus conſignationis cedulæ non ſcribitur tunc per Notarium, ſed ad diem ſeruati termini trahitur.

Et in hoc articulo ferendæ ſententiæ ad fauorem citari contra citantem tanquam ſatis quotidiano, hæc quoque pauca viſa ſunt referenda, præſertim cum à tot, tantiſque viris doctiſſimis, qui de praxi cauſas agendi ſcripſerunt, nullum de his ſermonem fecerint, vt puta præſuppoſita pro veriſſima iuris concluſione, quod ſi iudex fert ſententiam, nec aliter appareat, quod lata ſit parte petente, ea nulla eſt ipſo iure, ſecundum Bar. & alios in l. vnica, C. vt quæ deſ. aduoc. Angel. & Imol. in l. de vnoquoque in princ. ff. de re iud quos citat Iaſ. in l. properandum, §. & ſi quidem, nu. 5. & ſeq. C. de iudiciis, tamen illorum

dif-

diſpoſitio limitatur quando ſententia fertur, & in proceſſu apparet de petitione actoris, in cuius fauorem lata eſt ſententia, quæ petitio in qualibet parte Iudicij ſemper durat, & citatus ſemper comparuit in cauſa vſq. ad illius concluſionem, licet tempore prolatæ ſententiæ non appareat, quod citatus fuerit præſens, nihilominus habetur pro præſente, vt per Caſtren. in l. 1. in §. item cum ex dicto in fin. ff quādo ſententia ſine appellatione reſcindūtur. quæ partis præſentia equipollet citationi, & ſatis dicitur petitum, tam ex parte actoris, quam ex parte rei, quando iudex ad ſententiam procedit, Alex in l. dubitandū in rubr. n. 12. C. quæ deſ. aduo. Et quod citatus ſi non comparuerit nō propterea habetur pro abſente, teſtatur Iaſ. in d. l. properandum. n. 6. verſ. 4. limita, eod. tit. vbi limitat niſi altera pars comparens, & illius contumaciam expreſſe accuſet, vt ibi, propterea ne notarij errent, & ſecum iudicem, & partes errare faciant admonendos fore cenſui, quod in facti contingentia in extenſione termini pro ſeruato habiti ad ſententiam, & regeſtrorum, ſiue extractuum ſcriptores in illorum confectione abſtineant apponere illa verba ſolita, ſcilicet in contumaciam citari non comparentis, illiuſq. contumacia accuſata, quoniam eorum curia ſententia vitio nullitatis ſubiacebit, & partes in perpetuis litigiis, & expenſis defatigarentur, & quod communis practica fuerit, & ſit, quod iudices paſſim cum termino præſcripto, habito ad ſententiam in citatione exequuta, & re producta contra citatū ad inſtantiam citantis ſub eod. termino. & citatione fuerunt ſententiam contra ipſum citantem; fundatur primo, quia reproducta ipſa citatione eſt effecta de actis. cap. quoniam contra extra de probat. glo. in c. prudentiam de offic. deleg. Socin. in reg. 73. de reg. iuris, & conſequenter citatio communis efficitur, vſque adeo, quod vtrique parti inſeruit, prout ſunt communia omnia alia acta, Caſtren. in l. ſi quis ex argentarijs num. 3. ff. de eden. Dec. in l. 2. num. 26. C. de edendo: ratio quia citatus ad eundem actum, & terminum videtur citatus à iure abſque alia citatione, vt in ſpecie per Mar. Socin. de citatio. art. 27. quæſt. 6. principali, verſic. item dicit Gloſſ. ſequitur, & comprobat Nicell. de Concord. gloſ. concord. 52. num. 338. verſic. Quæro mihi, Tomo 1. Redeundo igitur ad relatum propoſitum obſeruationis terminorum à quo aliqualiter tranſgreſſi ſumus, dicendum puto, quod in terminorum ſubſtantialium ſeruatione plures procuratores, & notarios decipi: nam durante termino ad articulandum citant partem ad ſententiam, idque a iure diſſonum eſſe videtur, quia durant dilatione officium iudicis quieſcit, vt in dicta l. ſiue pars. Verum, ex quo vigore facultatum reiterantur ſub vnica citatione, & a die introductionis cauſę, vſque ad diem latæ ſententiæ interceſſerunt tot audientiæ, vt potuerint ſeruari, licet nulliter, & inculcate ſeruari fuerint, per reitera-

tionem ſanantur huiuſmodi defectus, vt in vna Auximan. Dotis corã Seraphino 5. Maij 1581. & de l. ſiue pars non fuit habita ratio. Amplius exiſtimo, quod ſi pendente dilatione eiuſmodi ad aliorum ſeruationem terminorum procederetur, haberent locum facultates reiterandi, & ſanandi nullitates, habes quando terminorum ſubſtantialium ſeruatio per aſſertũ procuratorem facta eſt, dummodo in ipſius reiterationis actu verus ſit procurator, Caſſad. dec. 8. in fin. de reſcript. Achill. dec. 1. de term. Cæterum ſupraſcripti termini in prima ſeruatur inſtantia, qui autem in ſuccedaneis ſeruentur inſtantiis, hic à me non ponuntur: cum diffuſe illos in formulario terminorum videre liceat. Rurſus in hoc articulo ſeruationis terminorum ſubſtantialiũ, non eſt ſilentio relinquendum, quod termini ſupradicti non poſſunt in totum emitti, etiam, quod iudici fuerit data facultas procedendi, abſq. aliqua dilatione obſeruationis terminorum, Rota dec. 2. de reſcript in nouis, & 15. eod. tit. in antiq. Pereg. dec. 24. Anton. Auguſt. dec. 230. lib 3. in Epit. de Iudic. §. 4. quos ſequuti fuerunt moderni de Rota in vna Roman. Vineæ, 30. Octobr. 1695. coram Millino tunc
10 Rotæ Auditore. Vbi autem diceretur de nullitate ſententiæ, licet illa appareat nulla, tamen ſi ſit æqua, non debet infirmari, vt per Alexan. conſ 73 n. 10. vol. 6. Put. de ſentent. & re iudic. dec. 15. Et quod dicitur de ſententia, idem erit dicendum quoad indebitam carcerationem, vt puta ſi captura fuerit nulla: ſi tamen conſtat de debito, non debet captus relaxari, ſed retineri: quod atteſtatur Neguſ. in tract. de pign. in 2. memb. 3. par. n. 23. in fin. immo ſuſtinetur, etiam ſi talis nullitas ex defectu citationis procederet. Quod dicit eſſe notandum, quia in practica frequenter poteſt contingere, & forsã non inueniẽs ita plene examinatum. Intellige tamen, niſi ſententia, de cuius nullitate apparet, fuerit ſpoliatiua, & executa, vt per Rota coram Chiſanen. dec. 172. & nouiſſ. in vna Romana fideicom. dd. de Alexiis, de menſe Iunij anni 1590. corã Penia. Vbi habetur, ꝙ ſpoliatus vigore sẽtiæ iniuſtæ ex eiſdẽ actis ſolet reſtitui, vt ẽt ſolent reſtitui ſpoliatus à iudice nulliter, vel iniuſte procedẽte. Innoc. in cap. ex inſinuatione Verb. reſt. de procurator. Abb in c. conquærente, nu. 8. de reſt. ſpoliator. Felin. in cap. dilectus, colum. 1 de reſcript. Aym. conſil. 18. nu 8. & conſ. 140. nu. 2 Menoch. de recup. rem. 8. 9. & 10. quos ſequuti fuerũt DD. de Rota, vt in dicta Romana fideicomm. de Alexiis. Vlterius ad hæc, quæ dicta ſunt de nullitate capturæ, addo deciſ. factam in cauſa Rom. Salis coram Cantuccio in impreſſ. lib. 2. 123. in qua fuit reſolutum, quod ſtante nullitate mandati ex defectu citationis, quod Fauſtinus ſit relaxandus, quia nulliter, vel iniuſte captus, eſt ante omnia relaxandus. Nam iudex dicitur vim inferre eumq. propria libertate ſpoliare, & propterea debet ante omnia reſtitui; & ſtante nullitate, vel iniuſtitia prædictæ capturæ, non poteſt pro alio etiam vero confirmari

firmari, vel recommendari ex doct. Bart. q. 6. incipien. Lapus fuit captus, & in ſolut. circa med. verſ. ſi vero talis violentia, & captura nonnulla non iuſtificatur ex ſuperuenienti probatione, ex alleg. in dicta deciſ. & quod nulliter carceratus ſit in priſtinus reſtituendus, teſtatur Port. in concluſ. 44. in 4 ampliatione, vbi etiam atteſtatur, quod idem procedit in nulliter excõicato. Affl. dec. 395. n. 5. omnio vidẽdus, loquitur in vtroque caſu. Bene verum eſt, vt dicit Paul. de Ca-
11 ſtr. in conſ. 113. in fin. lib. 1. qui alios allegat. Quod ſi captura, & carceratio eſſet nulla, etiam ex defectu citationis, cum vere conſtaret de debito, vel per confeſsionẽ carceratis, vel alio modo, tunc debet ſuſtineri, nec eſſet locus illius relaxationi, vt ibi. Quod quidem ad euitandam contrarietatem vtriuſq. iuris intelligendum eſſe arbitror, vt in facti contingentia in hoc tribunali A.C. vidi, & audiui practicari, vt ſcilicet non iuſtificetur captura ex nouis probationibus faciendis poſt relaxationem mandati, ſecus ſi ante, vel tempore relaxationis, & carcerationis vere conſtaret de debito, & defectus tantum eſſet in illo actu citationis, & in hoc caſu puto quod procedat dicta dec. vt per Neguſ ſuperius allegati, & ad tradita per Burſat. conſil 74. n. 167 Et quod ſententia nulla ſi tamen æqua ſit, non ſit infirmanda, ſed confirmanda, vbi de iuſtitia illius conſtet, Rot. dec. 7. de re iudic. in antiq. quæ tamen concluſio non ita procedit parte opponente, vt pluries fuit reſolutum in Rota, & ſignanter in vna Patauina decimarum 4. Iul. 1576. coram de Graſsis, & in vna Vercellen. ſpolii 5. Maij 1586 coram Platto, tunc Rotæ Auditore, & in vna Peruſina nullitatis exequutionis 26. Martij 1593. coram Penia, & in vna Eſina reſt. dotis, die Lunę 13. Martii 1600. coram Litta, vbi prædictæ deciſiones allegantur. Nec ſilentio petranſiuero, quod licet condemnatus, tam in preſcripto, quam aliis quibuſcunq. iudiciis, iniuſtam à principio litigãdi cauſam habuerit, & conſequenter in expenſis condemnari non debuerit, vt per Lanfranc. in cap. quoniam in verb. expenſæ n. 5. de probat. Guid. Pap. quæſt. 436. n. 65. Rebuf. in conſt. gall. in tract. de expen. n. 3. lib. 3. Alex. conſ. 37. in fin. lib. 2 & conſ. 115. col. fin. circa med. lib. 4 cauſæ autem probabiles enumerantur per Bald. in authen. generaliter. 3. & 4. colum. C. de Epiſc. & cleric. ſi poſt viſionem iuriũ partis producentis reus adhuc pręſtitit in lite, & voluerit vlterius procedere, condemnandus eſt in expenſis, etiam pro eo tempore, quo fuit in bona fide, vt per Bart. in l. edita. C. de edend. nũ. 31. verſ. ſed in vtro
12 que modo. Sequitur Roman in ſing. 396. incipien. Alia ſero. Amplius refero, quod licet iudex diffinitiue pronuncians, & in expenſis non condemnans cenſeatur partẽ abſoluiſſe, vt in l. terminata, C. de fruct. & lit. expen. Afflict. dec. 242. n. 2. contrarium tamẽ alias tenuit Rota ex infra dicendis. Nam ſi iudex primæ inſtantiæ omiſerit condemnationem expenſarum, non propterea victum abſoluit: quia ommiſſa

N 4 in

in prima videtur omiſſa ex cauſa obliuionis, Put. dec. 246. li. 2. per tot vſque adeo, ꝙ ſi poſtea iudex cauſæ appellationis confirmãdo primã ſententiam dicat victum in expenſis in cauſa factis condemnamus, nec dicat coram nobis legitime factis, intelligitur de expenſis, tam primæ, quã ſecũdę inſtãtiæ, ita vt fuit dictũ in vna Cæſarauguſtana liquidation. corã Pighino, 6. Mar. 1548. ad dec. vero Put. puto reſpõderi poſſe, quod non ita procederet, quando victus habuiſſet iuſtam causã litẽ proſequendi; quia tunc excuſaretur ab expenſis, vt per Cagnol. in reg. qui in alterius n. 25 de regul. iuris; qui atteſtatur de cõi. Iaſ. in l properãdũ §. ſin autẽ, n. 3. C. de iudicijs. Intellige tamẽ vt per Iaſ. ibi. n. 8. Et in hoc quotidiano articulo, hæc pauca viſa ſunt addẽda, quod ſi expenſę veniunt iure actionis, & iudex in ſententia omittat illarũ condemnationẽ, nihilominus poſt latam ſententiã peti poſſunt iure actionis, ſeus autem ſi offic o iudicis Iaſ. in §. action. n. 52. in tit. de actionibus. Vſq. adeo, quod illa taxatio expenſarum eſt cõdemnatio expenſarum condemnationis, Bald. in l. 3. n. 6 verſ. modo quæro C. de fruct. & li. expen.

De monitorijs per edictum & illõrum exequutione. Cap. XVI.

1 *A.C eius ordinaria auctoritate cõcedit monitoria per edictũ, & quã.*
2 *Et pro exequutione litterarum Apoſt. & aliorum quæ hic ſingulariter referuntur.*
3 *Et in his, quibus eſt iudex ſpecialiter deputatus.*
4 *Dantur hæc monitoria, conſtito ſummarie, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu.*
5 *Quomodo hæc monitoria exequantur.*
6 *Terminus ad comparendum ab vltima exequutione computatus.*
7 *Terminus huiuſmodi debet eſſe competens, alias citatum non arctat.*
8 *Tempore vacationum generalium monitoria illa in curia per edictum intimantur.*
9 *Citatio nulla, ſeu inualida nullum producit effectum: nec citatum in mora conſtituit.*
10 *Citatio nulla conualidatur per comparitionem citati.*
11 *Citatio nimis generalis contra filios, & heredes, nõ nominando illos proprijs nominibus eſt inualida.*
Et quando talis citatio valida ſit.
12 *Lis quando dicatur.*
13 *Copia citationis debet offerri per citãtẽ citatis aliàs nulla eſt citatio*
Et quando ſufficiat, quod offeratur, & quare.
14 *Modo procedendi contra vagabundum pro debito contracto.*
Et quis dicatur vagabundus.

Monito-

1 MOnitoria per edictum publicum non conceduntur, niſi in caſu, quo principalis citandus latitat; vel quando non permittitur, vt citatio ad ipſum perueniat; vel quando non poteſt accedi ad locū citandi, vt per Rota dec. 751. eodem titulo in antiquis. Et licet de iure concedi nequeant, niſi vigore ſpecialis reſcripti, quod paſſim tanquam optima, & æque prouiſio concedi ſolet, & debet, vt in clem. 1. de iud. tamen A.C. conſueuit illa concedere ordinaria ſua auctoritate & paſſim concedit in cauſis, quæ in curia cognoſcendæ ſunt; item in
2 exequutionem litterarum Apoſtolicarum ſub plumbo, vel in forma breuis expeditarum, ac executorialium Rotæ, ac etiam ratione mutui, vel alterius debiti contracti in curia, ac etiam pecuniarum in eadem curia expoſitarum, nec non ſalarii, ſeu mercedis procuratorum deſeruitæ in curia, etiam contra laicos, & non ſubditos Eccleſiaſticæ iuriſdict. Io. Paul dec. 19. Put. dec. 4. de offic. ordin. & alia Io. Paul. de-
3 ciſ. 92. in cauſa Vlixbonen. pecuniaria, de foro competen. & in ſumma in pluribus aliis, quibus non obſtant Concilii Tridentini decreta. Præterea cōcedit in cauſis, in quibus à Papa ſpeciali reſcripto eſt deputatus. Hæc monitoria concedi ſolent in locis alienæ, & aliquan-
4 do etiam Eccleſiaſticæ ditioni mediate ſubiectis. Dantur conſtito ſummarie, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu. Formulas illorum, vti notas, & inſtrumentorum, ac expeditionum formulario extenſas hic apponere neglexi. Hoc dumtaxat de illorū exequutione dicam, cum ibi non exprimatur certa forma. Exequuntur, & inti-
5 mantur per affixionem ad valuas duarum Eccleſiarum Cathedraliū magis propinquarum iuriſdictioni, ſub qua monendus degit. Exempli cauſa, ſi in Hiſpaniarum Regnis tutus non patet acceſſus, ad aliquod breue, ſeu litteras intimandum, monitorium intimatur, & affigitur valuis Eccleſiarum Ianuen. & Sauonen. tanquam ciuitatibus propinquioribus Regnis illis, quæ extra illarum iuriſdictionem ſunt, & tutioribus pro hac intimatione facienda. Et affigitur in portis prædictis originale monitorium, & publice legitur, & (*Ipſummet originale*) ibi aliquandiu dimittitur, & ſubinde amouetur, dimiſſa illius vice copia cum originali concordante; de quibus omnibus precisam Notarius fidem facit, vt per Caſſad. deciſ. 1. de dolo, & contumacia, Puteus deciſ. 3. eodem titulo. Eſt enim facienda in locis vicinioribus, vt per eundem Caſſador. deciſ. 5. eodem titulo, & q affixio, & publicatio ſufficiat, licet de lectione nihil dicatur, idē Caſſad. d. dec. 4. eo. tit. Io. Paul. dec. 17. Legitur quoq. affigitur, & publicatur in curia in duob. locis, videlicet in litterarum contradictarū & ad valuas Baſilicæ Principis Apoſt. vel Audientiæ cauſarum Palatii Apoſt. & de his citationibus quæ fiunt per edictum, vide late per Bart. in tract. ſuper conſtit. ad reprim. in §. per edictū in addit. & magis late per Maran. in 6. p. de ord. iud. n. 82. de citat. 1. memb. iudicii,

vbi referuntur plures caſus in quibus fit citatio per edictum. Terminus autem,qui in monitorio,ſeu citatione reo ad comparen. aſſignatur, incipit a die vltimæ intimationis currere.Et ideo prouidi procuratores, antequam monitorium in partibus exequendum mittant, in curia intimari faciant, ne cogãtur tantum temporis ſpatium poſt in-
7 timationem de partibus expectare.Terminus autem,qui ad cõparendũ præfigitur, debet eſſe competens cõſiderata loci diſtantia,ſeu lõginquitate,alias nulla eſſet citatio:Creſc.dec.71.& monitum ad comparendum non arctaret, etiam poſt breuem illum terminũ:quia citatio a principio fuit temeraria,Caſſad.dec.6,eod.tit.in tantum,ꝙ proceſſus factus per contradictas,ſeu edictum publicum pendente debito termino veniendi ad curiam,eſt nullus,Rot.dec.74.de prob.in antiq. vt per Nic. Grauat.in annot.ad Veſtr.li.4 c.2.n 5. in ver.citatio, Rol.conſ.39.lib.1.n.27 Tempore Sedis vacantis,& vacationũ gene
8 raliũ, quæ quotannis indicuntur a Kal.mẽſis Iulii, vſq. ad Kal Octob. ceſſat aud.entia litterarum contradictarum,& monitoria hęc per edictum,non a notario contradictarum, ſed a Curſoribus per edictũ publicum in valuis Cancel. Apoſt. & in acie Campi Floræ publicantur, vt per eundem Caſſad.dec 28. in reg.Si autem contra citatos per ſimile edictum cenſuras obtinere vis, ſeruatis proceſſibus ad illarũ ful-
9 minationem inſtabis.Aduerte tamen, ꝙ licet ex præmiſſis citatio nulla dicatur,in tantum ꝙ nullum producit effectum, nec citatum in mo
10 ora,ſeu contumaciam conſtituit,vt per Affl.dec.366. in fi.tamen cõualidatur per cõparitionem citati, præſertim in caſu, quo citatio fiat ad effectuũ inducendi ſcientiam,vt per Fel.in c.illud in 4.col. de præſcr. Alex.conſ.123. n.10 Burſat.conſ.74.poſt n.71.in 1.p. Neuiz.conſ.70. per tot.qui plures rationes, deciſioneſq. ad præſentem caſum ponit, ad quem pro eorum intellectu recurre. Antequã egrediar ad hac materia citationum,& ad grauiora procedam,nõ omittam referre, quod retroactis diebus prę manibus habui monitorium extra curiam abA. C.relaxatum contra filios, & hęredes q.d.N abſq.nominũ expreſſione,de cuius validitate interrogatus reſpondi, ꝙ contra ſimilia monitoria,ſeu citationes meminerã vidiſſe Rotales deciſiones,quibus dã-
11 nantur ſimiles citationes ratione incertitudinis: quia citatio, ad hoc vt afficiat,debet eſſe certa, vt per Rom.conſ.360.n.3. Tamen DD.de Rota alias in vna Romana pecuniaria coram Achille tenuerunt valere citationem,per quam citantur filii, & hæredes N.abſq. alią nomi-
12 nũ expreſſione.Quia licet ea ſit incerta,tñ de facili poteſt certificari & expreſſum dicitur,ꝙ ſequitur ex verb.expreſſis.Pariſ cõſ.67.n.167 vol.1.Abb conſ.44.n. 3 lib.1. Bal.in l.ad probationem,C.de prob.Intellige tamen, ſi perſonaliter exequuta fuerit;ſecus tamen,ſi ea fuerit per edictũ exequuta Put dec.1.de dolo,& contu.& dec.6.de iud.Nec ſilere volui materiã harum citationum,tanquã in Vrbis tribunalibus
quo-

quotidianam. Quod ſi citatio, de qua ſupra meminimus, fuerit per e-
dictum exequuta vigore commiſsionis, cũ clauſula conſtito de nõ tu
to acceſſu, licet non tutus acceſſus plene probatus non fuerit, & de-
cretum iudicis fuerit minus iuſtificatũ, tamen vigore talis citationis
decretæ, & exequutæ dicitur lis pẽdere, & reſpectu actoris dicitur ſe-
ſe lis introducta; ita vt ſi contra talẽ citationem attentauerit, poterit
per viã attentati reuocari. Nã hoc caſu per cõmiſſionem impetratã,
& citationem exequutam dicitur lis pendere, Clem. 2. vt lit. pend. Ro
tã dec. 246 in antiq. Caputaq. in vna Taurinen. præpoſituræ 17. Apr.
1554. Verum quia pluries dubitatũ fuit de inualiditate executionis
quæ fit citatio abſq dimiſſione copiæ, in hoc erit diſtinguẽdũ. Aut ſu-
mus in prima, aut alia citatione, ſeu litteris exequutorialib. quæ inti
mantur. Primo caſu ad hoc, vt valeat citatio, debet per citantem oſ-
ferri copia citato, etiã ſi non petatur. & ſi illam voluerit, debet dari
13 ſumptibus citantis. Secundo vero caſu non eſt neceſſaria in illorum
intimatione oblatio d. copiæ: & ſi petatur, debet dari non ſumptibus
mandantis citati, ſed illius, cui intimatur. Et ratio, quia prima citatio
denotat cauſam, & continet negocium, ſuper quo actor litigari intẽ-
dit: ideo vt reus ſit certus de lite; debet ei offerri, & dari copia ſumpti
bus citantis, vt ſupra dictũ eſt. Quæ ratio non militat in exequutoria-
libus, & aliis ſuccedaneis citationibus, cum iam citatus ſit certus de
14 lite, vt per clem. ad cauſam. de elect. Et hic cũ plura dixerimus de mo
do procedendi ad inſtantiã creditoris contra debitorẽ abſentem ra-
tione contractus, ſeu quaſi, ac de citationibus, & intimationibus con
tra eũ exequendis, remanet in hoc referendus modus procedendi cõ-
tra vagabundũ debitorem pro debito in Vrbe contracto, qui nullibi
reperitur, nec certã domum, ſeu domiciliũ, neq. aliqua bona mobilia
habet. In quo videtur dicendum: aut talis debitor citandus erit notus
curſoribus, aut non. Primo caſu præmittendæ ſunt debitæ diligentiæ
de eum reperiendo per Vrbẽ, & loca publica ad effectũ ipſum citãdi,
ſeu monendi, prout in citatione, ſeu monitorio, primo per vnũ, & de-
inde per duos curſores: quibus diligentiis præmiſſis, decernitur pro-
ceſſus per affixionẽ ad valuas Curiæ, & in acie Campi Floræ, quæ ci-
tatio, ſeu monitio perinde arctat, ac ſi perſonaliter facta foret. vt per
Alex. in l. pleriq. col. 2. ff. de in ius voc. Secundo vero caſu iudex man-
dat eum citari per proclama ſeu edictum publicum, aut per audien-
tiam publicam litterarum contradictarum, iuxta temporum qualita-
tẽ, vt per Bald. in l. accuſatoribus, col. fi. in prin. C. de accuſ. cũ ſimil.
& in l. perfectius, C. de annali except. ſub n. 4. Maran. in p. 6. de ordi.
iud. n. 83. de citat. 1. memb. iud. & per Clar. in prax. crim §. fin. q. 31.
verſ. ſed quid ſi reus. Si vero debitor prædictus bona in Vrbe mobilia
vel immobilia habeat, tũc procedendum erit ſeruata forma, quam ſu-
perius poſuimus in c. 52. lib. 1. Ille autem dicitur vagabũdus, qui cer-

tam

tam habitationẽ non habet, & qui per mundum vagatur, vt per Bar. in l.dies caution.§.præter.n.1 & 4.ff.de damn.infect. Amplius ad hũc prox. relatũ articulũ citatorij edicti redeũdo, a quo aliqualiter trãſgreſſi fuimus vltra præmiſſa erit etiam præmittendum, ꝙ licet in hoc praxis libello, plura alia de modo intimandi, & exequendi has monitoriales litteras referre potuerimus, tamen cum hæc materia ſatis abũde, ac doctiſsime ſcripta fuerit per Veſtr in 4.lib.de exequut.citat.ad partes decretæ per edictum in c.2.n.4 cum ſeq.& in toto vltimo capitulo octaui libri de exequutione rei iudicatæ, ac expenſarum taxatione, & fructuum liquidatione. Ideo in facti contingentia pro eorum intellectu ibi recurre, & ne arroganter videar alienos mihi vendicare labores circa præmiſſa iam dicta ſufficiant.

De iudicio exhibitionis. Cap. XVIII.

1 *Contra quem intentatur hoc iudicium.*
2 *Quod monitorium in hoc iudicio fit.*
3 *Elapſo triduo monitorij, quæ citatio fiat.*
4 *Negato monitorio debet verificari rem, cuius exhibitio petitur, penes reum conuentum extare.*
5 *Facta hac verificatione, quæ citatio fit.*
6 *Hoc iudicium ſummarium eſt.*
7 *In hoc iudicio termini ſubſtantiales non ſeruantur.*
8 *Ad hoc decreto appellatur, & quare.*
9 *Quilibet adminiſtrator tenetur librum exhibere.*
10 *Adminiſtrator etiam irrequiſitus tenetur librum exhibere.*
11 *Ab adminiſtratore, qui librũ rationis non exhibet, non dicitur reddita ratio.*
12 *Contra adminiſtratorem non exhibentem librum rationis, tãquam doloſus datur iuramentum in litem.*
13 *Citatio ad videndum taxari, & ad ſententiam.*
14 *Effectus ſententiæ.*
15 *Forma ſententiæ in hoc iudicio ferenda.*
16 *Actor non tenetur exhibere iura, & inſtrumenta ſi illa non habet. Et quando requiratur probatio amiſsionis.*
17 *Actor non poteſt ſumere arma de domo rei.*
18 *Et quomodo id procedat.*
19 *Vnuſquiſque tenetur edere iura penes ſe exiſtentia.*

1 EXhibitionis iudicium, ꝙ in tribunali remota etiam appellatione datur, ſiue cõtra tertium, penes quem reperitur depoſitata aliqua cedula obligationis, inſtrumẽtum, aliaue ſcriptura, ſeu etiam a-
2 liqua bona, aut iocalia, introducitur, & contra illum fit monitorium,

vt

3 vt infra triduum exhibeat in actis notarii. Lapſo hoc triduo, citatur reus, ad exhibendum in actis notarii ſcripturas iuxta formam monitorii, alias videndum contra eum decerni, & relaxari mandatum e-
4 xequutiuum. Si reus ſe aliquid habere negauerit, incumbit agenti probare ad ſuam verificandum petitionem, ſeu intentionem, ſaltem de tempore facti monitorii, aut introducti iudicii, reum habuiſſe, ſeu habere rem, ſeu ſcripturam, cuius exhibitio petitur. Rota in vna
5 Romana computorum, coram Orano, die 7. Februarii 1596. Non deſunt enim cauilloſi aliqui qui in partis, & iudicii fraudem ſtatim facto monitorio, aut citatione rem petita penes aliquem dimittunt, & ſic non habere aſſerunt. Nec ſequuta verificatione, citatur interim
6 reus, ſeu monitus, ad exhibendum, alias videndum contra ipſum decerni, & relaxari mandatum. Quod iudex viſis teſtibus relaxat, niſi ad primam diem cum intimatione. Et quoniam iudicium hoc eſt ſummarium, & datur iſta actio ad exhibendum, ad effectum recognoſcendi, vel ſe iuuandi aliqua ſcriptura ad præparationẽ alterius prin-
7 cipalis iudicii nulli in eo ſeruantur termini ſubſtantiales, nec aliqua
8 proceſſus ſolemnitas requiritur. A decreto antedicto non appellatur, ſecundum Modernum Contardum ad l. vnicā, C. ſi de moment. poſſeſſ. limit. 14. in tit. ad exhibendum n. 20. ſed ſtatim exequutio cõmittitur: quia iudicium hoc exhibitionis ſemper tendit, vel ad alterius principalis iudicii præparationem, vt dixi, vel certe ad probationes proponendas. Et ita vidi pluries in contradictorio iudicio practicari, & decidi. Accidit etiam quod nonnunquam hoc exhibitionis iudicium principaliter intentatur contra reum conuentum pro exhibitione rei petitæ, vel pro exhibitione librorum rationis adminiſtrationis alienarum rerum per alterum geſtę, & tunc modo infra dicen-
9 do procedendum erit. Nam quilibet adminiſtrator tenetur exhibere librum rationis adminiſtrationis per eum geſtæ, l. rationes. C. de adminiſtrat. tut. Pariſ. conſ. 96. lib. 1. nu. 1. & 2. late Rol. a Vall. conſ. 49.
10 lib. 1. nu. 2. etiam irrequiſitus, atteſtatur Soci. conſ. 62. col. 4. in prin. vol. 4. Plot. in eius tract. de in lit. iuran. § 5. n. 26. Et tenetur talis adminiſtrator libros, in quibus data, & accepta contineantur, conficere, & omnes actus ſuæ adminiſtrationis oſtendere, & parti exhibere, ac in-
11 ſtrumēta, res, & bona, & reliqua reſtituere, alioquin non dicitur reddita ratio, ſed dicitur eſſe in dolo, vt per eundē Rol. d. conſ. 49. Soci.
12 conſ. 24. Viſis, col. 12. ver. & ideo cū, vol. 1. & ſi actor ſuum intereſſe aliunde probare nequiuerit contra eum tanquam præſumptiue dolosum pro intereſſe partis paſſæ dandum eſt illi iuramentum in litem, Bar. con. 150, Iaſ. conſ. 219 col. 1. vol. 2. Plot. ibi n. 6. ver. & tenetur ipſe, eo. tit. & in terminis tradit Bal. conſ. 151. col. 2. ver. verbi gratia, lib. 3. Iaſ. in §. pœnales. n. 98 de actionibus, præuia iudicis taxatione, quæ ante dictum iuramentum eſt facienda, ad decif. Afflict. 360.

in

in fi. Ang.conſ.277.n.6.Soc.conſ.190.n.6.ad fi.ver.&ſic debet &cōſ. 223.n.3.ante fi.ver.2.pars,lib.2. Dec.conſ.178.n.2. ver.& caſu quo. Et an deferatur procuratori,vide Bar.in l.qui bona fide,§.ſi aliena,ff. de damn.inf. In cuius intereſſe taxatione,cum hanc practiam nō ita facile alibi tactam inuenies,ob id,non ab re citation.& ſententiæ formulas hic conſcriben.fore cenſui,vt puta,debitis præcedētibus monitorio ſuper redditione adminiſtratio nis, & reliquorum reſtitutione,etiā interpellation.ſuper librorū exhibitione,& redditione d. adminiſtrationis,debitiſq.ſeruatis terminis ſubſtantialibus de more,& ſtylo curiæ ſeruari ſolitis,illiſq. reiteratis , d.admniſtrationē per reū
13 conuentum geſta verificata,demum præmittitur contra eum citatio (ad viden.taxari ſummam,vſq.ad quam infraſcriptus d.inſtans in litē iurare poſſit,&illa taxata viden.per infraſcriptum d.iuſtantem iurare,& iux.taxationem,&iuramentum concludi,&pronunciari,& ſententiā ferri ad p.d. inſtatente D.A.principali, vel D.Fabritio Ruffetto eius procuratore.) Relatione facta cōparuit idē N.principalis citra,&c.et petiit vt ſupra Et tunc d.iudex taxauit ſummam, vſque ad
14 quam d.A.iurare poſſit in litem ad ſc.500.pro qua ſumma idē d. A. etiam tactis,&c.iurauit in forma,&pro eadem ſumma petiit,&obtinuit ab eodem iudice in huiuſmodi cauſa concludi, & pronunciari, ſententiamq.deſuper ferri, et promulgari, prout in cedula,quam facto dedit,et mihi Notario conſignauit,tenoris,etc.ſuper quibus,etc. præſentibus ſociis teſtibus,etc.Tenor cedulæ ſententiæ,vt ſupra pro
15 mulgata hæc eſt.Chriſti nomine inuocato,etc.dicimus,pronunciamus,ſententiamus,decernimus,et declaramus D.B.teneri ad ſoluen. et exburſan.d. D. A.d.ſc.500.iux. taxationē per nos factam,et iuramentū per ipſum A. præſtitum,et pro præmiſſis omnibus,et ſingulis mandatum exequutiuum contra eundem B.decernen.fore,et eſſe ꝓ ut decernimus oppoſitiones, etc. victumq.etc. Redeundo igitur ad ſuperius petitam ſcripturarum exhibitionē,à qua a iqualiter digreſſi
16 fuimus dicendum erit actorē teneri ad exhiben.inſtrumenta, et iura penes eum exiſtentia,vt per Gomeſ.lib.2,dec 25.ꝙprocedit ſi illa in promptu habeat,alias nō,et proceditur ad vlteriora in cauſa.Nec videtur dicen ꝙrequiritur aliqua verificatio caſus fortuiti,vel amiſſionis:ſe d ſtatur eius iuramento etiam quod altera pars dicat, partē aduerſam penes ſe habere,vt per Mohed.dec.40.n.2.Secus ſi inſtrumentum ſeu iura,quorum exhibitio petitur,alias originaliter producta,et ipſa originalia reſtituta fuerint dimiſſa in iudicio,ſeu actis copia:tunc enim requiritur probatio amiſſionis propter præſumptam notitiam,et ex quo productio originalis eſt de actis,et ex ipſo originali quæſitum eſt ius parti,et conſequenter eius reproductio peti po
17 teſt non obſtante iuramento.d.dec,n.3.Et licet regulariter actor nō poſſit ſumere arma de domo rei, vt in c. 1. de probat. l. nimis graue C. de

C.de teſt.l.qui accuſare,&l.fi.&ibi communiter Doct. C.de eden.id tamen aliter procedit ad fundandam,non autem coadiuuãdam ſuam intẽtionem;imo Rota de æquitate canonica ſeruat, quod vnuſquiſque teneatur edere iura penes ſe exiſtentia, vt atteſtatur Gomeſ.vbi
18 ſupra,&ꝗ iudex ex officio poteſt compellere partes ad exhiben iu-
19 ra,ſiue ſint propria,vel communia,vel facientia ad cauſam,vt dec.5 de probat.in nou. & alia Bracharen.coram Reomano 5.Dec.1552.

De iudicio cum procuratore inchoando. Cap. XIX.

1 *Iudiciũ cum procuratore generaliter conſtituto poteſt inchoari.*
2 *Tali procuratori dãtur dilationes ad principalem conſulendum ſi eas petierit.*
3 *Cenſuræ non dãtur contra debitorẽ in iudicio cũ procurat. inchoato*
4 *Procuratori ſpecialiter conſtituto denegantur induciæ.*
5 *Aut Dominus, aut Procurator poteſt citari, & quare.*
6 *Dominus tenetur procuratorẽ ſufficienter inſtruere in omnibus,quæ poſſunt in cauſa occurrere.*

1 SI procurator generaliter ad omnes lites,&cauſas actiuas,&paſſiuas,&motas,&mouendas conſtitutus ſit,& perſonaliter in curia apprehẽdatur,iudicium cum eo inchoari, proſequi, & terminari po-
2 teſt,vt per Capic.dec.2.& 7. Cui procuratori ante litis conteſtationem dilationes petenti ad conſulen.principalem iux.loci diſtantiam denegari non poſſunt. vt per Caſſad.dec.1.de dilationib.Ex quibus infertur, quod iudicium cum eo inchoari, proſequi,& terminari poſsit ex prædictis,quibus additur dec.Rotæ 27.de procur.in nou.Mar.Socin.de cit.ar.1.n. 1.ver.aut dominus non reperitur.Achil.de Graſ. de
3 ciſ. 146.n.2. de dol.& cont. Secus tamen dicen.erit in his, quæ ſunt magni præiudicii,vt puta priuationis, vel cẽſurarum:in his enim requiritur citatio principalis,ei perſonaliter faciẽda,vt in vna Nullius ſpolii corã Aldobrandino 15. Feb.1557.ad not.per Staphil.in tract. de litt.grat.& iuſt.in ver.nã ſi quis ſubrogatus. Limita tamẽ dilatio-
4 nem prædictam nõ eſſe concedendam procuratori ſpecialiter cõſtituto ſuper illa re,de qua agitur quia tex.in c.cum dilectus,de procu, &doct.loquuntur,quando procurator,cum quo iudicium intẽtatur, eſſet conſtitutus generaliter ad omnes & ſingulas lites motas,& mouendas,vt ſupra dixi,iux.terminos d.c.cum dilectus eod.tit. Et licet
5 de iure dici poſsit,quod Dñs non ſit citandus,quando conſtituit ꝓcuratorem,qui comparuit,&aſſumpſit in ſe litem; cum dominus per conſtitutionem procuratoris factam apud acta cauſæ declarauerit a-
6 nimũ ſuum,quod per procuratorem volebat eſſe in iudicio,ideo debebat

debet citare procurator,& non dominus,cum dominus nō compellatur per ſeipſum in iudicio eſſe,vt per Abb.in d.c.cum dilectus, de proc.in 4.ad tex.ibi allegatū in l.1.ff.eod.& Bar.in l. 1.& in l.quamuis.C.de ſent.et interloc.omn. iud tamen contrarium de ſtylo curiæ ſeruatur,eo ꝙ aut Dn̄s,aut procurator arbitrio citantis citatur. Dn̄s enim tenetur comparere per ſe ,aut procuratorem legitimum , v in d.l.1.ff.eod.et in d.c. cum dilectus,eod.tit. Quem procuratorē tenetur dominus in omnibus,quæ poſſunt in cauſa occurrere ſufficienter inſtruere,alias domino eſt imputandum:et eadem ratione probabiliter eidem procuratori denegantur induciæ illam petenti,vt ſupra dixi, cum à principio ipſe dominus fuerit citatus,vt per eundē Abb. d.c.cum dilectus,num.5.eod.tit.vide tamen in hoc diſtinctionem Rotæ,vt per Puteum in dec. 43.lib.1.

De iudicio diffamationis. Cap. XX.

1 *Quinam termini diffamanti in hoc iudicio præfiguntur.*
2 *Diffamatore nihil probante, quæ ſententia contra eum fertur.*
3 *Terminis ſubſtantialibus in hoc iudicio non eſt opus.*
4 *Pœna qua mulctatur diffamator.*
5 *Sententia tranſit in iudicatum, niſi infra decendium ab ea appelletur & exequutioni demandatur.*
6 *Qualis dicatur ſententia ab obſeruatione iudicij.*
7 *Quomodo feratur ſententia contra actorem non comparentem.*

IN diffamationis iudicio,quod datur vigore l.diffamari,C.de ingenu.manu.exequutio contra diffamatorem monitorio,de quo infra in poſtremo libro,ac in actis reproducto, et lapſo termino citationis in ea expreſſo, obtineatur ab actore decreto proceſſus per contradi-
1 ctas,ſiue edictum publicum iux. temporis qualitatem. His ſequutis, iudex ad partis comparentis inſtantiam diffamanti primum,et ſecundum terminum peremptorium præficit ad docendum de ſuo iure,ac producendum,et probandum quicquid vult,et poteſt contra actorē. His terminis elapſis iudex,præuia citatione ad ſententiam, pronun-
2 ciat A.a quibuſcunque impetitionibus, diffamationibus, iactationibus,et impedimentis per B.eidem A. de et ſuper re, etc. præſtitis, illatis,ac inferri comminatis,abſoluendum fore,et eſſe,prout abſolui-
3 mus, et illi ſuper eis perpetuum ſilentium imponimus, victumq. etc. Et licet in hoc iudicio fere omnes procuratores terminos ſubſtantiales ſeruari ſolitos ſeruent, tamen ſi cōtra huiuſmodi diffamatores nō comparentes,et iudicium effugientes abſq; aliqua terminorū ſubſtantialium ſeruatione procederetur, putarem proceſſū hunc ſuſtineri poſſe ex pluribus. Primo, ratione contumaciæ, per quā iudicis

Maieſtas ſperni videtur;& conſequenter contumax,ſi fuerit perſonaliter citatus, poteſt prędicta impoſitionis ſilētij pœna mulctari. Quę ſententia fertur contra iactantem ſe velle moleſtare, iuxt. Afflict.dec.
4 264 poſt nu. 1. Secundo,quia ratione diffamationis tam reſpectu perſonę,quam bonorum A.poſſet aduerſus B.actionem iniuriarium habere. Et ex his,& aliis, quæ adduci poſſent cauſis, iudex ex officio ſine terminorum ſubſtantialium ſeruatione, & prout in criminalibus cauſis procedere poſſet. Idem proſus puto ſeruandum ad inſtantiam rei conuenti, contra actorem,qui monitorium ab A. C. obtinuit, exequi fecit, & poſtea reproducere neglexit,vel pœnituit.Tunc enim debitis ſeruatis terminis, ſeu præuia termini præfixione, vt ſupra dictum eſt, eoq. elapſo, nec per actorem aliquid releuans probato, ſeu nihil deducto, ipſe monitus abſolutoriam ſententiam ſub ea,quam modo poſuimus, forma obtinebit. Et fertur ſententia hæc, licet pro actoris parte, vt ſupra innuimus, nihil penitus deductum, neq. lis conteſtata ſit: quia ſententia ipſa nedum præſens, verum etiam futurum indiciū concernit. Et propter duplicatam, ſeu reiteratam actoris contumaciam litis conteſtationem non exigit. Et eſt diffinitiua quæ facit iudicatum:& conſequenter ab ea appellatur.In tantum, quod ſi infra
5 decendium non appellatur, tranſit in iudicatum, ad no. Felyn. in cap. quod ad conſultationem, num. 15. in verſ. ſecunda concluſio, & conſequenter mandāda eſt exequutioni, Curt. Iun. gloſ.22.nu.30.
6 Nec verum eſt,vt nonnulli exiſtimant, ſententiam hanc vti abſolutoriam, d. iudici obſeruatione ferendam eſſe; & ſic interloquutoriam dici, quoniam ſententia ab obſeruatione iudicij ea eſt, quæ fertur ratione nullius, aut alias inepti, ſiue ordinati proceſſus text.& ibi gl. & Abbas in cap. cum dilecti,de empt.& vend.no.in l 2.C.de reſcind. vendit. Alexand.conſil.79.nu.3 lib.2. Idem, quando fuit præſentatus libellus ineptus ex carentia actionis, iux.l. ſi pupill.§.videamus, ff.de neg.geſt. vel ex defectu ſolemnitatis ſubſtantialis, vel alio ſimili modo.Spec.in tit.de off. omn.iud.§. de fertur. col 5.verſ. in ſententia, & aliis compluribus caſibus relatis per Bar.Bald.& cōmuniter moder. in l.properandum,§.& ſi quidem.C. de iud.idem Bal.in auth. ſed & ſi quis,C.de ſec.nupt Pau.de Caſtr.in l.15.is qui,ff.de acqui. hæred.vbi ſignanter per Iaſ.in d.l.properandum,§.&ſi quidem habes,quomodo ad inſtantiam rei contra actorem non comparentem ſit procedendū pro obtinenda ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicii, & quomodo, & quando ſenteatia diffinitiua faciat iudicatum, ita vt obſtet actori exceptio rei iudicatæ,& ibi in facti contingentia recurrere etiā ad compilatorum formularum var. com. pag. mihi 11.col.2.hoc etiā
7 addito.ꝙ ſicut reus citatus non comparens,per contradictas ſiue edictū publicum citari poſſet,ita etiam actor,iuxt.auth qui ſemel.C.qūo & quando iudex.Maran.in 6.par.de ordine iudiciorum,ſub. num.87.

de citatione primo membro iudicij. Et redeundo ad materiam noſtram, à qua aliqaliter ſumus digreſſi dico: tutius eſſe ad tollendum omnen fraudem cauſam dubitandi (ſi valor cauſę ſummam 200. duc. auri Cameræ excedat) ſeruatis terminis ſubſtantialibus de ſtylo curiæ ſeruari ſolitis, præuiaq; illorum reiteratione, ſententiam hanc tanquam diffinitiuam obtinere.

De proceſſu inter, & contra mercatores faciendo Cap. XXI.

1 *Impugnatio ſtyli Notariorum A.C.*
2 *Si proceditur contra mercatorem vigore cedulæ depoſiti, ſiue litterarum cambij, appellatio admittitur.*
3 *Secus in alijs cedulis.*
Effectus clauſulæ, ſine præiudicio legitimæ exequutionis.
4 *De ſtylo tribunalis inter, & contra mercatores nulli ſeruantur termini ſubſtantiales.*
5 *Quid importent clauſulæ, ſummaria, &c. manu regia.*
6 *Articuli ſeruiunt loco libelli.*

IN proceſſu inter, & contra mercatores faciendo cum illius modus in notarij A C. facultatibus ſatis apparenter ſit traditus, nihil eſt quod laborem. Hæc pauca ſolum referam circa admiſſionem appellation. de qua in facultatibus prædictis nulla mentio. Contra nonnullorum Notariorum opinionem, qui neſcio ſub quo prætextu, ſtylum tribunalis eſſe retulerunt, quod ſi in tribunali aliqua contra mercatorum cedula exhibetur, & illius vigore ad decretum relaxationis mandati procedatur, ſi ex mercatoris parte ab hoc decreto appellatur, appellatione hac minime obſtante, A C. ad illius exequutionē
1 procedere poteſt. Verum cum relatus ſtylus aliquibus probabilibus rationibus non videatur munitus, conſtanter dicere audeo illum non
2 verificari, niſi in cedulis depoſitorum, & litteris cambiorū, quæ de earum natura inter, & contra mercatores vbiq. locorum paratam habent exequutionem. iuxta Dominos de Rota in vna Anconitana attē
3 tatorum, coram Seraphino, 12. Februarij 1582. In alijs vero cedulis, etiā quod ſuper re mercantili agatur paſſim datur, & admittitur appellatio: qua pendente manus Iudicis ligatæ ſunt, vt alias ſuperius ſcripſimus, & probabimus. Licet Signatura in re non dubia ſolent reſcribere cum clauſula, ſine præiudicio legitimę exequutionis: quæ tantū deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum effectum operatur, vt per Specul. in tit. de act. ſeu petit. §. ſuper petitionibus, verſ. ſed qui ſi ante. Et licet A C. in his vigore ſuarum ordinariarū facultatum manu regia & ſola facti veritate inſpecta procedat, non propterea appellatio ſuſpenſiua

ſpecſiua,& deuolutiua,ſed tñ iudicij ſolēnitas tollitur,vt puta,monitoriū terminorū ſubſtantialiū ſeruato, & ſimilia,vt infra dicemus. Et
4 ſi aliqui dixerint in hiſce cauſis quatuor ſaltē termiros, prout in ſummariis ſeruari debere: videlicet,ad articulan. dicen. contra articulos, producendū oia, & dicendū cōtra producta. Tñ,quicquid ab eis dica
5 tur,in cauſis ſūmariis,in quib.iudex ꝓcedit cū clauſula(ſūmarie,ſimpliciter, & de plano,ac manu regia,& ſola facti veritate inſpecta)releuatur ab omni forma iudiciorū à iure ciuili inducta:& dūtaxat aſtringitur ad ſeruandum formam inductam à iure naturali. Et ſatis eſt quod interueniant ea,quæ ordinem,& ſolēnitatem iudiciorum reſpiciunt,vt poſt alios per Felyn. in cap.olim,col. penul.de accuſ. vſque adeo quod iudicium poteſt inchoari ab articulis,&illis probatis ſeruari ſententia. Rota dec.33. in nouis. Decius conſ.449. n.21. lib. 4.
6 Et quod articuli ſeruiunt loco libelli fuit dictum in Rota in vna Romana cenſus,coram Quiroga.die 29.Octobr. 1556, inter D.Franciſcum de Branca, & D.Nicolaum Vrſinum, in qua Franciſcus tanquã rector illius Cappellæ obtinuerat monitorium contra Nicolaum de dimittendo, & relaxando domum ſpectantem ad eius Cappellam iure dominii,vel quaſi cum ſolita clauſula,ſi quis &c. & negato monitorio Franciſcus dederat articulos ſuper ſolo, & proprietate domus, & ſpolio cenſus ſibi debiti,&examinati fuerunt teſtes.Tandem tento termino ad ſententiam idem Franciſcum renunciauerat proceſſui, & fuit ſcripta ſententia ad fauorem ipſius Franciſci pro reintegratione dicti cenſus, & quod D. Nicolaus teneatur ad illius ſolutionem, quæ ſententia dicebatur nulla, quia contra tenorem monitorii,&petitionem,& fuit concluſum pro validitate ſententiæ, quia monitoriũ cum clauſula, ſi quis,reſoluitur in vim ſimplicis citationis,& articuli ſeruiunt loco libelli.

De ſequeſtris, et arreſtis illorumque reuocatione Cap. XXIII.

1 *Sequeſtra quo caſu permittuntur,& quæ cautionis gratia fiunt,quomodo reuocentur.*
2 *Quando fiunt gratia exequutionis faciendæ, quo pacto reuocentur.*
3 *Aliud remedium illorum reuocationis.*
4 *Verbũ,cauere quid importet, & quo in Vrbis tribunalibus intelligatur.*
Et ad cuius fauorem remedium cautionis ſit introductum.
5 *Cautiones, quæ iudicialiter dantur.*
Notarij periculo recipiuntur. Secus ſi tempore illius receptionis fideiuſſor reputabatur pro idoneo, & bona ſtabilia poſſidebat.
6 *Fideiuſſor non eſt dandus, vbi principalis eſt idoneus.*
7 *Et quando non dicatur idoneus, licet ſit diues.*

 8 *Fi-*

8 *Fideiuſſor in forma depoſiti obligatus nullitatis exceptionem oppone- re poteſt, & ſuper ea auditur.*

9 *Iudex mandat obligationem in forma depoſiti caſſari, ſi de mandati nullitate conſtat.*

01 *Notarius non caſſat inſtrumentum, pendente termino ad appellandũ*

11 *In caſſatione inſtrumenti qui termini ſeruantur. Et quando ſit caſſandum.* *(pertum:*

12 *Quo pacto reuocetur monitoriũ cũ arreſto cõtra debitorẽ in curia re*

13 *Proceſſus, qui ſit contra arreſtatum recedentem ſine licentia iudicis.*

14 *Ignorans quis ſit hæres agit contra bonorum poſſeſſores.*

15 *Præparatoria quomodo fiunt.*

16 *Proceſſus vigore oblig. Cam. non datur contra tertium poſſeſſorem non ita obligatum.*

17 *Obligatio vulnerata per ſententiam non habet exequutionem paratã ſecus quando præceſsit relaxatio mandati.*

SEqueſtra licet regulariter ſint de iure prohibita, l. 1. C. de prohib. ſeq. tamen per Abb. in cap. dilectus, de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. per tot. ponuntur plures caſus, in quibus facienda eſt ſequeſtratio, ex quibus aliquos tanquam quotidianos hic enumerare placuit. Vt puta aduerſus perſonam ſuſpectam dicta ſequeſtratio licite fieri poteſt. Suſpecta autem perſona dicitur; quæ non poſsidet immobilia, vel pauca. Item ob malos mores, vel quia male adminiſtrauit. Item ſi timetur de dilapidatione bonorum. Sed aduerte quod iſta coniunctim non requiruntur, ſed quandoq. ſufficit alterum de duobus ſecundum ſubiectam materiam. Tũc, ne iudicium reddatur fruſtratoriũ iudex monetur ad ſequeſtrum concedendum, vt per eundem Abb. d.
1 cap. dilectus num. 16 eodem tit. Put. deciſ. 3. de ſequeſtr. quod tamẽ tunc mediante cautionis præſtatione tollitur, vt ibi, nu. 19. eod. tit. Paul. de Caſtr. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatidatum num. 3. ff. qui ſatiſd. cogan. Pariſ. conſ. 41. num. 44. & 49 lib. 1. Verum cum ſequeſtra antiquitus, præmiſſis non attentis, contra omne iuris debitum paſſim à quibuſcunque Romanæ Curiæ iudicibus ordinarijs contra quoſcunque relaxentur, ob id Sanctæ mem. Pius Papa V. in eius reformatione tribunalium verſ. Idem in ſequeſtri relaxationem eorumdem ſequeſtrorum prohibuit, niſi aliqua ratione timendum ſit de ſuſpicione, vel dilapidatione bonorum, vt ſupra dictum fuit. In cauſis autem præmiſsis nedum iudex ordinarius, verum etiam delegatus, tam in profanis, quam beneficialibus cauſis concedit, vt per eundem Abb. dict. cap. num. 20. 21. 22. eodem titulo. Felyn. in cap.
2 olim in ſecunda columna, verſ. conſidera bene, de reſcript. Interdum autem A. C. tam in exequutiuis, quam in ſummariis cauſis poſt primam ſententiam concedit ſequeſtrum tam in curia, quam extra

luxta

iuxta clemen.1. de ſequeſtr. poſſeſſ. Et tunc licet tale ſequeſtrum reuocari non poſſit: niſi cum ſolutione, Bart.in l.conſentaneũ,C. quo. & quan. Iud. Sal.in l.ſi fideiuſſor. ... ſatiſd.n.17.ff.qui ſatiſd. cogan tamen de ſtylo curiæ vſu receptum eſt, quod remedio ſatiſdationis in forma depoſiti reuocatur.Gal. eſt.ad form. Cam.in ſumm.quæſt. poſt proceſſum inciden quæſt.5. ſub n. 36 interdum vero datur ſequeſtrũ in caſibus primo loco relatis,non ſufficienter verificatio,& tunc cita-
3 tur pars quæ illud obtinuit, (ad videndum ſibi præfigi terminum ad verificandum prætenſum ſequeſtrum Et ſic præuia termini præfixione,eoq.elapſo,citatur denuo pars (ad videndum reuocari ſequeſtrũ, attento quod in termino ſibi præfixo illud non verificauit . Et Iudex illud reuocat, niſi ad primam diem cum intimatione, vt in pract.Pap. in forma ſequeſtr in gloſſ. audeant in fin.& idem ſeruabitur, ſi reus ſi deiuſſorem dederit,propter quod ſequeſtrum relaxatur: quia inconueniens eſſet vt fideiſſor ſemper ſtare obligatus, argum. l. pen. C. de fideiuſſ & in l.ſi eo tempore C.de remiſſ.pi.cum ſimil. Remediũ enim cautionis introductum fuit ad ſuccurendum ei , contra quem relaxatur ſequeſtrum,non autem, vt ſuccurratur ei,pro quo fit ſequeſtrum. Is enim monitorium fieri curabit, & de iure ſuo docebit, & ſucceſsiue ſententiam obtinebit , vt declarat Curt. in tract.ſequeſtr.2 q.princip. quæſt. 13. & 14. nu. 55. Et præmiſſa poſſunt adaptari ad arreſta, quæ fiunt in curia contra conſtitutos in carceribus. Et etiam quod mãdata ſuſpitionis fugæ, ſingula ſingulis congrue referendo. Et licet remedium cautionis, ꝙ ſuperius diximus intelligi videatur de nuda cautione, ſcilicet cum promiſsione cauentis ſub hypotheca bonorũ
4 ſuorum, ac vinculo iuramenti, vt per Bart & Angel.in l.prætoriæ,& l.vltima ff.de præt.ſtip.& in l.1.ff.qui ſatiſd. cog. tamen in tribunalib. A. Cam. quam aliis Almæ Vrbis vſu receptum eſt, decretum iudicis reuocationis ſequeſtri,&aliorum prædictorum,data cautione de ſtãdo iuri,& iudicatum ſoluendo,ſeu in forma depoſiti,& cum ſimilib. capitulis , paſsim intelligi cũ præſtatione idonei fidejuſſoris, cautiones enim prætoria debent eſse ſufficientes, vt tradit Abb. in cap.qua fronte,in fin.de appell.Alex.in l. ſtipulationem,in fin. ff de verborum obligatione,&licet videatur poſse affirmari,quem non arctari ad præſtandum fideiuſsorem,ſi principalis diues ſit cum fideiuſsor nõ ſit dĩdus, vbi oſtenditur, quod principalis ſit idoneus vt per Affl ct. deciſ. 171.poſt.n. 3. Neguſ.in tract.de pign.1.membro 5. partis nu.2. tamẽ quoties quis vult aliquid ab alio conſequi , non ſufficit nuda cautio iuratoria , vt per Innoc.in l.1. col.fin. verſ.3. limita ff qui ſatid. cog.
5 Notarios vero moneo , cum cautiones , quæ de mandato iudicis recipiuntur , eorum periculo recipi , vt in vna Romana releuationis, indemnitatis coram Seraphino, die ſeptima Maij 1582. Ratio quia Notarius recipiens fideiuſsorem minus idoneum , tenetur reficere

parti damna, & intereſſe.l.1.§.ſciendum.ff.de magiſtr. conuen.Paris de Put.in tract.de ſyndic.p.3.in princ.Boer.dec.314.nu.5.excuſſo tamen prius ipſo fideiuſſore. Salycet.in l.1. C.de magiſt.conuen. Quod intellige procedere, quando Notarius recipit fideiuſſorem, qui ſoluendo non erat; ſecus tamen ſi fideiuſſor tempore illius receptionis communiter habebatur pro idoneo, & poſſidebat immobilia longæ maioris valoris. quam eſſet ſumma, pro qua fideiuſſit, quia tunc idoneus cenſendus erat, vt in alia ſimili pro d. Antonio Guidotto contra Ill. d. Leonem Strotium coram Platto, die 19. Februarij 1591.

6 Notarij igitur fideiuſſores nedum facultatibus, ſed etiam exigendi facilitate idoneos recipiant,ne partibus, & ſucceſſiue ſibi ipſis dam-

7 no ſint. Fideiuſſor autem licet diues ſit, ſi nequit conuenire, nequaquam dicitur idoneus, vt per Marian. Soc.in l. ſciendum.ff.qui ſatiſ. cogan.in auth de exhib.reis.§.ſuſcepto, ſed debet eſſe idoneus facultatibus, & facilitate cōueniendi, vt per Pau.de Caſtr. ff. qui ſatiſ.cogan.lib.11.n.1. intellige tamen quando creditor propter difficultatem illum conueniendi creditum ſuum conſequi non poſſet, vt per Afflict.dec.88.in fi.qui loquitur in terminis, in quibus fideiuſſor non eſt habilis ad conueniendum; quæ ratio difficultatis videtur in curia propter Præſentiam Principis ceſſare vbi quilibet quantumcunque vir potens ſit,facile conuenitur. Fideiuſſor autem qui abundat diuitijs, & eſt facilis conueniendo, contra ſe recipere recuſantem iniuriarum actionem habet, vt per Mar. de Mant.in ſin.538 Dubitari interdum contigit in tribunali A. C. an contra fideiuſſores in forma depoſiti obligatos ad exequutionem, reiectis quibuſcunq. nullitatibus tam ex capite notoriæ iniuſtitiæ, quam ex quocunq.alio capite reſultantibus, ſiue illæ à fideiuſſore,ſiue à principali debitore opponantur, procedendum ſit? Et licet prima fronte videatur eſſe affirmatiue reſpondendum, cum nullam exceptionem depoſitario competere poſſe videatur. tamen paſſim contrarium ſemper, dum ſubſtitu-

8 tum in eodem tribunali geſſi; ſeruari vidi. Si enim conſtat Iudici de nullitate ſequeſtri, pro quo cautio præſtatur, ſeu relaxationis mandati, vel alias de notoria iniuſtitia, quæ nullitati æquiparatur, vt in cap. inter cæteras, de re iud. Pariſ. 98.n.23.vol.4. Affl.dec.28. num. 6. Iudex ipſe ad partis opponentis inſtantiam ad reuocationem procedit,& fideiuſſionem in forma depoſiti tāquam dicto ſequeſtro, ſeu mandato indebito, & executioni illius nulliter factæ acceſſoriam caſſari mandat.Infecta enim priuatiue,inficitur etiam deriuatiua. l. cum

9 quid prohibet,l.acceſſ.de reg.iur. Aduertat tamen Notarius, ne vigo-

10 re huiuſmodi decreti ſtatim caſſet inſtrumentum obligationis, quia ab hoc decreto appellatio ad vtrumq.effectum admittitur, & ea, ſeu termino ad appellandum pendente nihil eſt innouandum, vt in l fine

11 pars,C.de dilation. Sed elapſo decennio ad appellandum,ſeruatiſq.

quatuor

quatuor ſolitis terminis ad docendum de appellatione, illiuſq.legitima proſequutione, & demum præcedente alia citatione ad videndũ mandari caſſari,&c.ac decreto iudicis deſuper interpoſitũ,inſtrumẽtum caſſet. Fit aliquando monitorium cum arreſto contra debitorẽ in curia repertum pro debito, cuius ſolutio in partibus eſt deſtinata quia debitor vbi reperitur, ibi poteſt citari, vt in vna Vlixbonen.Pe-
12 cun.coram Io.Paul.Thol.dec.92.in fin.Nec reuocatur hoc caſu arreſtum,niſi remedio idoneæ cautionis de ſtãdo iuri,& iudicatum ſoluendo,ac conſtituto procuratore reperibili,&acceptante liteq.conteſtata; præſertim quando reus alienæ ſubiacet iuriſdictioni, nec ſtabilia bona in terris Eccleſia poſſidet;quo caſu, ſi debitũ in Vrbe cõtractum non eſſet,oriri poſſet dubium,an forum declinare valeret.Secus quando poſsidet bona ſtabilia in terris Eccleſiæ vltra valorẽ cauſæ,de qua agitur,quia tunc,hoc verificatio ſummarie,&extraiudicialiter, conſtituto procuratore, & lite conteſtata, arreſtum reuocatur; & quando quis ſoluendo non tenetur dare fideiuſsionem etiam ſi ex lege,vel ſtatuto cautio fideiuſſoria requiratur.Rom.conſ.67.verſ.tertio hoc ipſum,n.4. Iaſ. poſt alios in l 1.n.16.ff.qui ſatiſd.cog. Afflict. dec.109.n.1.& maxime ſi conſtat,quod arreſtatus poſsideat bona ſtabilia in terris Eccl.l. ſciendum in princ. ff.qui ſatiſd.cog. & vbi nã ſit præſtanda fideiuſſ.hoc habetur per Afflict.in dec. 137.per tot.Notandum eſt amplius, ꝙ ſi ſolutio in partibus eſt deſtinata,ſufficit ꝙ præſtetur cautio de ſtando iuri,& iudicatum ſoluendo in loco ſolutionis ſecundum Bar.& Alex.in l.ſi ſideiuſſor;§.neceſſaria,ff. qui ſatiſd·cog. quę loquitur in caſu, quo reus conuentus non poteſt ſatiſdare in loco iudicii,tunc enim remmittitur in loco deſtinate ſolutionis pro d.ſi deiuſſione,quia magis ſubuenitur ei,qui ex neceſſitate facit,quam ei ex voluntate,vt in l. ꝙ ſi minor,§. reſtit.ff.de mino.Idem dico de mãdatis ſuſpicionis fugæ, quando ſumma in partibus debetur. Hęc etiã ad arreſtorum propoſitam materiam faciunt. Et licet ex diſpoſitione bullę fe.Lre.Pij v. ſuper reformatione tribunalis A. C. verſ. In cauſis vero,ad contumaciales pœnas procedi prohibeatur, tamen ſi accide rit vt non ſemel in tribunali A.C.accidit aliquem arreſtatum non pe-
13 tita licentia,nec arreſto reuocato à curia recedere,reformatione an tedicta nõ obſtante ad cenſuras,& pœn.in arreſto contentas contra illũ procederetur; ea vt arbitror, ratione, ꝙ per arreſtatũ contrauenientẽ maieſtas Iudicis ſpernitur, cuius contẽptus magis inſpicitur quã læſio iuris, & partis, Arch.c.cordi in fi. de appel.in 6. Et ꝑpea nedũ ad partis inſtãtiã,verũetiã ex officio,&ad inſtar cauſarum crimin. procedi poteſt, vt per Abb.in c. de quo vult deo, nu.7. & 10. de iud. Quia arreſtatus ſine licentia recedens, tanquam inobediens, dicitur infedelis,& excommunicatione dignus,& dicta, ac aliis pænis iudicis officio, vt dictum eſt, mulctari debet: ad quas quidẽ pœnas ſic pro-

ceditur. Docto prius ſummarie, & extraiudicialiter de arreſtati receſſu, decretoque proceſſu per contradictas, ſiue edictum publicum iuxta temporum qualitatem, ac præmiſſa demum citatione (ad videndum ſe declarari incidiſſe pœnas in arreſto contentas, & pro illis decerni, & relaxari mandatum executiuum (Index facit decretum, & declarat arreſtatum incidiſſe pœnas arreſti illas arbitratu ſuo moderando, & pro illis mandatum exequutiuum decernit, & relaxat niſi ad primam diem cum intimatione. Et ſucceſſiue quatenus exequutio realis, aut perſonalis fieri nequeat, in ſubſidium ad cenſuras, & ad relaxationem litterarum declaratoriarum, & brachii ſæcularis procedit. A quibus non abſoluitur arreſtatus, niſi ad Vrbem redeat, & coram A.C. compareat, & quæ ſupra retulimus faciat. Addo, quod datur etiam ſequeſtrum contra detentores bonorum hæreditariorum, ad effectum reperiendi hæredes, & datur proceſſus contra eoſdem bo-
14 norum poſſeſſores: ignorans enim quis ſit hæres poteſt agere contra bonorum poſſeſſores, vt per Bar. in l. controuerſia. n.7. ff. de tranſact. & ibi Iaſ. num. 7. eodem titulo. Et ad hoc diligenter nota, quod in poſitionibus, ſeu præparatoriis, quæ fiunt ante litis conteſtationem ad inſtantiam creditoris, pars nedum debet interrogari an ſit hæres pro
15 quota, & quanta parte, ſe etiam an poſſideat aliqua bona hæreditaria; quia eo ipſo, quod quis poſſidet, licet ipſe non ſit hæres, creditor hæreditatis habet intentionem fundatam, vt ibi, & tunc fit etiam citatio generalis per proclama ad inſtantiam creditoris nedum contra quoſcunq. prætendentes ſe eſſe hæredes, ſed etiam contra eos, qui ſolum ſe poſſeſſores prætendum, vt ibi n.8. & ad actus opportunos iux. naturam cauſæ procedere poteſt, tutius tamen arbitror deuenire ad deputationẽ curatoris bonorum, ſeu hæreditatis iacentis, & cum eo iudicium inchoare, & proſequi, vt dixi iuxta naturam cauſæ, quæ actitari debebit prout ſuperius meminimus in c.52. li.1. Nec etiam deſe-
16 runt, qui conſtanter affirmarunt, quod creditor vigore oblig. cameralis exequutiue agit cõtra tertium poſſeſſorẽ nõ ita obligatum, & male; quia contra eum vigore d. oblig. cameralis exequutio fieri nõ põt Ruin. conſ. 87. n.1. & ſeq. lib. 4. Beto. conſ. 47. lib. 5. Nec facit nouella Galleſii, quia illa nunquã fuit vſu recepta, ſed antiqua ſemper obſeruata, vt habetur in deciſ. ſuperius ſcriptis, in quib. etiam reperies, ꝙ agens via ordinaria cenſetur renunciaſſe viæ exequutiuæ. Quod autẽ ſuperius diximus obligationẽ cam. non eſſe exequendam contra ſimili modo obligatum, intelligen. eſt, qñ obligatio eſt vulnerata per ſen-
17 tentiam, à qua cum licuerit actori appellare, licere debet etiã reo a contraria ſententia reuocatoria primę ſententiæ vulneratione d. obligationis, reg. nõ debet actori, & c. de reg. iur. lib. 6. cum ſimil. & tenuit Rota in vna Romana cenſus coram Cantuccio 22. Iun. 1580. Verum tamen eſt quod ſi ante prædictæ obligationis vulnerationem manda-

tum

tum fuerit relaxatum, Signatura aliquando reſcripſit, & vt audio reſcribere conſueuit, quod facta obligatione per actorem de reſtituendo in euentum ſuccumbentiæ, ad vlteriorē exequutionē procedatur.

Mandata ſuſpicionis fugæ quomodo, et quando concedantur. Cap. XXIII.

1 *Creditori, vt aliquibus placet, cum ſolo iuramento concedi debet mādatum ſuſpicionis fugæ contra ſuum debitorem.*
2 *Quid hodie ſeruetur in tribunali A. C. quoad illius conceſſionem, & liberationem carceratorum.*
3 *Si ſuperuenerit noua cauſa etiam lite pendente, mandatum prædictū conceditur.*
4 *Quænam dicantur nouæ cauſæ ſuperuenientes.*
5 *Debitor in diem quando capi poſſit tanquam ſuſpectus.*
6 *Hæres quoque creditoris hoc iure vtitur.*
7 *Notarij, qui mandata hæc expedienda ad iudicem afferunt, quæ in eis exprimere debent.*
8 *Cautio fideiuſſoria an expiret lata prima ſententia, vel duret etiā in alijs inſtantijs.*
9 *Cauens de ſtando iuri corā iudice incompetente poteſt declinare forū & aliqua alia de proceſſu faciendo contra fideiuſſorem de iudicatum ſoluendo.*
01 *Fideiuſſor de repræſentando reum, qui reperitur carceratus pro alia cauſa, quid facere debeat pro ſui liberatione.*
11 *Fideiuſſor de repreſentando reum toties, quoties liberatum per binā repreſentationem.*
12 *Actor de conſuetudine non tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti.*

1 QVia mādata ſuſpicionis fugæ ſunt quotidiana, & cōſequēter plenius, quā ſupra diximus pertractanda, vt in l. legaui, ff. de lib. leg. ideo nō ab re plura alia circa hæc referre cenſui. Licet igitur non deſint, qui arbitrantur mandata iſta, quæ pro aſſecuratione iudicii a creditore petuntur cum ſolo iuramento ipſius creditoris aſſerentis habere ſuum debitorem ſuſpectum, concedi poſſe, vt per Socin l. ſi ab arbitrio. n. 9. ff qui ſatiſd. cog. col. fin. num. 18. Alex. conſ. 19. num. 3. vol 3. tamen de inueterato ſtylo tribunali duos neceſſaria requiruntur. Quorum primum eſt, quod conſtet de credito ſaltem per teſtes, qui ſufficiunt, vt ſummarie, & extraiudicialiter examinentur, ne debitor inſtruatur ad fugam. Alterum vero eſt, iuramentum creditoris, qui iureiurando aſſerit ſe debitorem ſuum de fuga ſuſpectum habere, modo tamen poſt capturam legitime verificetur. Pariſius conſil. 101. lib. 3. num. 8. Alexander conſil. 19. num. 1. & 2. vol. 3.

Qui-

Quibus præmiſſis conceditur mandatum contra debitorem, nõ libe-
randũ donec de ſtando iuri cum creditore ſuper ſolutione ſummæ pe
titæ,& iudicatum ſoluendo idoneè cauerit,ad Affl.dec.120.n.4. Licet
ex conſtitut. Pij V. mandetur carcerum Viſitatoribus,quod tales ſic
capti, relaxentur ſub cautione de ſe repræſentando ſub pœna debiti,
prout latius in dicta conſtitutione habetur. Ad quam capturam de-
uenitur etiam die Dñica,& qualibet alia die feſtiua, vt per Caſtre.in
3 l. dies feſtos,in fi.C.de fer. Ad quam etiam capturam lite pendente,ſi
noua ſuperuenerit cauſa,deuenire poteſt,vt in l.ſi creditores,ff.de pri
ui l. credit.& in l.ait prætor.§.ſi debitorem,ff.quæ in fraud.cred. Dec.
4 conſ.25.col.1.in fi.verſ.3. Superuenientia autem nouæ cauſæ dicitur
qñ interim debitor fuerit factus ſuſpectus,& non ſoluendo.tunc litis
pendentia,& illius conteſtatio non debet creditori damnum afferre,
l.non ſolet,ff.de reg.iur. Quomodo autem,& quando dicatur debitor
conditionem ſuam deterioraſſe, ita vt ipſe præſumatur ſuſpectus de
fuga ex his intellige; vt puta ſi dimiſit apothecam quã tenebat, & e-
xercebat. Pariſ.con.99.n.18.lib.3. item quando alienauit capitale a-
pothecæ, ſeu illius exercitũ,vt ibi n.19. item quando applicauit ſe lu-
dis prohibitis,ibi n.21. item quando capit pecunias ſub vſuris, datis
pignoribus,n.21. Item qñ non poſſidet tanta bona mobilia, per quæ
5 ceſſet ſuſpicio,n.23.& 36. Vlterius dico, ꝙ etiam debitor in diẽ tan-
quam ſuſpectus poteſt capi,vt caueat de ſoluendo,vel adimplendo in
obligationi deductum adueniente die,vt per Petr. Port.in tit.qui, aut
quorum bona legitime arreſtantur,c.4.ratio,quia qñ aliquid eſt in o-
bligatione deductum, ꝙ de ſui natura tranſit ad hęredes: tunc cõmit-
titur ſtipulatio quoad obligationem, & actionem,vt in l.credere dic,
ff.de verb.ſignif. & per citatos in dec.Affl.279.n.2. & ibi vide diſtin-
ctionẽ, quæ fit quando dies eſt appoſitus ab homine,& qñ eſt appo-
6 ſitus a lege per totũ. Hæres quoq. creditoris hoc iure vtitur,quia ſu-
ſpectũ debitorem capi facere poteſt, quamuis intra tẽpus conficiẽdi
inuentariũ,quia nominato creditore cenſetur nominatus eius hęres.
Bal.ad l.1.C.quo leg.Bar.ad l.poſtulante,ff.ad trebel.Soc.conſ.14.li.
7 2. & quod debitor ſuſpectus de fuga poſſit capi etiam in diebus feria-
tis in honorẽ Dei,dicit Bald.in l.dies feſtos,n.1.C.de feriis. Notarii
enim, & illorum ſubſtituti, qui ſimilia mandata ad iudicem expediẽ-
da afferunt,ſeu mittunt,qualitatem perſonarũ deſcribere debẽt;vt pu
ta,ſi talis ſit procurator,mercator,vel aduocatus. Debet dico qualita
tem illam Notarius,ſeu ſubſtitutus in mandato exprimere, vt poſtea
Iudex pro qualitate perſonæ facilius deliberare,& iudicare poſſit l.2.
ff.de re iud.& inſimul exprimere qualitatem rei,ac quantitatem cre-
diti,ſeu ſummæ, pro qua agitur: quoniam pro paruo debito inhone-
ſtum eſt,quem carcerari,vt no. Bal.in auth.ſed iam neceſſe.C.de don.
8 ante nupt. De fideiuſſoribus de ſtando iuri,& iudicatum ſoluendo,&

etiam de repræſentãdo, de quibus ſupra meminimus, & ad hoc, vt valide obtineatur, vide requiſita tradita in dec. Peruſ. 41. Menoc. de arb iud. caſ. 87. n. 21. cent. 1. Rol. a Val. conſ. 65. n. 18. vol. 3. nõ inutile erit tanquam de re quotidiana, aliqua referre. Fideiuſſor de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo licet poſt latã primam ſententiam contra principalem debitorem condemnatum, a qua pro illius parte fuerit appellatum, videatur per talem appellationem interpoſitam, & cõmiſſionẽ cauſæ liberatus, ad text. in l. cum apud Mart. in rub. de fideiuſ. n. 108 per Boer. dec. 315. qui atteſtatur de cõi. Salyc. conſ. 201. n. 9. Pariſ. conſ 71, n. 3. & 4. & ea eſt ratio, quia exequutio fit ex ſententia cõfirmata, ad quã fideiuſſor non ſe obligauit, vt dicit Bar. in d. l. cum apud, n. 4 & ſemper militat ratio ꝙ imputãdum ſit ei, qui non petiit ſibi cautionem reuocari in 2. inſtantia: Tamen DD. de Rota in vna Lucerina locat. 7. Febr. 1560 coram Caputaq. lib. 2. dec. 64. in manuſcr. Et deinceps in vna Romana computorũ Proſperi Cribelli 6. Nouem. 1596. coram Penia. tenuerunt contrarium. ſ. cautionem nõ expiraſſe ſed quod duret etiã in aliis inſtantiis ex rationibus, de quibus in eiſdẽ dec. Tutius tamẽ erit ad tollendũ oẽm cauſam dubitandi, vt notarius recipiens talem fideiuſſionem, de conſenſu tamen fideiuſſoris, & quatenus ita cauere contentus fuerit, annotet in actis eundẽ fideiuſſorẽ in obligare, ꝙ ſtabit iuri coram quocumq. iudice, & in quacũq. inſtantia, & iudicatũ ſoluet, alias velle teneri de ſuo proprio vti prin-
9 cipalis principaliter & inſolidũ. Cauens autem de ſtando iuri coram iudice incompetenti, poteſt declinare forũ: quia non videtur renunciaſſe priuilegio fori, Bar. in l. vir bonus ff. iudica. ſolui. Affl dec. 133. n. 4. Notandum etiam videtur, quod ſententia lata contra principalẽ poteſt exequutioni demandari contra fideiuſſorẽ de ſtando iuri abſq. nouo proceſſu, quia ſufficit, quod citetur principalis debitor ſecundũ Bal in l. duobus, §. igitur ſi quis, ff. de iur. iur. Port. concl. 43. lib. 1. lim. 10. fol. mihi 318. prope ſi Secus cõtra fideiuſſorẽ cõtractus, quia tũc opus de nouo proceſſu, iux. dec. Guidop. q 26. n. 1. & alias q. 215. n. 9. Sententia vero lata contra fideiuſſorẽ, etiã ſi millies tranſierit in rẽ iudicatam, in nihilo tñ præiudicat principali, vt in l. poſt rẽ, n. 3. ff. de trãſact. Neq videtur ommitten. in hoc fideiuſſorio articulo, ꝙ licet regulariter fideiuſſor conueniri non poſſit, prius quã principalis debitor, ac illius bona diſcutiantur iux. tex. de quo per Bar. in l. 1. C. de cõueniẽdis Fiſci debitoribus, li. 10. Secus tamẽ dicit Bal. in l fi. §. fi. ſub n. 2. verſ. ſed nunquid. de vſu rei iud. vbi ꝙ fideiuſſor iudicatum ſolui, non habet beneficium excuſſionis cũ exequutio leuato velo fiat ratio, quia exceptio excuſſionis eſt exceptio ordinis quæ debet opponi ante ſententiam vbi cadit obiectus, ſed hic ſumus poſt ſententiã, quia videtur condemnatus fideiuſſor, vna cum principali cuius dictũ videtur ſine difficultate procedere ſtante oblig. camerali, & iuramẽ
to

to vbi renunciatur omnibus legibus,& legum auxiliis,& conſequenter beneficio excuſſionis,& hoc vſq.adeo eſt verum ꝙ exequutio cōtra talem fideiuſſorem, poteſt etiā fieri abſq nouo proceſſu ipſo aliter non citato, teſte Aſinio in ſua praxi iud.cior.c.2.ampl.1.limit.22. ſub n.10.alleg.gl.in l.fi.verſ. perſoluere.C.de vſu.rei iud.cum aliis ibi citatis. Et licet præmiſſa iuris eſſe videantur,tamē in practica nōniſi vt ſupra dixi,obſeruatur, vt p[illegible] q[illegible]od præ[illegible] iudicati intimatione modo præmiſſo fideiuſſori facienda,conſtitoq de condemnatione debitoris ac mandati relaxatione ad illius exequutionē proceditur nulla alia facta excuſſione principal.s debitoris. De cautione autē de re præſentando,& eius exequutione interrogatus,reſpondi ꝙ ſi quis fideiuſſerit de repręſentando debitorem,ſeu reū,ſub certa pœna,& deinde reus ipſe per iudicē capiatur,& poſtea aufugeret, dubiū erat,an fideiuſſor ipſe eſſet liberatus. Et licet videatur dicen. ꝙ non: quia induſtria iudicis captus eſt,non autem fideiuſſoris,quæ propterea ei ob eſſe non debet,nec officiū ſuū quodāmodo eſſe dānoſum,l. ſed ſi quis ex ſignatorib.ff. quemadmodū teſt.ap.l.ſi ſeruus cōis,§. ꝙ vero, ff. de fur. tū contrariū eſt potius tenen. ſub hac diſtinct ꝙ vel pro eadem cauſa capitur,& ſic ex quo ſemel ſatisfactū eſt.cautio extincte remanet,nec refert,a quo [illegible]t ſatisfactū,l.fi.ff.de cond.& ſic obligatio fideiuſſoris eſt extincta. Vel pro alia cauſa captus eſt, & hoc caſu non li-
10 beratur fideiuſſor,niſi proteſtaretur de habendo ipſum pro præſentato,&nolle vlterius ſe eſſe obligatū, vt per Ang.in l.nullus.C.de exhib. reis. Et propterea inoleuit ſtylus curiæ , ꝙ iudices Ro. cur. mandāt
11 cautionē dari de repreſentando reos toties quoties:tunc.n.non inducitur liberatio fideiuſſoris,niſi per binā repreſētationē,vt in l.ſi finita in prin.ff.de dam.inf.Supeſt,vt videamus an actor ſatiſd cog.Et licet
12 in hoc varij varie loquuti fuerint, præſertim in actore forenſi,tū q.cquid ſit de iure affirman. hic eſſe arbitror , ꝙ de cōſuetudine actor nō tenetur ſatisd. de iudicio ſiſti;quia in eo non præſumitur calūnia iux. auctorit.Bar.in auth.generaliter, C.de epiſ.& cler. vbi ipſe atteſtatur quod in facti contingentia ipſe non potuit obtinere , Abb. in cap. cum in aliis , num. 2. vt lite non conteſtata. Romanus conſil. 26. prope finem, vbi quod iſtæ ſatiſdationes hodie non exiguntur , & ex conſuetudine ſublatæ ſunt allegat gloſſ.ordi inſtitut. de ſatiſdation. § ſed hodie , verſic. ſatiſdationem , & ſatiſdare de iudicio ſiſti , quis nam teneatur. Vide Alexander in conſil. 160.num. 3.4. & 5.lib. 5. & quis teneatur de iudicatum ſoluendo ibi, & quod quælibet iudiciaria ſatisdatio debet peti ante litem conteſtatam, & non poſt, text.in l. Pomponius,§.ratihabitionis,num. 7.de procurator.& l Iulianus,ff. qui ſatiſdar. cog. num. 2. in rubr.

DE

De cauſis ad A.C. per viam appellationis deuolutis, et illarum proceſſu. Cap. XXIIII.

1 *A.C. eſt iudex quarumcunq. appellationum in terris S.R.E. mediate, & immediate ſubiectis interpoſitarum.*
2 *Modus procedendi in cauſis appellationum.*
3 *Quos terminos ſufficiat ſeruare in cauſis grauaminis.*
4 *Qui termini ſeruantur in cauſa principali appellationis.*
5 *Sanantur hi termini reiterationem.*
6 *Citatio ad ſententiam.*
7 *Iudex appellationis non poteſt canonizare nouum ius.*
8 *Iudex appellationis pronunciat tantum male, vel bene appellatum.*
9 *Secus ſi ſuperueniat commiſſio.*
10 *Termini extra curiam, non ita exacte ſeruantur, prout in curia.*
11 *Iuſtificatio grauamine in iudicio interloquutorio, deuoluitur tota cauſa ad iudicem appellationis.*
12 *Qui vult ad expeditionem cauſæ procedere, integrum de partibus proceſſum producere debet.*
13 *Quando cauſa appellationis non dicitur legitime deuoluta ad Romanam curiam.*
14 *Deſerta cauſa appellationis, cui ſit cōmittenda exequutio rei iudicatæ*
15 *Termini ſeruandi pro exequutione rei iudicatæ.*
16 *Appellatio vnius prodeſt alteri habenti cauſam communem cū altero Et quæ dicatur cauſa diuerſa.*
De prorogatione fatalium, & plura alia de appell. & illius proſequutione.
Et quando iudex ordinarius efficiatur iudex delegatus.
17 *Iuriſdictio delegata derogat ordinariæ iuriſdictioni.*

1 AVditor Cameræ proprie eſt iudex competens, & ordinarius omnium appellationum, & reclamationum in terris S.R.E. tum me
2 diate, cum immediate ſubiectis interpoſitarum. Et quoad proceſſus in his appellationū cauſis firmandos, dico quod reproducta pro parte appellantis citatione vigore ſuæ appellationis obtenta, quam vti fere omnibus notiſſimam omiſi, contra appellatum legitime exequuta citatur appellatus, vel eius procurator, ſi comparuerit alter eorū, per curſorem; ſeu obtento decreto proceſſus per contradictas, ad dicendum contra litteras citatoriales, & inhibitoriales, ac inſtrumentū illarum exequutionis in partibus factæ, iuraq. producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione; quatenus opus ſit, necnon iuſtificandū, & impugnandum ad primā diem. Qui termini
3 legitime ſeruati, appellationis inſtrumento A.C. vti iudici ad quem, in

in tempote exhibitio,in iudicio grauaminis,ad euitandã cauſæ deſer-
4 tionem ſatis ſunt. Si vero appellans, vel appellatus ad cauſæ expedi-
tionẽ procedere vult, exhibet proceſſum de partibus,& termino ſub
ſtantiales ſeruat, vt in priori inſtãtia, ſiue cauſa ſit beneficialis, ſiue
prophana. Aſſerunt tamen aliqui hos terminos non eſſe ſeruandos vt
in prima inſtantia, ſed excepto termino(ad articulan. qui ſeruatur ad
5 octauã diem) reliquos oẽs ad p.d. ſeruari. Quocumq. ſit, termino ipſi
6 alterutro ex ſupraſcriptis modis ſeruati ſanantur poſtea, dum in cita-
tione ad ſententiam citatur pars, ad viden. reiterari oẽs & ſingulos
terminos ſubſtantiales male forſan, nulliter,& inculcate ſeruatos, in
vim facultatum A.C. deferri iuramentum in ſupplementũ plenæ pro
bationis, quatenus opus ſit, abſolui infraſcriptum inſtantẽ ad effectum
&c. nec non concludendum, concludiq. viden.& audien. ſententiã dif
7 finitiuã. Et iudex poſtremo per diffinitiuam ſentẽtiam pronunciat ſo-
lũmodo bene, vel male appellatũ, &c. Quia iudex appellationis nouũ
8 ius neutri partium canonizare poteſt, ſed tantum vt ſupra declarare:
cum per deuolutionem cauſæ habeat duntaxat iuriſdictionem circa
ea, quæ in prima inſtantia vertuntur, Bal. in l. per hãc, 6. col. C. de tẽp.
9 & repar. Appel. niſi forte cauſa appellationis vigore cõmiſſionis iudi-
ci cum toto negocio principali cõmiſſa fuerit, vt per Put. dec. 7. de ap-
pel.& dec. 7. de iudice. Vide tamen ad hoc tex. in l. ſi mater, ff. de inoſ.
teſtam. in contrarium allegatũ per Affl. dec. 53. n. 2. Vide etiã ad hoc
Bar. in conſ. 220. lib. 1. n. 2. vbi dicitur, quod iudex ad quem ſuccedit
in locum iudicis a quo,& illa facit quæ feciſſet ipſe ſi ab illo appella-
10 tum non fuiſſet. Prætermittendum tamen non erit in hac materia, ter-
minos extra curiã non ita exacte ſeruari, vt in curia,& ſententiam ex-
tra curiam latam, non dici nullam, eo quod non conſtat terminos ſub
ſtãtiales fuiſſe ſeruatos: ſed procedi iuxta ſtylũ illarum partiũ, vbi ſen
tentia fertur, Rot. dec. 4. de appel. in no. Rom. cõſ. 367. n. 11. Caputaq.
in cauſa Toletana penſionis, dec. 122. 23. Maii 1560. Caſſad. dec. 8. de
reſcr.& quod in ordinariis attendantur,& obſeruentur ſtatuta, ſtylus,
conſuetudo, & modus procedendi illius loci, vbi iudicium agitatur
dicit Bar.& omnes in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin.& ſid. cat. v-
bi Iaſ. in 1. lect. col. 4 n. 2. Guidop. dec. 13 Vlterius dico, q licet regu-
11 lariter appellationis ab A.C. præſertim a ſententiis latis extra curiã
non recipiantur, niſi quatenus à diffinitiua, tamen ſi vigore cõmiſſio
nis appellationis, vel ex alia rationabili cauſa illius vigore citatio ad
partes concederetur, apparente tamẽ decreto interloquutorio,& iu-
ſtificato grauamine, crederem cauſã totaliter legitime deuolutã eſ-
ſe: cum hæc ſit natura appellationis, etiã ab interloquutoria, q iuſti-
ficatio grauamine, cauſa principalis deuoluitur ad iudicem ad quẽ; vſ
que adeo, q omnia innouata reuocantur, iux. c. nõ ſolum, de appell.
12 lib. 6. Gorn. cõſ. 58. n 3. li. 2 Et licet appellans de grauamine docere,
& pro-

& proceſſum de partib. producere teneatur; tamē ſi cauſa appellationis ex ſupra,& infra dicendis eſt legitime deuoluta, appellatus expeditionem cauſæ in principali negocio deſiderans, proceſſum integrū de partibus ex diſpoſitione Concil. Trid. ſeſſ. 3. c. 3. de refor. & ſeſſ. 25 c. 20 producere obligatur, vt per Crau. conſ. 173. n. 95. idem de appellante cauſæ expeditionem petente dicimus. Cuius quidē Concilii diſpoſitio habet etiam locum in prophanis, vt coram Platto fuit annullata ſententia A.C. ob nam tranſportationem actorum,& in vna Romana de Herculanis 5 Iun. 1589. & alias corā Robuſterio in vna Maioricen. Canonic. 18. Feb. 1591. terminos autē ſeruandos in hac interloquutoria ſententia habes per Veſtr. in c. 6. lib. 5. de obſeru. term.
13 in artic. grauaminis. Qn̄ autem appellationis cauſa non dicatur ad Ro. Cur. quę vnicuiq proprium eſt forum, legitime deuoluta, vt puta defectu mandati procuratoris appellantis, de quo omnino cōſtare debet, Alex. conſ. 101. n. 8. vol. 5. cum concordan. ſeu defectu citationis non legitime in partib. exequutæ, vt in Formulario Aduocatorum & & Procuratorū Ro. Cur. de deuolutione cauſarū ad Rom. curiā tit. 1.
14 & ſeq. Qn̄ autem cauſa appellationis deſerta,& an exequutio rei iudicatæ coram iudice a quo, vel ad quē petenda ſit, videtur diſtinguēdū. Aut cauſa appellationis non reperitur alteri cōmiſſa,& tūc executio ſpectat ad iudicē a quo,& coram quo cauſa deſerta eſt, lib. 2. & ibi gl. in ver. exequution. C. de temp. appel. Franc in trac. de ſtipulat. pet. in 2. dub. 1. vol. Si vero reperitur alteri iudici cōmiſſa, debet fieri exequutio per iudicem ad quem, gl in c. paſtoralis. §. præterea, in verb. di-
15 ſcuſſa, de off. & por. iud. Mohed. dec. 36. ſeruatis prius quatuor terminis ad docen. de appellatione illiuſq. legitima proſequutione, de quibus in prox. ſeq. cap dicetur. Qui termini neceſſario de ſtylo curię ſeruantur: quia poſſet pars citata docere de legitimo impedimento, quare intra annum, vel aliud tēpus a iure ſtatutū non proſequuta fuerit cauſa appellationis, vel aliter de debitis requiſitis diligentiis,& ſic ꝑ daretur ſecundus annus; alias ſi non docuerit, iudex exequi debebit. Et ꝑ pars eo modo ſuper d. exequutione citanda ſit, tenet Bar. in l. 1. in fi. ff. nil. inno. app. pend. Alex. in l. præſes. col. fi. ff. de re iud. Et ad pręmiſſa proceditur etiam ꝑ ſuper d. deſertione non fuerit pronunciatum
16 vt per Guidop. dec. 213. n. 5. Addendū etiam eſt in hac appellationis materia, ꝑ appellatio vnius prodeſt alteri habenti cauſam cum altero cōem,& annexam: ſic in prorogatione fatalium, Put. dec. 486. lib. 2 per tot. Annexæ autem nequaquam dicuntur, ſi ſint plures,& diuerſæ cauſæ, ac diuerſitatem habentes, l. ſcire debemus, ff. de verb. obl. Cæterum quæ ſit appellatio, quomodo interponatur, quare reuerentiales, quare teſtimoniales,& quare refutatorii Apoſtoli dicātur, quando detur terminus iuris, quæ ſit differentia inter terminū iuris ſimpliciter datum,& cum illa dictione,& interim quandocumq. quando habeat

appel-

appellans annum ad committendum,&biennium ad proſequen.cauſam, quid intra annum appellans facere teneatur, vt bienniũ ad proſequen.habeat,de prorogatione primo ad annum,& poſtea an 6.mẽſes cõmiſſione præcedente, & quando prorogationis terminus incipiat currere,vide Veſtr.in eius pract. Cum ille de his omnibus ex profeſſo,& copioſe tractauerit,ſuper illis laborare nolui. Hoc vnum addo, quod coram A.C.in hiſce appellationum cauſis, quæ committuntur vigore commiſſionis ſeruantur termini ſubſtantiales nulla paruę ſummæ habita ratione:nec ſtylus reperitur in contrarium.Iudex.n.appellationis, non dicitur proprie iudex ordinarius, ſed potius delegatus, Guidop.q.632.n.22. Secus tamen dicendũ erit in cauſis deuolutis vigore appellationis à ſententiis latis extra Ro. Cur. in quibus a 200. infra nulli ex forma ſuarum facultatum ſeruantur termini ſubſtantiales, quoniã tanquam iudex ordinarius habetur,non autẽ iudex delegatus,quotieſcunq.autẽ iuriſdictioni ordinarii aliquid additur,vel diminuitur,tunc iudex ordinarius efficitur delegatus.Iaſ in l.ius autem n.2.& ſeq. de iuſt.&iur.Abb.in c.licet n.3.verſ.ad hoc adduco,de off.
17 ord.& ibi Feli.in princ.Riminal. iun.conſ.32 num.72. Si tamen iudex habeat duplicem facultatem ordinariam.ſ.& delegatam, termini ſeruandi ſunt tanquam in cauſa commiſſaria:quia in his ſemper attẽditur auctoritas delegata,quæ eſt maior, vt etiam atteſtatur Bucca in ſua antiqua praxi d.tribunalis A.C.Iuriſdictio enim delegata derogat ordinariæ iuriſdictioni,c.ſtuduiſti,de off leg & c.ſane,de off deleg. Vide tamen ad hoc deciſionẽ factã in cauſa Auximana dotis, coram Seraph.5.Maii 1581.quam ſuperius citaui in c.12.præſentis lib.ad quã me remmitto.& Maran.de ord.iud p.4.diſt.5.n 36.Et quod papa mortuo non expirat iuriſdictio iudicis delegati poſt citationem,atteſtatur idẽ Maran.in 4.p.n.16.Vide in diſtinct. Bar. in tract. de iuriſdictione n.17.vbi quod per citationem perpetuata eſt iuriſdictio, & in iudice ordinario remanet iuriſdictio ſibi conceſſa. vt ibi num. 18.

De exequutione rei iudicatæ. Cap. XXV.

1 *Terminus ad appellandum eſt decendium,& quando incipiat currere.*
2 *Fatalia vnde dicantur, & quare.*
3 *A.C.pronunciat vti iudex ordinarius, & qui ſeruantur termini.*
4 *Si A.C.pronunciat tanquam Iudex delegatus,non eſt opus cõmiſſione*
5 *Commiſſionis huiuſmodi formula.*
6 *Termini poſt commiſſione ſeruandi .*
7 *Iudex delegatus non procedit in curia ad exequutionem rei iudicatæ, niſi praeuia commiſſione exequutoriali.*
Secus procedit in A.C. & quare.
8 *Sufficit commiſſionem præſentatam eſſe in banco Curſorum infra de-*
cen-

cendium, & quare.

6 *Secus in proſequutione cauſæ appellationis.*

10 *Si aliquis actus ſit vltra commiſſionem in primo anno, datur ſecũdus*

11 *Commiſsio debet infra modicum tempus redimi a banco Curſorũ, & quale tempus dicatur modicum.*

12 *Tempus vacantiarum non habetur in conſideratione, quoad præſentationem commiſsionis.*

13 *Fatalia interim non currunt.*

14 *Poſſeſsio, quæ aſſequuta fuit, deſerta appellatione, nõ dicitur attẽtata.*

15 *Poſſeſsio capta poſt deſertionem, nullis ſeruatis terminis pro exequutione rei iudicatæ, nulla eſt.*

16 *Quædam alia de attentatis.*

17 *Appellatio non recipitur ab exequutione.*

18 *A pronuntia de exequendo datur appellatio.*

19 *Ab hoc decreto quomodo Signatura reſcribat.*

20 *Pronuncia ſuper deſertione cauſæ neceſſaria non eſt.*

21 *Condemnatus per tres ſententias non auditur, niſi remedio reſtitutionis in integrum.*

22 *Quomodo concedatur huiuſmodi reſtitutio.*

23 *Sententia, & res iudicata non exequitur ſine proceſſu.*

24 *Rota non exequitur ſententias latas extra Rotam, niſi guſtato negocio principali circa iuſtitiam, vel iniuſtitiam ſententiæ.*

25 *Pars renunciare videtur rei iudicatæ ſi permittat teſtes recipi poſt rẽ iudicatam.*

26 *Proteſtatio eſt repetenda in quolibet actu pro cõſeruatione iuris proteſtantis in iudicialibus, ſecus in extraiudicialibus.*

27 *Appellatus volens ad vlteriora procedere poteſt per contradictas appellantem citare.*

28 *Secus quando cauſa deſertionis principaliter committitur.*

29 *Debitor ſimpliciter obligatus habet quadrimeſtre ad ſoluendo, & Debitor quamprimum ſoluere obligatus, bimeſtre habet ad ſoluẽdũ.*

30 *Debitore condemnato per ſententiam, & rem iudicatam exequutio cõtra eum ſtatim committitur.*

31 *Et quod mulier honeſta non carceratur, & quæ dicatur mulier honeſta.*

1 LApſo termino decem dierum, qui datur ad appellãdum, iux. dec. 30. de appell. in nou, Felyn. in c. quoad conſultationem, num. 25. verſ. 2. concluſio, de re ind. & qui a die ſententiæ, ſeu illati grauaminis curri, vt in cap. . . . de appellat. in clemen. & ibi no. Veſtr. in eius praxi lib. 2. c. 10. nu. 2. & parte non appellante, ſeu intra tempus a iure ſtatutum non committente cauſam appellationis, vel alias proſequi nigligente, poſt lapſum fatalium, quę dicuntur a fato, ideſt mor-
2 te: ſicut enim mors hominem, ſic fatalium lapſus appellationem

 extin-

extinguit. (Hic addo, quod ſi ſententia feratur, prout ſæpe ſieri ſolet, ſub conditione, vt puta niſi ad primam diem cum intimatione, vel alia ſimili, dictum tempus decēdij currit à die ſententiæ, quia ex hoc ſententia non pendet, ſed illius effectus, & exequutio, Bart. in l. 1 §. biduum.ff.quando appellandum ſit, n. 3. Quoniam Iudex ferens ſententiā ſtatim incipit grauare, vt tenuit Rota in vna Romana domus de Monte Iordano coram Brauio dec.diuerſ.675.1.par.nu.3. Et licet tempus ad appellandum currat de momento ad momentum, vt not. idem Bar. in d.l.1.§. dies n.1.eod. tit. tamen de vſu, & conſuetudine tribunalis A.C. ſemper meo tempore obſeruatum fuit, & obſeruatur quod decendium ad appellandum currat a die ſententiæ, quia dictio a, vel ab, eſt excluſiua, & ſeparatiua illius diei, quia ſententia datur, vt optime declarat Gomeſ. in reg. de infirmis reſignan.q.37.per tot. Dec.in c.ſuper n. 35.36. & 37.de appellatio. Quando autem terminus aſsignatur ab hac, vel ab illa hora, tunc fit computatio de momēto ad momentū, & in hoc vide plura, quæ ſcribit Bal. in l.eos. §. ſin
2 autem, nu.5. & ſeq. C. de appellat. Si autem ad rei iudicatæ exequutionem procedere vis ita diſtingue, vel A. C. pronunciauit vt Iudex ordinarius, vel vt delegatus: vtroq. caſu quatuor terminis per totidē citationes gradatim, & ſucceſſiuè ſeruatis, videlicet, ad docendum de prætenſa appellatione, illiuſq. legitima proſequutione primo pro prima, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, & quatro pro quarta, ac ſuperabundanti dilatione, rurſus citatur pars, ad videndum taxari, & moderari expenſas in cauſa factas, illaq. taxatas, & moderatas ſoluendum, alias videndum, tam pro illi quam contentis in ſententia relaxari mandatum exequutiuum in ſententia decretum. Et ſic præuia expenſarum taxatione, & liquidatione Iudicis; ſi tamen ab exceſſiua illarum liquidatione, vt in cap.23.1. libro ſcripſimus appellatum non fuerit; relaxatur mandatum pro ſumma, ſeu re, in qua reus fuit con-
3 demnatus, & pro expenſis. Nonnulli autem nimis curioſi, vt execu-tionem rei iudicatæ obtineant, adeunt Signaturam Iuſtitiæ, & com-
4 miſsionem exequutorialem obtinent, per quam A.C committatur, vt præfixo aduerſario aliquo breui, & peremptorio termino, loco quatuor terminorum de ſtylo Curiæ ſeruari ſolitorum, ad docendū de prætenſa appellatione, illiuſq. legitima proſequutione, quo elapſo, & nihil, quod releuet docto, omnes expenſas in cauſa factas taxet, & tam pro illis, quam aliis omnibus in ſententia contentis mandatum exequutiuum decernat, relaxet, & exequatur &c. Qua commiſsione præſentata, partem citari curat, ad dicendum contra commiſsionem in actis præſentatam, & videndum præfigi terminum iuxta illius formam. In cuius præfixione Iudex interloquitur ad ſe-
5 cundum cum intimatione. Hac intimatione exequuta, & termino prædicto, elapſo citatur pars eo modo, quem in proceſſu primi caſus

6 ſus poſuimus. Et licet in præmiſsis videatur dici poſſe, quod iudex delegatus de iure communi poſsit exequi ſuam ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum abſque alia commiſsione, vt in c. quęrenti de offic. deleg. Bart. in l. à Diuo Pio 1. reſpon. nu. 2. ff. de re iud. tamen in curia non ſolet exequi, niſi obtenta ſpeciali commiſsione, propter præſentiam Principis, Caſsad. dec. 13 nu. 4. de reſcript. & dec. 3. in fin. de dol. & contum. Secus tamen procedit A. C. in vim eius ordinariarum facultatum quaſcunq. cauſas commiſsarias &c cognoſcendi: in quibus habetur tanquam Iudex ordinarius. Præſertim quia commiſsio cauſæ non alterat iuriſdictionem ordinariam A. C. Felyn. in cap. cum ex officiis num. 19. de præſcript. in c. licet in princ. de offic. ord. quem ſequuti fuerunt DD. de Rota, vt in dicta Auximan. dotis, in

7 proximo præceden. cap. citat. in fin. Nec ſilentio prætermittam, quod ſi commiſsio appellationis expedita ſit, licet non fuerit præſentata intra terminum à iudice à quo ad appellationem inchoandam conceſsum ſi probetur ante eundem terminum lapſum in banco Curſorum fuiſse, dicendum erit cauſam ſufficienter commiſsam, vt per Creſcen. dec. 25. Io. Pau. dec. 34. Caſsad. dec. 4. de appel. licet infra modicum tempus redimi, & præſentari debeat, Aug. lib 3. dec. 16. 26. & 362. Put. dec. 6 de appel. Commiſsio enim iam eſt imperrata, & terminus a iudice non eſt datus ad proſequutionem finiendam,

8 ſed ſolummodo inchoandam. Fallit hoc in proſequutione appellationis intra annum, etenim tempus hoc non ſolum ad inchoandam, verum etiam ad finiendam appellationis proſequutionem datur: & idcirco impetratio commiſſionis in fine anni facta nihil prodeſt: & an-

9 no reuoluto cauſa deſerta remanet. Secus ſi intra annum commiſſio, non ſolum impetretur, ſed præſentetur, & aliquis præterea actus fiat quia tunc ſecundum cōcederetur fatale, vt latius explicatur per Veſtrium lib. 6. ſui tractatus. Quibus addo pro clariori intelligentia eorum, quæ dicuntur de modicitate temporis redimendi commiſſionem a bāco Curſorum ad deſertionem cauſæ euitandam, quod alias fuit habita pro deſerta appellatio Franciſci Zelæ, ex quo ſtetit per vi

1 ogintiſeptem dies, antequam redimeret Commiſſionem a Curſoribus; non obſtante quod infra decem dies præſentata fuiſſet, & appoſita manus Curſorum a tergo, vt in cauſa Giennen. Scholaſtriæ inter dictum Franciſcum, & Ioannem Solanum 18. Februarii 1540. coram R P. D. Peregrino. Vide tamen ad hoc aliam deciſionē in cauſa Vlixbonen. Parochialis 19. Nouembris 1551. coram Reomano: in qua habetur, quod ſaltem infra menſem debet redimi, & iudici præſentari. Et propterea cum in hoc articulo diuerſas viderim deciſiones diuerſimode loquentes, ex illarum auctoritatibus quicquam in hoc praxis libello conſtanter affirmare non audeo. Sed tantum de obſeruantia atteſtor circa præmiſſa, prout infra retuli in cap. 31. de ap-

P 2 pel-

pellationibus, remittendo me ad DD. tam antiquos, quam moder-
nos, qui ſuper ſtylo ſignaturæ late ſcripſerunt. Tempus autem vacan
11 tiarum non habetur in conſideratione reſpectu preſentationis com-
miſſionis appellationis: quoniam ſi commiſſio diu fuiſſet in banco,
& conſtaret de nimia negligentia in præſentando, dictum tempus va
cantiarum non excuſaret a deſertione, vt per Creſ. dec. 20. de appell.
12 Put. dec. 6. eod. tit. licet reſpectu fatalium habeatur ratio, quod eo
tempore ea non currant, vt in vna Tiburtina Caſtri Artularum, corã
Caputaquen. de anno 1554. & in alia Pampilonen. decimarum corã
Chiſanen. & quod dictum tempus de medio tollatur, vt ibi. Circa
autem hanc deſertionis materiam non ab re cenſui referendum, quod
13 ſi quis appellatione deſerta poſſeſsionem rei de qua agitur ingrede-
retur, non aliter ea diceretur attentata, iuxta deciſ. 1. de appellat. in
nou. & alia Biſuntin. canonicatus coram Maceraten. 5. Mart. 1543.
14 Dictum tamen fuit quod erat nulliter factum, Franch. in c. non ſolũ.
§. illa vero, de appell. lib. 6. Cald. conſ 29. Imol. & Aretin. in l. quia
latronibus, §. 1. de Teſtam. Put. deciſ. 2 de appellat. Hæc, & quamplu-
ra alia in hac quotidiana materia præſenti libro ſcribere propoſue-
15 ram, vt puta, Quomodo purgentur attentata, & antequam pur-
gentur, an poſſit in negocio principali procedi, & an prius cauſa
attentatorum ſit cognoſcenda, quam cauſa nullitatis, & an fatalia
currant pendente cauſa attentatorum, & an expenſæ attentatorum
cum expenſis cauſę principalis compeſentur, & an in iudicio atten.
tatorum ſeruentur termini ſubſtantiales, & quamplura alia de atten-
tatis. Tamen cum merito arbitrandum ſit, quod omnia diffuſe ſcri-
pta fuerint per eximium I.V. doctorem Robertum Lancellottum in
Romana Curia Aduocatum in eius egregio de attentatis moderno
tractato, vlterius in his elaborare nolui; tu ad eum recurre. Rede-
16 undo igitur ad præſcriptam relatam exequutionem rei iudicatæ, di-
co, quod licet ab illius exequutione appellatio non recipiatur: l. ab
exequutione, C. quorum appellat non rec. 11. quæſt. vt ſuperius di-
ximus, & habetur in cap. nouit de iud. extra, de appellat. Tamen in
17 hoc cõtrarium dici poſſet, ſi iudex pronunciaret ſententiam fore
exequendam, vt not. gloſ. in dicta l. ab exequutione, in princ. Alex.
conſil. 113. num. 10. colum. fin. lib. 5. qui aſſerit de communi. Ta-
men ex contraria opinione doctor. vt per Corn. conſil. 71. colum.
4. lib. 1. Alciat. l. 3. §. ſi quis ita. ff. de verborum obligatione, qui
atteſtatur de communi, Felyn. in cap. quoad conſultationem, co-
18 lumn. 8. de re iudic. cum concordan. Signatura non niſi parito iu-
dicato, vel ſine præiudicio legitimæ exequutionis, vt alias diximus
reſcribere conſueuit. Hoc tamen non ita ſimpliciter intelligerem,
ſed cum diſtinctione, de qua per Capic. in deciſ. 1. num. 23. ſcilicet,
quod præmiſſa procederent quando a prima ſententia nõ admittere-

tur appellatio,& tunc neq.ab iſta ſecunda,quia non poteſt appellar a prima,nec minus poteſt appellari a ſecunda:ſecus tamen ſi prima ſententia appellabilis, ſit vt ibi.Et ppterea A C.bene procedit,realiter illam exequendo per relaxationē mandati(& in ſubſidiū per decretum excommunicationis,& ſubinde literarum declaratorialium præuiis diligentiis per exequutores faciendis) abſque eo,quod pronunciet cauſam eſſe deſertam,iuxta ſtylum Capitolinum, cum talis pronuncia neceſſaria non ſit, ad dec. Guidop.q.213.n.5.

Et licet à pronuncia de exequendo appellatio non recipiatur, vt ſuperius probauimus,attamen illa recipi debet quādo iudex exequutor excedit modū,aut grauat aliquo modo circa rem vel non admiſſionem exceptionum releuantium,Bar.Bal.Paul de Caſt.& alii in d. l.ab exequutore,Abb.Fel.& alii in c. quo ad conſultationē,de re iud. Iaſ.Rip.& alii in l.2.eod.tit. Et id potiſſimum procedit, vbi exequutor verè exceſſit,aut alias grauauit,taliſq.exceſſus,ſeu grauamē, nō ſolum eſt probabile, ſed etiam verum, Innoc.in c.in noſtra, n.5.& 6. de procur.Gemin.in c.quamuis,n.4 in princ. de elect.lib.6.quia propter præſumptionem,quam appellans habet cōtra ſe, Aegid.in c.cōſtitutus,el primo n. 31. in fin. tenetur in ſimili appellatione nominatim exprimere cauſam grauaminis aliter quam per relationem ad acta.Fel.in d.c.quo ad conſultationem, n.20. de re iud.Capic.dec.1.n. 20.& propterea non ſolet in his ſignatura reſcribere transferēdo exequutionē iudici ad quem, niſi guſtato de grauamine,vt diximus in c. 27.li.1.Condemnatus autem per tres ſententias non auditur,niſi per viam reſtitutionis in integrum,etiam ſub prætextu iurium,ſeu inſtrumentorum nouiter repertorū;licet fuerint poſt ſententias reperta,precipue cōtra actorē ad impediendā exequutionē,ad l. Imperatores,ff. de re iud.Fel.in c.ſuborta,col.7.n.10.verſ.propter inſtrumenta. eod. tit.& ad tradita per ſcribentes in l.ſub prætextu, C. de tranſact. Quæ
21 reſtitutio non cōceditur per ſignaturam,niſi cum clauſula, prout de iure parito iudicato,& ſine præiudicio legitimæ exequutionis,vt per
22 Staphil.de lit.gra.& iuſt.Sententia autē,quæ tranſiuit in rē iudicatā, non exequitur ſine proceſſu,Mohed.dec.319.Put.dec.9.de ſponſ.niſi
23 eſſemus in antiquis,Aug.lib.3.dec.164.& alias 145.Nec ſolet Rota exequi ſententias latas extra Rotam,niſi guſtato negocio principali circa iuſtitiam,vel iniuſtitiam ſententiæ, vt in vna Romana redditionis computorum,& adminiſtrationis tutelę inter Dominum Vincentium de Aſpra,& Archangelum Patritium Aduocatum conſiſto
24 rialem, coram Capūtaq. Imo etiam A.C. non ſolet exequi ſimiles ſententias ſine commiſſione , & proceſſu. Notandum eſt amplius, quod ſi pars,aduerſus quam rei iudicatæ exequutio petitur , vellet poſt rem iudicatam teſtes examinare,poſtulans eiuſmodi exequutionē debet opponere de re iudicata ,& proteſtari,quod illa ſtāte aduer

ſarius nullo modo audiatur, niſi parito iudicato; & hac ſimilem proteſtationem in quolibet actu repetere, vel ſaltem primæ proteſtationi addere, quod in quolibet actu faciendo hæc proteſtatio ſemper cēſeatur repetita, ita quod per quęcunq. actum, etiam poſitiuum, non intendit illi renunciare, prout in his iudicialibus requiritur, alias non tenet, ſed videretur renunciare, vt per doct. & Alex. in l. non ſolum. §. morte. ff. de nou. oper. nunc. quam tenet pro communi. ita etiam te-
26 net Inno. in c. cum ante, de elect annot. Mohed. 14. In extraiudicialibus vero pro conſeruatione iuris proteſtantis, ſufficit vnica proteſtatio, Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætorij. ff. de nouis operib. nuntiat. vſq. adeo, quod ſi iudex ꝗ, proteſtatione ſpreta aliter faceret, debet appellare, quia patiētia partis permitteris teſtes examinari, poſt rem iudicatam nocet rei iudicatæ, vt ſupra dixi, & illi renunciare videtur, vt per doct. in cap. quoniā contra, de probat. & in cap. inter monaſterium, de re iudic. Iaſon. in l. patre functo. ff. de his, qui ſunt nu. 22. Vnde teſtibus examinatis, ſi pars altera ſignaturam adit, obtinet reſtitui aduerſus rem iudicatam, conſtito prius de bono iure. Reliqua de fataliū prorogatione vide apud Veſt. lib. 6. Verum ſi A. C. committeretur cauſa appellationis à diffinitiua intepoſita, & ex aduerſo exciperetur de re iudicatæ, & deſertione cauſæ appellationis, ille de hac cognoſcere poſſet, & deinde ad illius exequutionem procedere abſque noua commiſſione. (Vide ad hoc Bart. in Authent. in §. ſi quis contra de ſanctis Epiſcop. nu. 2.) Quia commiſſa cauſa principali, & acceſſoria commiſſa cenſetur. Et cum negocium principale fuerit ad Romanam Curiam deuolutum illud in ea ſemper remanet cum omnibus ſuis ſequelis, & dependentibus, quę ibidem tractanda & remanenda eruut, in tantum quod contra appellantem per audientiam contradictarum procedi poteſt, vt per Rot. dec. 424. de appellat. nu. 1. in nou. & alias dec. 152. ibi citat. Secus vero, vbi ſolummodo
28 cauſa deſertionis principaliter committitur; tunc enim non proceditur per contradictas, ſed appellans ad negocium exequutionis eſt legitime citandus: quia citatus forſan deſertionem excuſabit probando legitima impedimentā, vt in d. deciſ. ſuperius citat. num. 2. in fine.
29 Ad propoſitum relatæ exequutionis aduertendum eſt, quod licet debitor ad ſolutionem debiti, abſque aſſignatione alicuius termini obligatus, videatur tempus legale habere, (quod Caſtr. quadrimeſtre eſſe innuit,) vt in l. tempora, C. de temporibus, & reparation. num. 5. & cum illa dictione quamprimum, bimeſtre tantum habeat, vt per
30 Put. dec. 266. lib. 1. num. 6. tamen quando debitor eſt condemnatus per ſententiam, & rem iudicatam, illa tunc ſtatim contra debitorem condemnatum exequutioni demandatur, vt per eundem Paul. de Caſtr. in d. l. tempora, eodem titulo. Et quia hoc quotidie accidit in Curia, multum proderit monuiſſe.

31 Amplius in hoc exequutionis rei iudicatæ articulo, non videtur omitten. quod ſi mandatum obtinebitur contra honeſtam mulierẽ exequutio perſonalis, ex iuris diſpoſitionis prohibetur, vt per Hippol. de Marſil in ſing. 248. conditio mulierum, vbi excipit aliquos caſus, in quibus mulier licite valeat carcerari, quæ autem dicatur mulier honeſta vltra ibi relata habes per Lancellot. in ſecunda par. cap. 12. de attent. appell. pend. ampliat. 15. num. 17. vbi quod de illius honeſtate remittitur arbitrio iudicis.

De aliquibus pertinentibus ad proceſſum Cauſarum criminalium. Cap. XXVI.

1 *Contra quas perſonas, & ſuper qua re A. C. criminaliter procedat.*
2 *Quomodo procedat.*
3 *Non procedit cõtra Cardinales, nec Epiſcop., abſq. Pontificis mãdato*
4 *Citat quoſcunq. vbius degentes pro delictis in Bulla Cœnæ Domini.*
5 *Dat monitoriũ ad perſonaliter comparendũ, ſi probatio eſt in prõptu.*
6 *Cum probationes non ſint in promptu, quid facere ſolent.*
7 *Quid agat delegatus Iudex vigore litterarũ A. C. pro capiẽdis inditijs.*
8 *Factis probationibus A. C. Monitorium perſonale decernit.*
9 *Quomodo poſt monitorium exequutum procedatur.*
10 *Citatur procurator fiſcalis in omnibus actibus, & iuriũ copia ad eũ mittitur.*
11 *Quæ merces ſubſtituto fiſcalis examini interuenienti olim ſoluebatur*
12 *Sententia quæ ad rei fauorem fertur.*
13 *Inſtigator apertus poteſt in expenſis condemnari.*
14 *Fiſcus in expenſis non condemnatur.*
15 *Contra citatum non comparentem, quo pacto proceditur.*
16 *Criminales cauſæ litis conteſtationem non exigunt.*
17 *Quæ citationes contra reum monitum non comparentem fiunt.*

1 AVditor Cameræ contra quaſcunq. perſonas quantumuis priuilegiatas pro quibuſcunq. & quantumcumq. enormibus criminibus, & delictis, tam in Vrbe, quam extra eam tanquam iudex competens, nullo habito aliorum Iudicum, & tribunalium Vrbis, inter quos locum habet præuentio, reſpectu, audit, cognoſcit, & deci-
2 dit, & procedit ad Procuratoris Fiſcalis denunciationem, vel partis querelam, vel ex officio, via inquiſitionis, iuxta naturam cauſæ, ſeu
3 delicti, de quo quæritur, ac iuris diſpoſitionem. Excipiuntur ex perſonis prædictis, Cardinales, & Epiſcopi, contra quos ob dignitatis re-
4 uerentiam de ordine fel. record. Pij Papæ Quinti, ac etiam ex tenore facultatum A. C. non procedit, niſi præuia commiſſione manu Papæ ſignata. Præterea pro quibuſcunq delictis, & caſibus in Bulla die Cœnæ Domini quotannis legi conſueta comprehenſis citat, &

vocat ad Vrbem a quibuſcunque mundi partibus omnes delinquentes Laicos,& Eccleſiaſticos,ac (facto tamen prius verbo cum ſanctiſ
5 ſimo) etiam Epiſcopos Si probationes fuerint promptæ,dat monitorium ad partes de comparendo in Curia coram eo, perſonaliter, & non per Procuratorem, ſeu excuſatorem aliquem intra competentē terminum iuxta loci diſtantiam: cuius monitorij exemplar habes in-
6 fra in poſtremo libro. Si probationes non ſunt promptæ, habito aliquo delicti fumo, litteras pro habendis inditiis decernit. In quibus delegat aliquem in partibus iudicem in Eccleſiaſtica dignitate cōſtitutum, ad recipiendas probationes neceſſarias ſuper delicto, de quo
7 quis imputatur. Harum formulam eodem in libro inuenies. Litterarum huiuſmodi vigore, iudex delegatus teſtium depoſitiones ſecrete recipit,& ſcripturas extrahit. & perfecto proceſſu informatiuo, illum occluſum, & obſignatum ad A.C. mittit, qui probationibus vi-
8 ſis, monitorium ſub grauiſſimis pœnis, atque cenſuris ad perſonali-
9 ter comparendum relaxat. Quo exequuto tenetur reus per ſeipſum comparere,& ſe examini ſubiicere. Quem iudex, ſi ex illius depoſitione culpabilem, ſe ſatis inditiatum inueniet, ad ſecretos carceres duci mandat: & ,ibi pluries repetito examine, conceſſis deinde inditiorum copiis cum debitis ad ſuas defenſiones faciendas dilationibus,ad cauſæ expeditionem iuxta exitum probationum deuenit,condemnando,vel abſoluendo. Si reus inquiſitus,&proceſſatus nihil fatetur in ſuis depoſitionibus, & teſtes pro informatione Curiæ examinati repetendi veniunt, recepta ab illo cautione de ſe repræſentando ſingulis quibuſque diebus coram iudice, ſeu notario ſub pœna confeſſatorum criminum,de quibus imputatur, vel alias arbitrio iudicis
10 ſolet a carceribus relaxari. Cum autem ad cauſæ expeditionem erit deueniendum Procurator fiſcalis citabitur ad omnes actus requiſitos, & ad eum copia omnium iurium producendorum mittetur. Et
11 ſi reus teſtes aliquos examinare voluerit, Subſtitutus fiſcalis examini interueniet, cum pro mercede cuiuslibet teſtis ſcutum vnum ſolui conſueuerat,hodie tamen nihil ſoluitur. His teſtibus examinatis, ac
12 iuribus ſuis productis, & demum citato Fiſco ad ſententiam,eo, quē in ciuilibus cauſis retulimus modo, reus abſolutoriam ſententiam obtinebit, in qua iudex pronunciabit ipſum non repertum culpabilem, neque de iure punibilem, & ab omnibus imputationibus abſoluendū ac Curiæ,Fiſco,& inſtigatori, ſi quis erit ſuper illis perpetuum ſilen-
13 tium imponendum. Si aderit apertus inſtigato, poterit condēnari in expenſis,& contra ipſum iniuriarū actione, & inſimul ad dāna, & in-
14 tereſſe agi. Si vero non adeſt,Fiſcus non cōdemnatur. Si reus perſo-
15 naliter citatus non cōparet,contra eū ad contumaciales pœnas,nullis aliis factis exactis probationibus, nec aliter lite cōteſtata, imo ad
16 Eccleſiaſticas cenſuras(nulla facta diligētia de realiter,aut perſonaliter

liter exequendo) proceditur, vt per Clar. in §.fi. pract. cri.q. 45.verſ. & in primis, & licet dicatur, quod in criminalibus debet procedi ad inſtar cauſarum ciuilium iux.tex.in l. abſentem, ff. de pœnis. Vidi tamen obſeruari, & practicari, quod in cauſis criminalibus non requiritur aliqua diligentia, vt in ciuilibus, neque litis conteſtatio, vt ſupra probatum eſt. Sed tantum reproducto monitorio in partibus legiti-
17 me exequuto, lapſoq. termino ſibi ad comparendum aſſignato, citatur reus per contradictas, ſiue edictum publicum, ad dicendum contra litteras monitoriales, & citatorias ad partes decretas, & exequutas, & reproductas, iuraque producta, & repetita, videndumq. iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, necnon docenſe dictis litteris paruiſſe primo pro prima dilatione, & ſubinde præmiſſis aliis tribus citationibus, ſecundo. ſ. pro ſecunda, tertio ꝑ tertia & quarto ꝑ quarta, & ſuperabundanti. Poſt hæc ſubſequitur citatio, ad concludendum, concludiq. videndum, & audien ſententiam declaratoriam. Quibus omnibus citationibus, & dilationibus præmiſſis, iudex demum in termino citationis ad ſententiam contra reum vt ſup. monitum, & non comparentem, ac contumacem profert ſententiam declaratoriam. Si tamen reus poſt latam ſententiam comparet, admittitur refectis expenſis contumacialibus iux.tex. in l. ſancimus, C. de iudic. Dec.conſ.34.n.6. Alex.conſ.34.n.6.lib.1. Et tunc Aud. Cam. refectis expenſis reum contumacialiter excommunicatum, & declaratum abſoluere, & ex integro audire ſolet. Quæ quidem ex penſæ ſemper reficiuntur ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agitur vſque adeo, quod iuſta ignorantia, vel iuſta cauſa litigandi nunquam excuſat ab eis, Alex. in l. properandum, §. ſin autem, nu.8. C. de iudicijs.

Aliqua de nullitatibus Cap. XXVII.

1 *Mandatum procuræ quomodocunq producitur parte non opponente.*
2 *Pupilli reſtituuntur aduerſus negligentiam procuratoris non exibentis mandatum.*
3 *Repetitio proteſtationis requiritur in quolibet actu iniudicialibus, ſecus in extraiudicialibus.*
4 *Procurator quando præſumitur habere mandatum.*
5 *Iudex parte iſtante debet prius pronunciare ſuper nullitate.*

ET licet plura in hoc praxis libello circa articulum nullitatis referri potuerint, tamen quia plures doctiſſimi viri in hoc ex profeſſo ſcripſerunt nihil aliud huic addo niſi tantum tyrones, & iuuenes iuuenes iuris conſultos admoneo, quod in quolibet proceſſu ab eis agitando mandatum procuræ apud acta notarii cauſæ quam primum exhibere, & producere curent, ne proceſſus per eos formandus, & ſententia fereda vitio nullitatis ſubiiciant, cũ talis nullitas tãquam vna

1 ex tribus inſanabilis ſit, & licet mandatum procuræ quandocunque produci poſſit. Rot. dec. 19 de procur. in antiq. Put. dec. 333. n. 7. lib. 2. hoc tamen intelligendum, parte non opponente, & niſi forſan verſaremur in cauſa pupillorum, pro caſu ad validan. ſententiam eis datur
2 reſtitutio in integrũ aduerſus negligentiam procuratoris non exhibentis mandatum, vt fuit reſolutum in vna Romana expenſarum culturæ 29. Apr. 1591. coram Pamphilio. Ideo procurator actoris diligẽs ſit in productione mandati procuræ, procurator verò rei cõuenti pariter diligens ſit in illius oppoſitione, quã in quolibet actu repetat, præſertim in actu prolationis ſententiæ, alias per proceſſum iudicis factum ad vlteriora illi oppoſitioni renunciatum eſſe cenſetur. Io. de
3 Anan. in conſ. 93. col. 2. & ita etiam audiui reſolutum fuiſſe in vna Siracuſana, coram Platto, de anno 1596. & quod in iudicialibus requiratur in quolibet actu, alias videtur renunciare iuri ſuo habetur per Mohed. dec. 2. de iudic. in extraiudicialibus vero ſufficit vna tantum proteſtatio per doctri. Alex. quam DD. de Rota tenuerunt pro communi in l. non ſolum morte, ff. de oper. nou. nũc. cum aliis ibi citatis. Nec rationi diſſonum videtur dicere, ꝙ procurator præſumitur habe
4 re mandatum quando penes ipſum reperiuntur iura facientia ad cauſam quæ produxit, cũ præſumantur ſibi tradita per principalẽ. Rom. cõſ. 446. in fi. Bar in l. 3. §. cauſæ, n 2. ff. de Carbo. & Caſſad. dec. 3. n. 5 de procu. Spec. in tit. de ſatisd. §. viſo, ſub nu. 4. Rota in vna Salaman. portion. 10. Ian. 1547. coram Acorambono. Rurſus eos admonendos eſſe cenſui, ꝙ ſi ab eis fuerit ex præmiſſo, vel alio quocunq. capite cõmiſſa cauſa appellationis & nullitatis ſentẽtiæ in primis, & ante omnia inſtare debent apud iudicẽ, ꝙ ſuper ea pronuncietur. Marcheſ. in c. 1. p. 2. ſub n. 82. de commiſ. ſanat nulliter allegat Veral. dec. 26. lib. 1. Chiſanen. dec. 172. Put. dec. 72. lib. 3. ſi vero iudex viderit eam nullitatis vitio non ſubiacere ad euitandum litis circuitus poterit ad vlteriora procedere, tacite repellendo propoſitam nullitatis exceptionem, vt per eundem Marcheſanum ibi.

De tranſportatione proceſſus. Cap XXVIII.

Aliqua de tranſportatione iudicij

IAm dixi de proceſſu tranſportatione, & nunc repeto, ꝙ inter alias infinitas deciſiones habitas ſuper integra proceſſus tranſportatione habes etiam inferius ſcriptam, cui poterit etiam applicari doctri. Iaſ. in l. is apud quem. C. de eden. ſub n 14. vbi habetur ꝙ ſententia iudicis tanquam lata non viſis actis nulla eſt, allegat Bart. tenentem, quod ſententia lata non viſis actis ſit ipſo iure nulla, tanquam lata ſine cauſæ cognitione, vt ibi in fine dicti n. 14. ad hæc tamen aduerto

circa

circa nullitatem, defectu tranſportationis proceſſus, quod opponenti de non integra tranſportatione ipſi incumbit onus probandi huiuſmodi defectũ, vt fuit dictum in vna Ceſenaten. de Caççiaguerris 15. Ian. 1599. corã Litta, vbi atteſtatur id pluries fuiſſe reſolutũ in Rota.

R. P. D. LANCELLOTTO.

Valentina Parochialis. Die 13. Ianuarij 1580.

EPITOME.

NOn tranſportato proceſſu primæ inſtantiæ denegatur audientia in ſecunda.

SVMMARIVM.

1 *Agens non poteſt audire non tranſportato proceſſu primæ inſtantiæ.*
2 *Clauſulæ, quam, & quas intellectus.*
3 *Quid dicendum ſi agens aſſerat eo nolle vti.*

1 DVbitaui in cauſa Valentina Parochialis de Campanari an poſſit Rector audiri non tranſportato proceſſu primæ inſtantiæ, quo tamen ipſe dicebat nolle vti 13. Ian. 1580. fuit reſolutum non poſſe audiri, obſtat enim ſibi Concil. Trid. ſeſſ. 24, cap. 20 cui de facili fraus fieri poſſet ſi quis ſuccubuerit in prima inſtantia ſub ſpe alterius iudicii vellet procedere, prout in prima in dependentibus ab eodem negocio, & ad cauſam iam commiſſam, quæ ſine dicto proceſſu expediri non poteſt.
2 Non obſtat clauſula, quam, & quas quia poſt Conc. Trid Signatura, & Rota intelligunt, vt non operetur niſi tranſportato proceſſu in cauſis appellationis, vel dependen. ab eiſdem. Non obſtat, quod ipſo
3 nolit vti, & velit proſequi aliud iudicium, quia non poteſt ſtatui an idem ſit iudicium, vel diuerſum niſi viſo dicto proceſſu, vel adeat ſignaturam, quæ mandet, vt procedatur, prout in prima.

De appellatione a ſententia conditionali.

Cap. XXIX.

1 *Appell. à ſententia, licet conditionali infra decẽ dies interponenda eſt.*
2 *Mãdatũ decreti cũ intimatione, ſi de ea nõ apparet nulliter eſt relax.*
3 *Plura alia de appell. ab interlocutoria, Et quæ dicatur interlocutoria*

ET licet plura remiſſerimus in hoc appellationis articulo tãquã in omnibus Vrbis tribunalibus quotidiano tamen, non inutile
præ-

prætermittendum erit, ꝙ licet ſententia conditionalis ſit, tamen appellatio interponenda eſt infra decem dies a die latæ ſententiæ. Lancell.in 2.p.c.12.de atten.appell pend.limit.50.n.119.ratio,quia licet ſententia lata ſit ſub conditione tamen ſtatim incipit partem grauare, & ſtatim etiam incipit currere tempus ad appellationem interponen. Iaſ.in l.cui legitur, n.15. de leg.1.bene verum eſt,quod talis ſententia conditione prolata, tunc habet effectum, cum eſt conditio a-
2 dimpleta.Rom.conſ.51.ver. certum eſt,ſub n 6.ſecus tamen dicendũ erit in ſententia excommunicationis ſub conditione prolata, a qua ſufficit appellare infra decem dies inchoandos a die adimpletę condi tionis, vt per eundem Lancell. d.c.12.2.p.lim.22.23.n.40.eo.tit. vſq. adeo,quod effectus,ſeu actus factus cum intimatione ſi de ea non apparet dicitur nulliter factus, vt per eundem Lancell.c.7.2.p.tit.de atten. relat.pend.in fin. Put dec.74.lib.1. Taniſ.dec.108.citata in vna Fulginaten. nullitatis exequutionis coram Gypſio 30. Mart. 1601. vbi fuit dictum, quod cum mandatum fuerit decretum cum intimatione,& de ea non conſtet ex actis merito illud, exequutio,& ſubhaſtatio,ac omnia inde ſequuta ſunt nulla. vt ibi, &c.

Et antequam huic præſenti libello extremam manum apponam in hac materia appellationis nõ ſiluero, quod appellans ab interloquutoria cauſam grauaminis ſpecificare tenetur, nec poteſt ex non ſpecificatis appellationẽ iuſtificare, vt in c.Cordi.de appel. in 6.& melius in clem.appellante,eo.tit. ſed in appellatione à diffinitiua non eſt neceſſe cauſã exprimere, quinimo expreſſa vna cauſa poteſt appellans ea dimiſſa aliam proſequi,& ratio diuerſitatis eſt,quia ante diffinitiuam cum iudex nõ ſit functus officio ſuo fit ſibi iniura per receſſum ab eo,& ideo debet cauſa appellationis exprimi,ſed quando appellatur a diffinitiua non fit iudici iniuria cum ſit functus officio ſuo. Abb. in c. ſignificantib. in fi.de nou.op.nunc. is enim appellationis articulus optime examinatur per Rom.cõſ.501.vbi inter alia dicitur, ꝙ in ſimili appellatione ab interlocutoria pro illius validitate decẽ neceſſario requirũtur,quæ ſingulatim ibi in princ. numerantur,quorũ alte
3 ro deficiente appellatio non valet, ad quẽ pro quorũ intellectu in ſa cti contingentia recurre, a ſententia autẽ interloquutoria illa dicitur quæ nõ diffinit negociũ principales,& aliã ſententiã poſt ſe expectat Menoc.de retin.poſſ. rem.vlt.n.16. & de adipiſc.rem. 4.q.98.Bar.ad hoc ſingulariter facit in l. ꝙ iuſſit.ff.de re iud. vbi qñ debeat appellari & an tranſeat in rem iudicatam, & an iudex poſſit eam reuocari.

De teſtibus nulliter examinatis. Cap. XXX.

1 *Commiſſio ſanatoria nullitatis examinis teſtium, quanpo procedat.*
2 *Notario aſſerenti teſtes iuratos non creditur.*

Diſtin-

3 *Diſtinctio quæ fit circa iuramenta teſtium.*
4 *Quando dicatur cauſa ſummaria.*

QVoad nullitatẽ examinis teſtiũ, & illorum ſanationem non inutile videtur referendam deciſionem Rotæ in vna Fabriana montanorũ coram Rubeo 27. Nou. 1560. in qua fuerunt examinati teſtes p Notariũ cauſæ cum interrogatoriis, & iuramento, ſed non conſtabat de citatione ad viden. iurare teſtes, vbi dato dubio, fuit reſolutum, ꝙ viderentur interrogatoria, quæ ſi concernerent factam circa merita cauſæ, & conditionem teſtium, tunc locum haberet cõmiſsio ſanato-
1 ria nullitatis examinis ſed ſi interrogatoria non fuiſſent formata etiã circa conditionem teſtiũ examinatorum, tunc non ſufficeret, & examen ſit nullum non conſtito de dicta citatione, quæ fit, vt pars poſsit opponere contra perſonas illorum, vt ibi latius videre eſt, nec diſſonũ rationi in hoc quotidiano articulo addere, ꝙ iuramenta teſtiũ nõ ſimpliciter a notario recipiuntur ſuper articulis productis dicere veritatẽ, ſed addiiciatur etiam ſuper toto cauſa, quoniam ſi ita ſimpliciter receptũ ſ erit iuramentũ, ſi aliquid teſtes extra articulos depone rẽt dubiũ eſſet de validitate illorũ depoſit. & negatiue affirmat Bal. cõſ. 106. li. 1. Alex. Sciati. in eius praxi, n. 105. c. 16. vide tñ ad hoc Veſtr. in prax. c. 11. n. 9. & 10. tit. de teſtib. & eorũ inductione, & iuramento, huic etiã pertinet dicere, ꝙ cũ in actis notarii cauſæ non appareat de actu iuramenti aliter quã per relationẽ notarii aſſerentis teſtes iuratos in S. Vrbis Rotæ Auditorio in vna Neapol. bonor. 2. Iul. 1555.
2 cor. Fantutio, fuit inclinatũ pro nullitate examinis, quia notario non creditur atteſtanti in principio examinis, ꝙ teſtis fuit iuratus niſi iurauerit tactis ſcripturis, vt per Lanfr. ibi citatũ in c. quoniam contra verſ. teſtiũ depoſitiones, de probat. Paul. de Caſtr. in l fi. ſub n. 6. C. de teſtam. & de iuram. ꝙ datur teſtib. de veritate dicenda, vide diſtinct. Bar. in l. momentaneæ, C. qui leg per in rubr. vbi beniſsime diſtingnit aut teſtis iurauerit ſimpliciter dicere veritatem ſuper his quæ in arti-
3 culi continentur, & tunc concernunt poſseſſorium illud, quod teſtis dicit de proprietate non valet, quia deponit non iuratus, aut iurauerit dicere veritatem ſuper articulis, & tota cauſa, & tunc valet eius dictum, vt ibi in fin. & ibi etiam habes plura in materia quotidiana de impertinentia articulorum dum agitur iudicio poſseſſorio, & quare dicatur poſseſsio momentanea, quia poſſeſsio eſt apta durare momento penes vincentem, & ibi, quod licet cauſa dicatur ſummaria nõ
4 propterea intelligas ſine libello, & litis conteſtatione, cũ libellus; & litis conteſtatio requirantur, ſed dicitur ſummaria, quia in ea non requiruntur probationes ita clare, & an valide hoc iudicium poſsit intentari contra minorem, vel pro minori contra maiorem, pro quorum intellectu ibi recurre, vt breuiter, & plena omna diſtinguuntur.

DE

De exequutione ſententiarum in Romana Curia latarum Cap. XXXI.

1 *Aliqua de terminis ſeruandis coram iudicibus remiſſorialibus.*
2 *Aud.Cam.eſt iudex competens, & exequutor ſententiarum in Romana Curia latarum.*
3 *A. C. decernit monitorium contra quoſcunque vigore Eugenianæ, & litterarum Apoſtolicarum.*
4 *Quando Rota exequitur ſententiã non guſtata illius iuſtitia, vel iniuſtitia.*

PRæterea licet in hoc articulo exequutionis ſententiarum in Ro. Curia latarum non videatur dubitandũ de eiuſdem A. C. iuriſdi-
1 ctione, ſed tamen non inutile animaduertendum viſum eſt ad proceſſum deſuper facien. in quo antiquitus paſſim ſeruabantur termini, prout in cauſis ordinariis, quoad quæ iam dixi tutius eſſe eos ſeruari prout in cauſis cõmiſſariis.ſ. diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris, niſi forſan iudicibus delegatis, quorum ſententiæ exequuntur, data fuerit facultas procedẽdi ſingulis diebus, & horis, præterquã in honorẽ Dei feriatis; rõ, quia A.C.eſt vniuerſalis exequutor, nõ priuatiue quoad alios, ſed accumulatiue cũ aliis iudicibus, & cõſequenter habet circa præmiſſam exequutionẽ ſeruare proceſſum ad inſtar aliorum iudicum, qui ſententias tulerũt, ob id igitur ad tollen. omnẽ cauſam dubitandi tutius eſſe cenſeri in proceſſu facieudo, ꝙ termini ſeruentur prout ſeruari ſolent in cauſis commiſſariis, ita vt ſupra referente Simonetta tunc Rotæ Auditore A.C. ad relaxationẽ Bucchæ ſui Not. & nũcii ad hoc particulariter miſſi, de quibus ipſe atteſtatur in eius A. C. praxi, in tit. qũo procedatur ad exequut. ſent. &c. in c. 30. verſ. cum itaq. prop. fi. & eadem ratio videtur militare in proceſſibus litterarũ remiſſorialium, compulſorialium, & ſimilium faciendis a iudicibus de partibus ſubdelegatis ab aliis iudicibus delegatis, tamen cum audiuerim ſtylum hunc nõ ita paſsim obſeruari, nihil circa hoc conſtanter affirmandum cenſui, ſed ad ſtylum DD. de Rota, tam quoad præmiſſa, quam quoad omnia alia in hoc præſenti meo libello relata in omnibus, & per omnia me remitto, quo vero ad modum procedendi ab Aud.Cam. ad inſtar aliorum iudicum delegatorum ille modus ꝓcedendi, vt ſupra dictum eſt, eſt inuocatus ex facultatibus Aud.Cam. proceden. ad illarum exequutionem ſingulis diebus, & horis, præter quam in honorem Dei feriatis, vt in eis videre eſt.
2 Inſuper iam dixi, ꝙ A.C. eſt iudex cõpetens, & exequutor ſententiarum in Ro. Cur. latarum, idem quoq. dicen. erit de exequutione litt. Apoſt. ex his, quæ habentur in ſuis ordinariis facultatib. vt de his atteſtatur Rot. in dec. Peregr. 146. incipien. in cauſa Cæſaraug. lib. 2. ex qua colligitur, ꝙ in beneficialibus dicitur habere facultatem decernen-

nendi monitoria pro illarum exequutione cũ ſolita clauſula, & ſi ſen-
3 ſerit, &c. quod tunc videtur indubitatũ vſque adeo, ꝙ ſi A.C. decernit monitorium contra moleſtantes vigore Eugenianę, vel alias vigore literar. Apoſt. validum eſſe videtur dictum monitorium, vt habetur in d. dec. Peregr. de qua in d. cauſa Cęſaraugustana, lib 2. vbi dicitur, quod ex atteſtatione Putei id quotidie in curia practicatur.

4 Et licet ſuperius diximus, quod Rota non conſueuit exequi ſentẽtias latas extra Rotã niſi guſtata illarum iuſtitia, tamẽ dicendũ eſt in caſu præſenti, in quo habes dec. eiuſdem Rotæ f.ctã in vna S. Agathæ beneficiorũ coram Rubeo 25. Iun. 1557. in qua erat lata ſentẽtia, quę tranſierat in iudicatum, & lapſo quadriennio erat obtenta reſtitutio in integrũ, prout de iure, & producta fuerunt nonnulla inſtrumenta, in quibus aliqualiter conſtabat de bono iure petentis reſtitutionem, & de iniuſtitia ſententiæ, & dato dubio, an ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum eſſet exequenda, & licet Domini inclinarent eſſe detectã iniuſtitiam ex iuribus productis, tamen quia erat lapſum tempus quadriennii ad petendam reſtitutionem in integrum, propter quod illa iura reddebantur inefficacia, & illis videbatur renũciatum, ideo Rota reſoluit ſententiam fore exequendam, & iſtam eſſe cauſam, in qua Rota exequitur ſententiam iniuſtam, etiam quod conſtet de bono iure parti, & ibi dicitur fuiſſe reſolutũ corã Tanif. in vna Cæſarauguſt.

De reſponſione poſitionum. Cap. XXXII.

1 *Reſpondere recuſans propter aliquod impedimentum mittitur notarius ad eius domum ſuis ſumptibus.*
2 *Copia articulorum danda eſt petenti.*
3 *Articuli dandi ſunt in actis notarij.*
4 *Quare copia articulorum danda eſt parti.*
5 *Copia interrogatorium non datur, & quare.*
6 *Iudex reſecat interrogatoria impertinentia.*

PLura præmiſimus de reſponſione poſitionum, nec etiam ſiluero, quod reſpondere debens ſi recuſat cõparere in iudicio ad reſpon-
1 dendum, vel propter nobilitatem, vel ſexum, vel impedimentum infirmitatis, tunc mittitur notarius expenſis ipſius reſpondere debentis, vt in dec. Cap. Tholoſ. 273. & alias 100. dec. Peruſi. 14. p. 2. vbi etiam Alex. Stiat. in prax. c. 14. per tot. Nec minus in hoc quotidiano arti-
2 culo ſiluero in praxi Vrbis tribunalium præſertim A.C. ꝙ conuento ad reſpondendum copia articulorum petenti non ſit deneganda cum termino competenti ad deliberan. & vt poſſit ſe inſtruere cũ ſuo Aduocato quid habeat reſpondere, vt per Caſtren. in l. cum & iudices, in ver. ex quo ſequitur, n. 4. C. de iureiur. propter calumn. & ibi vide diſtin-

diſtinctiones, quæ ibi fiunt, quoad contrarium obſeruantiam aliorum
3 tribunalium, & locorum. Amplius licet de iure videatur dici poſſe non eſſe neceſſe articulos apud acta cauſæ tradi, ſed ſatis ſufficiat teſtes inducere ſuper contentis in petitione, tamen de conſuetudine cauſarũ Ro. Curiæ inoleuit ſtylus, ꝙ is, qui producit teſtes, dat articulos, ſeu poſitiones, quos probare intendit, Abb. in c. per tuas. n. 1. 3. col. verſ. & prædicta dare intelligas de teſtib. & in verſ. ſed quæro an
4 copia articulorũ, & interrogatoriorũ debet edi partibus, & dicit copiam articulorum eſſe edendam, vt poſtea partes ita de facili nõ audiantur ſi dicerent, ꝙ ſuper illis articulis teſtes deponere non debuerint, ſed nihilominus, ſi non petatur, & copia non traditur valet rece-
5 ptio teſtiũ, interrogatorior. vero copia nõ eſt danda parti aduerſæ, ad hoc, vt pars non inſtruat, & ſubornet teſtes eos auiſando de interrogatoriis fiẽdis, & ſic nõ poſſit capi in ſermone, & ſi de illorũ imperti
6 nẽtia dubitatur iudex præuia illorũ inſpectione eius abitrio reſecat.

Quomodo autem, & qualiter ſit poſitionibus reſpondendum dixi ſup. in c. 13. Vide etiam in hoc ration. & diſtinction. traditas per Bal. in l. cum iudices, §. quod ſi actor, n. 2. C. de iudic. ad quem in facti contingentia recurre.

Aliqua alia de clauſula conſtituti. Cap. XXXIII.

1 *An lapſu temporis conſtitutum habeatur pro derelicto.*

NOn videtur prętendendum in hoc vtili, & quotidiano proceſſu d. clauſulæ conſtituti, de quo ſuperius meminimus, ꝙ alias in vna Vrbeuetana permutationis, fuit dubitatum in Rota, an poſſeſſio per cõ
1 ſtitutum translata lapſu temporis habenda eſſet pro derelicta, pro cuius dubii reſolutione in præſenti libello adduco deciſionem inferius ſcriptam, ad quam in facti contingentia recurre.

R. P. D. CHIROGA.

Vrbeuetana permutationis. 30. Ianuarij 1599.

EPITOME.

POſſeſſio per conſtitutum translata lapſu temporis non habenda eſt pro derelicta.

FVit dubitatum, an poſſeſſio per conſtitutum translata lapſu tpis habenda eſſet pro derelicta, ita ꝙ in fauorẽ Nicolai, vel hęredum

ſuorum non deberet operari ſuos effectus,& concluſum fuit conſtitu tú non habitú pro derelicto, nec ratione conſtituentis,nec cõſtituta- rij, nã quoad conſtituenté nõ poteſt currere præſcriptio cú ſit in ma la fide,licet longú tẽpus effluxerit,cú poſsederit nomine alieno,gl.& Bar.in l.male igitur, C.de præſcript. 30.ann. & ita Aret.in l.ſi de eo. n.6.in fi & n.7.ff.de acq.poſſ.& ita in pract. Papien.in form.reſpon.libell.verſ.exceptionem,n.4. Tiraquell de conſtit.in 3 par.in 12.limit. numero 4.minus etiam, quoad conſtitutarium, quia vera non eſt illa opinio ,quod hic in hoc caſu amittitur poſseſſio ex ſola obliuione , vt ait Aretin. d.l.ſi de eo,num.2. & quia etiam,quod illa opinio procedat non eſt in caſu de quo agitur. Vt prætendatur obliuio quoad conſtitutarium,cum deceſserit poſt factam permutationem intra quadriennium,& ſuum dum eſset lapſum decennium, & quoad hæredes conſtitutarij non poteſt cadi obliuio, quia potuerunt ipſi ignorare permutationem, vnde retinet priſtinum ſtatum.Paul.Caſtren.in l.neque, C.de vſufruct. et fuit dictum quod non obſtabat conſ. Anchar. 33.et Belenzi conſ.150.vol.2. Quia Belenz.loquitur in 3.poſseſsorẽ vel vbi non conſtabat tempore conſtituti conſtituentem poſsidere. Iaſ.in l.3.§. ex continuo,col.3. ff. de acquiren. poſseſs.non loquitur in conſtitutario, ſed quoad tertium poſseſsorem, etc,

Plura alia de appellationibus. Cap. XXXIV.

LIcet in hoc articulo appellationis tanquam ſatis quotidiano fuerim ſatis longe, lateq. diffuſus in pluribus huius libelli partibus præſertim in ext.c. 25. de exequutione rei iudicatæ,tamen omnia ibĩ ſparſa in vnum tantum c.reducendo hic repetere,et alia non inutilia addere viſum eſt,pro intelligendis aliquibus floribus magis in practica quotidianis præſertim ad introductionem iuuenum, quod ſcilicet annus,qui datur appellanti ad cauſã appellationis cõmitten.licet incipiat currere a die ſecundi termini iuris,tamẽ appellãs intra annum aliquam diligentiã facere tenetur, vt per Lancell. de atten.p.2.c.12. in præf ſub n.32.et quod ſola commisſionis preſentatio non ſufficiat ibid. nu. 53.et quod ad euitandum deſertionem,ſufficiat ſola citatio cum inhibitione parti præſentata , et reproducta, atteſtatur Achil.de Graſ.deciſ.273. per tot. de appell. et etiam quamplura alia videntur neceſsario hinc referenda, ſi non profeſsis ſaltim tyronibus pro futura,vt puta, quod quando iudex reſpondendo appellanti de apoſtolis in prima reſpõſione dat terminum iuris ,et interim qui eſt mẽſis quĩ datur ad cauſam committen. quandocunq. intra menſem appellans pro Apoſtolis redire poterit, et dicen. ſimpliciter abſque illa dictione , et interim appellans accurate in fine menſis pro eis redire debet. In ſecunda vero reſponſione dando illi redeunti pro Apoſtolis

Q alium

alium terminum iuris annum, ſcilicet ad committendum, & ex cauſæ biennium ad proſequen. vt ſupra meminimus, & reuerentiales decẽdium ad committendum teſtimoniales vero in forma, aut refutatorios annum. Et quod poſt commiſſionem cauſæ appellationis pręmiſſa citatione ad dicendum contra commiſſionem, & illius vigore inhibitione iudice ad quem obtenta ſuperflua ſit reditio pro Apoſtolis, & qui Apoſtoli dicuntur ab Apo, quod eſt ſupra, & Stolis, idest miſſio quaſi dimiſsio, quam facit vnus iudex ad alium ſuperiorem, & quod poſt datos reuerentiales ſufficiat, quod venerit ad bancum curſorum infra decem dies. vel quod fuerit præſentata V. Regenti Cancellariæ, quodq poſt dictam præſentatam, & diligentiam factam de expedienda commiſsione ad euitandum cauſæ deſertionem fides præſentationis infra dictos decem dies procuranda obtinendaq. ſit, & quod ex atteſtatione R.P.D Marcheſani eadem præſentata eſt tantæ efficaciæ, vt faciat, quod reſcriptum appellationis tempus non currat, ſed ad menſem prorogatum ſit. Quodque commiſsio a Curſorum banco infra menſem redimenda, & iudici præſentanda ſit, & quod prorogatio fatalium ſex menſium incipiat in fine biennii quodq. tempus fataliũ currere incipiat a die interpoſitæ appellationis, & quod ea non currant tempore Sedis Vacantis. neq. pendente termino remiſſoriæ, & quod pendente primo termino iuris dato appellanti in cauſa non appellabili iudex poteſt procedere ad vlteriora citra periculũ attentatorum, & quod per primã termini iuris reſponſionem iudex in cauſa non appellabili non abdicat à ſe iuriſdictionem procedendi ad vlteriora; ſecus tamen dicendum erit per binã illius reſponſionẽ, ſeu alias admiſsionem, vel delationem appellationis: ratio, quia ex primo termino iuris datur dilatio ad Apoſtolos recipiendum, ex ſecunda vero alterius termini iuris, vel reuerentialiũ reſponſionem aſsignetur a iudice parti appellationi, ſeu pro Apoſtoli redeũdi terminus, ad cauſam appellationis interpoſitæ cõmitten. Vnde penden. termino appellãti aſsignato officiũ iudicis conquieſcit, l. ſiue parc. C. de dilat. & hęc ꝓxime relata procedere videntur tã in diffinitiua, quã interloquutoria ſententia, quia militat eadẽ ratio, vbi. n. eadem ratio militat, eadem quoq. militat iuris diſpoſitio vulgata, l. illud, ff. ad l. Aquiliam.

Et quod appellatus non poſsit inhęre appellantem in parti, & partibus per appellatione interpoſitæ.

Et licet mei inſtituti non ſit, ſed potius ſignaturæ, tamen quia non reperii alibi tacta, & materia ſit ſatis quotidiana. Ideo non ab re hæc pauca ex cõmuni vſu, & ſtylo curiæ viſa ſunt addenda. Cumq. plura alia in hoc appellationis articulo ſcribi potuerint, vt puta quod appellatio regulariter interponenda ſit coram iudice a quo, & quare & quando ſufficiat eam interponi coram honeſtis perſonis, & quæ dicantur honeſtę perſonæ, & quando poſt lapſa fatalia, ſcilicet lapſum

bien-

biennium,qualiter iudex ad quē deſignat eſſe iudex,&remittat illius exequutionē iudici a quo,& quod prorogatio fataliū factam in primo anno incipięt a fine biennii,tamen cū per doctiſſimos viros,qui de vtriuſq.ſignaturæ ſtylo ſcripſerūt,& præſertim per d.D.Marcheſanum Vtr. Sign. Referendariū ſatis diffuſe dicta fuerint, in his vlterius non elaborabo,ſed cū circa pręmiſſa varii legum interpretes in al.quibus ex pręmiſsis varie loquuti fuerint ad eos in omnibus, & per omnia me remitto,&tu quoq.pro maiori,& clariori præmiſſorum intellectu ad eos recurre.Hoc tantum de ſtylo,& obſeruantia notariorum A.C. addo,quod iudex præuia partis appellantis citatione illi reſpondendum, de Apoſtoli dat reuerentiales,refutatorios , & ſimilia,licet non videatur inconueniens hanc reſponſionem pro illius certitudine pręmittendam fore cum intimatione,tamen cū ſtylus prædictus huic cōuenientiæ contrarietur,nihil aliud dico, niſi quod huiuſmodi iudicis reſponſiones paſſim fiunt,& fieri conſueuerunt ſimpliciter abſq. aliqua alia intimatione. Hæc quoque tanquam neceſſaria viſa ſunt addendam,quod tam in appellationibus interponendis,quam ſentētię a notario recipiendis,ſemper obſeruari vidi,& audiui,quod licet decēdium ad appellandum,ſeu ſententiandum currat de momento ad momentum,vt per Lancell.de atten.appel.pen.in 2.p.c.12.tamen in tribunali A.C. non fiunt ita minutim computationes horæ momēti, ſed indifferenter appellatio,& ſententia recipiuntur a notario etiam poſt lapſum momenti,&in ſumma,quod dies termini non computatur in termino,&ita de antiqua practica atteſtari cenſeo,quæ magis attendi,& obſeruari debet,cum ea pro lege habeatur,et ab ea cenſeo non eſſe recedendum,ad c.ex litteris,de conſtit.idem Lancell.de atten.c.20.in præf.ſub n.113. Nam horarum enumeratio neutri partium oneroſa eſt, et propterea dies termini non computatur in termino, iuxta tex.in l.1.ff.ſi quis cautionibus.

De modo procedendi in cauſis repetitionis dotis. Cap. XXXV.

1 *Modus repetendi dotem,diſſoluto matrimonio.*
2 *Poſſeſſio bonorum mariti quomodo apprehendatur ſi fuerit vacans.*
3 *Et quando poſſeſſio fuerit plèna quomodo petenda ſit,etiam quoad donationem propter nuptias. & qualiter.*
4 *Dominium bonorum dotalium poſt mortem viri reuertitur ad vxorē, ſecus illius poſſeſſio.*
5 *Mulier ob vergentiam viri ad inopiā,poteſt aſsicurare in illius bonis*
6 *Proceſſus qui fit contra maritum vigore obligationis Cameralis.*
7 *Fructus dotis deſeruiunt pro oneribus matrimonij.*
8 *Aſſecuratio dotis petitur etiam in pecunijs,& quomodo.*

9 *Superfluũ fructũ dotis viro reddatur. et quid ſi dos fuerit ſatis parua.*
10 *Proceſſus ordinarius faciendus contra maritũ pro reſtitutione dotis*
11 *Sententia quomodo ſit farmanda in hoc iudicio.*
12 *Proceſſus ſatisfaciendus contra poſſeſſorem bonorum mariti.*
13 *Sententia quæ fertur contra poſſeſſorem bonorum mariti.*
14 *Pronũciatio iudicis nõ eſt neceſſaria ſuper diſpoſitione bonorũ mariti*
15 *Modus articulandi, & probandi inopiam mariti.*
16 *Enumeratio priuilegiorum dotis.*
17 *Superuenientibus viro diuitijs dotis admniſtratio remittitur in manibus ipſius viri.*

1 LIcet antiquitus plures eſſent modi repetendi dotẽ quib. ſublatis
duo tñ remanſerunt.ſ.per mortem viri, & per illius vergentiam
ad inopiã . Primo caſu videtur dicendũ mulierem pro ſua dote licite
poſſidere poſſe bona mariti, & illorũ poſſeſſionem apprehendere, il-
lãq.retinere, donec de ea integre ſatisfiat, l.cum nemo.C.de acq.poſ.
DD.in l.3.§.ſi rem,in ſi ff de acquir. poſſeſſ.Bar.in l.ſi filio, la prima,
2 ff.ſoluto matrim.Bald.in l.cum tibi. C. qui potior.in pign.habeantur,
hoc tamen intellige ſi poſſeſſio vacat, vt quia hæres nondũ eam ap-
prehendit, ſecus quando ipſe hęres, vel alius eam non apprehendiſſet
Bal.in l.1.C.de ſeru.pign.dat.ma Socin. conſ.131.col.3 tex.in l.do-
3 tis actione, C.ſolu.matrim.illamq.vocatis vocandis,ac ſeruatis ſeruã
dis petere tam pro ſua dote,quã pro donatione propter nuptias.Put.
dec.463.ſub num.4.in princ.lib.2 Rol.a Vall. in conſ.9.nu.13.vol.1.
Iaſ.in l.in ſuis,ſub nu 3.de liber.& poſthum.Affl. quoad vſumfructum
4 in deciſ.37.ſub nu.6.in princ. & licet poſt mortem mariti dici poſſit,
quod dominium rei dotalis ad vxorem reuertatur,l.in rebus,C.de iu-
re dot. ſecus tamen eſt in poſſeſſione,l. cum hæredes, in princ. ff. de
acquir.poſſeſſ. nam multa permittuntur fieri ante aditam hæreditatẽ
vel apprehenſam poſſeſſionem, quæ poſtea non permittuntur, per
Doctor. in l. non dubium, C. de leg. In ſecundo vero caſu præſup-
5 poſita pro veriſſima iuris concluſione, quod mulier propter vergen-
tiam viri ad inopiam poſſit ſuper illius bonis aſſicurari. ad l. ſi con-
ſtante, ſoluto matrimonio, & l. vbi adhuc, C. de iure dot.quo ad mo-
dum procedendi ſic videtur dicendum,& diſtinguendum, aut mulier
6 agit contra maritum vigore oblig.cameralis pro reſtitutione,ſeu aſſe
curatione dotis tanquã ſibi obligatũ in omnem caſum, & euentum,
in quibus de iure vel forma ſtatuti locus eſſet repetitioni, ſeu aſſecu-
rationi dotis conſtante, vel diſſoluto matrimonio, & tunc eo citato
exhibitoq.iudici,ac producto dotali inſtrumento, obligatione came-
rali vallato, datiſque articulis, inductiſque, & examinatis teſtibus
ſuper mutatione ſtatus in deterius, ac de vergentia illius ad ino-
piam, ac ſeruato proceſſu de more, & ſtylo curiæ in ſimilibus obli-

gationibus in forma cameræ ſeruari ſolito. demum mandatum relaxa bitur contra bona mariti retinendo pro aſſecurationes ſuæ dotis, & donationis propter nuptias, prout ſuperius retulimus, vt de illorum
7 fructibus ipſa vna cũ familia alimentetur, qui deſeruiant onerib. matrimonii, & idem dicendũ erit de pecunijs ipſi viro debitis, in quibus
8 mandatũ concederet ad effectũ deponendi penes Mõte Pietatis, ſeu fidũ, & idoneum mercatorem, vt cum dictis pecuniis emantur bona ſtabilia, ſeu loca montium non vacabilium, & ex illorũ fructibus mulier vna cũ eius familia congrue alimentetur, vt ſupra retulimus. Rol. à Val. conſ. 9. n. 12. vol. 1. Affl dec. 221. per tot. alleg. c. per veſtras de donat. cum aliis Doct. ibi citatis, & ibi in fine dicit, ꝙ illa deciſio eſt menti tenenda, quia eſt noua, & non reperitur alibi tacta, & quod eſt noua extenſio ad d. c. per veſtras, Alex. in d. l. ſi. conſtante, eod. tit. nu. 38. & quod vxor ſi ex dote ſibi reſtituta habeat tot fructus, qui ſuper ſint peractis omnibus oneribus ſuperfluum reddatur viro, quia realiter omnes fructus dotis quantumcumque eximii cedunt in lucrum mariti l. dotis fructus, ff. de iure dotiũ, l. 2. C. de Epiſc. & cleric. ſi vero dos ſit ita parua, quæ non ſufficiat ad ſubminiſtranda alimenta, tunc maritus exiſtentibus aliis bonis aliunde ipſius viri reſtituta exigua dote de propriis ſupplere, & onera matrimonii ſuſtinere debet, ratio, quia ſi dotem non habuiſſet, teneretur tamen ad ſuſtinendum onera matrimonii, vt in pract. Papien. in forma libelli, quando vxor agit ad
10 dotem, verſ. vxoris n. 29. Aut vero reſtitutio dotis in caſu præmiſſo non expreſſe legitur in tex. ipſius dotis contractus, ſed tantum ea venit reſtituenda ex legis diſpoſitione, & tunc non defuerunt quamplures doctiſſimi viri, qui tenuerũt, quod non exequutiue, ſed præuio monitorio faciendo contra virum ſi præſens, & principaliter reperiatur, ſi autem fuerit abſens contra curatorem bonis abſentis legitime deputandum de reddendo pecunias res, & bona ei pro dote tradita, vſque ad quantitatem ſuæ dotis bonorum paraphrenalium, & aliorum iurium dotalium, eoque legitime exequuto, & in actis notarii cauſæ reproducto ordinarie proceden. eſſe ſecundum iuris regulas d. l. ſi cõſtare & l. vbi adhuc, C. de iure dot. debitis ſeruatis terminis de more
11 & ſtylo curiæ ſeruari ſolitis diffinitiue pronuncietur, & ſententia for
12 matur iuxta modum ſuperius relatum. Idem etiam erit dicendum ſi agatur contra tertium bonorum poſſeſſorem viri, ſcilicet præuio monitorio faciendo ſuper relaxatione bonorum mulieri pro ſua dote hypothecatorum retinendo per eam ad effectum, vt de illorũ fructibus ipſa vna cũ eius filiis, vt ſupra dictũ eſt cõgrue alimentẽtur, pro cuius verificatione datis articulis ad probandũ inopiã mariti contingentẽ poſt contractum matrimonium, & eo conſtante, illiuſque cõcludẽter ꝓbatis, ac debitis ſeruatis terminis, vt ſupra ſcripſimus, demũ
13 datur ſententia, & mandatũ de immittendo mulierem in poſſeſſionẽ

bonorum retinen. per mulierem ad effectum, vt de illorum fructibus alimentetur vna cum eius filiis, vt ſup. dictum eſt in monitorio. Contrarium tamen dicit Gramm. in dec. 103. n. 13. & 14. vbi quod ſi agitur ad dotem ex vera illius ſtipulatione, licet non probetur expreſſa ſtipulatio, tamen actor reportat victoriam, quia tacita ſtipulatio a lege inducta fauore dotis meretur exequutionem contra maritum, ſicut ſtipulatio expreſſa in inſtrumento ex ibi deductis. Huic cõcluſioni obſtare videtur deciſio Rotæ facta in vna Britonorien. pecuniaria, ſeu Imolen. dotis 22. Nou. 1596. coram Litta, in qua reſolutum fuit inſtrumentum dotis, cum non fuerit vallatum in oblig. camerali, neque guarentigia, licet iuramento confirmatum tamen viam exequutiuam non habet, & quod ſtatutum dans viam exequutiuam eſt contra ius commune ex ibi adductis, tamen cum articulus repetitionis dotis ſit ſatis quotidianus, & in omnibus vrbis tribunalibus frequentatus hæc pauca de ſtatuto vrbis circa præmiſſam dotis repetitionem loquen quod cum in facti contingentia fuerit dubitatum an ordinatorium tantum, vel deciſorium ſit, & prapoſita in hoc commiſſione in ſignatura Sanctiſs. demum fel. rec. Clem. Papa VIII. cenſuit ſtatutum prædictum fore deciſorium, prout in fide R. P. D. Proponentis, quam non inutile hic imprimendum fore cenſui.

Fidem facio ego Notarius publicus infraſcriptus qualiter die 9. Iun. 1599. coram R. P. D. Orphino iudice commiſſario pro D. Martia Benincalza contra D. Octauiam Benincalzam, Iacobum Pirardũ, & eius filios, & filias in officio, &c. D. Floridus Colutius Procurator facto p. oduxit quandam fidem cõmiſſionis propoſitæ coram Sanctiſſimo ad inſtan. d. Martiæ, ſub die 8. huius ſub ſcriptam, vt apparet per R. P. D. Fabritium Veroſpum ſub die hodierna, ac eius ſigillo ſignatã tenoris infraſcripti, videlicet Propoſui ego Fabritius Veroſpus S. D. N. vtriuſq. Sign. Referendarius, die Martis 8 præſentis Menſis Iunii 1599. coram Sanctitate ſua cõmiſſionem ad inſtan. D. Martiæ Benincalzæ, contra D. Octauiam eius ſororem in qua narrabatur quod ipſa Martia oratrix egit coram A. C. pro recuperatione ſuæ dotis contra D. Octauiam, quę poſſidet domum, in qua eius dos fuit ſpecialiter hypothecata via exequutiua vigore ſtatuti vrbis lib. 1. c. 85. & obtinuit mandatum a R. P. D. Ala deputato ab A. C. a quo decreto pars aduerſa appellauit, & cauſa cõmiſſa fuit R. P. D. Orphino, Verum, quia dubitatur an potuerit procedi exequutiue, ex quo dictum ſtatutum videbatur ordinatorium, & ſic non ſeruandum extra curiam Capitolii. Ideo ad tollendum omne dubium inſtabatur pro ſanatione talis nullitatis, ac ſi ſtatutum eſſet deciſorium, & S. D. N. cenſuit nihil eſſe reſcribendum ex quo ſtatutum prædictum eſt deciſorium, & in fidem &c. Dat. die 9. Iun. 1599 F. Veroſpus, locus † ſigilli, & alias latius, put in actis mei, &c. ad quæ, &c. In quorum fidẽ, &c. hac die 24 Sept. 1602.

1601. Angelus Caroſius Archiuii Ro. Cu. ſcriptor. Cui articulo repetitionis dotis tanquam ſatis quotidiano addo, quod licet in facti contingentia ab aliquibus doctis viris non ſemel fuerit dubitatum an requiratur. ſ. quod præcedat pronunciatio iudicis qualiter excuſſio fuerit legitime facta, vt per Bar. & Alex. in l. prætor, §. hoc interdicto, ff.
14 de nou. op. nunc. tamen reſolutum fuiſſe vidi, & etiam audiui contrarium. ſ. talem iudicis pronunciam ſuper dicta diſcuſſione non fore neceſſariam, ſed ſufficit, quod ea fiat ex diffinitiua ſententia, vt ſupra ſecūda Rol. a Val. d. conſ 9. n. 37. vol. 1. quod dicit eſſe notandum in practica
15 cum ſæpius occurrat in facto, & n. 38. ibi circa fi. Modum articulandi, & probandi vergentiam viri ad inopiam, tam contra maritū, quam extraneum, docet Bar. in l. ſi conſtante, ff. ſoluto matr. ad quem, & etiā ad pract. Papien. in forma libelli, quando vxor agit ad dotem, ver. vxoris ſub n. 10. & 11. in facti cōtingētia recurre, & in ead. pract. Papien. n.
16 ibi in princ. enumerantur ſingula priuilegia dotis ad quā etiam pro
17 illorum ſcitu recurrere poteris. Deinceps ſuperuenientibus viro diuitiis dotis adminiſtratio debet remitti in manibus viri. Cagnol. in l. in ambiguis, §. non eſt nouum, n. 5. ff. de reg. iur. Alimenta autem & fructus dotis, quomodo viduis debeantur, & quomodo taxentur, & a quo tempore viduæ debeantur, & modum procedendi pro illis conſequendis, habes plene per Lucam Petum in eius praxi capitolina in tit. de exequutione inſtrumentorum dotalium c. 5. lib. 3. & quomodo maritis, qui onera matrimonii ſuſtinent ibi in c. 8. lib. 4. de cauſis alimentorum, ad quem in facti contingentia recurre.

De excuſatione à tutela, et illius proceſſu. Cap. XXXVI.

1 *Tutor onus tutelæ ſuſcipere tenetur.*
2 *Tutor qualiter excuſetur à tutela.*
3 *Propoſitio cauſarum excuſatione à tutela.*
4 *Monitorium ſuper excuſatione à tutela.*
5 *Verificatio monitorij, & formula ſententiæ.*
6 *Falſa cauſa non excuſat ab onere tutelæ.*
7 *Appellatio admittitur in hoc iudicio.*
8 *Terminus qui aſſignatur ad porrigen. & proban. cauſam excuſation.*

1 QVoniam ſæpe contingit tutorem impediri gerere pupillorū negocia, & tanquā munus publicum quis inuitus onus illius ſuſcipere tenetur, vt per gl. arg. l. nullus la prima, C. de decurionibus, lib. 10. & ſequitur Borgn. in tract. de tutela, & cura, n 201. adeo vt ab ea nonniſi legitimis impedimentis quis excuſari valet. Quibus
2 tamen præcedentibus & infradicendis ſeruatis Tutor arctari non debet ad huius tutelæ ſuſceptionem. Ideo viſum eſt circa illius excuſa-

tionem, & proceſſum deſuper faciendum aliqua hic neceſſaria referre, & primo pro illarum intellectu habes illarum ſpeciem fere per totum titulum de excuſatione tutorum, vt per inſtit. & Ang. Aretin. & modernos eo.tit. de excuſat. tut. vbi quis volens ſe excuſare a dicto munere tutelæ debet comparere coram iudice nominationis, & eas,
3 in genere proponere, quibus ſit propoſitis, & iudici narratis petere a pud eundem iudicem, vt ex debito ſui officii ad conſulendum pupillorum indemnitati pr uideat eis de aliquo idoneo curatore, qui huic liti aſſiſtat ad hoc, vt ſecurius iud.cium agere valeat, & tūc iudex debitis præcedentibus citationibus contra eoſdem pupillos, ſeu minores facien. vt ſupra ſcripſimus in c. 54. lib. 1. tūnc deueniat ad illius de
4 putationem, modo quo ſupra meminimus, & deinde præmittatur monitorium contra eundem curatorem, quatenus debeat comparere coram iudice, & petere, quod ſuis principalibus in locum ipſius inſtā tis nominatim in tutorem, tanquam idoneum prouideatur, quia attētis impedimentis in actis, & proceſſu cauſæ deducendis idem inſtans, non vult, neq: e intendit tutelam dictorum pupillorum ſuſcipere, & omnino excuſ.ri, & penitus ab ea liberari, excuſationemq. ipſius, ac cauſas eius execution. ac impedimenta quæcūq. proponi vidiſſe, vel cauſam, ſi quā haberet rationabilem, quare ad præmiſſa deueniri non debeat allegaſſe, aliaſq & alia fieri vidiſſe in his neceſſaria, & opportuna nō ſolū præmiſſo, ſed etiā omni alio meliori modo, &c. & ſi ſēſe-
5 tit ſe, &c. Hoc autē monitorio præmiſſo, legitimæq. cōtra curatorem exequuto, & apud acta notarij cauſæ iudicialiter reportato ſubinde datis articulis, & deductis ibi impedimētis, & legitimis cauſis, quib. veniat excuſandus à d. tutela, illiſq. ſufficienter verificatis, & debitis ſeruatis terminis de more, & ſtylo curiæ ſeruari ſolitis, & cōſuetis, illiſq. reiteratis demū præuia citatione ad ſententiā, iudex diffinitiue pronunciando declarat excuſationes & impedimenta per inſtantem propoſita fuiſſe, & eſſe legitima ad ſe eximendū, & liberandū à ſuſceptione tutelæ, ei ex teſtamento q. D.N. delatæ, & propterea cum ab eadem tutela, & illius onere ſibi, tam ex teſtamēto quam legis diſpoſitione iniuncto liberandum fore, & eſſe, prout præſenti ſua ſententia liberat, & ita pronunciet, &c. Iam remiſſiue diximus de cauſis, & legitimis impedimētis, quibus tutor à tutela iure ſit excuſandus, nō in vtile quoq. er:t referre, quod ſi tutor ex falſis allegationibus talē excuſationem obtinuerit, vtique dicendum erit ab ipſius tutelæ onere non fore liberatum, l. 1. C. ſi tut. vel cur. fal. alleg. & hoc ideo ne quis
6 ex ſua improbitate cōmodū conſequatur, & licet tutor in hoc cōtra-
7 riam ſententiā reportan. licite appellare poſſit, l. cū vno. § tutor, ff. de appel. ita etiam pro parte pupilli appellare ab eo poterit, vt ſeruetur æqualitas. Nec prætereundum, ꝙ ſi ex falſa cauſa tutor in hoc obtinuerit ſententia erit ipſo iure nulla, vſque adeo quod pupillus non indiget

diget aliqua reſtitutione ſiñ Bar.in l.ſuæ aggreſſo, ff.de tut. & cur.dat. ab iis,& per eundẽ in l.qui teſtam.§.itẽ quæro,ff de excuſ.tut. & cur. n.1. Vbi ꝙ ſi proponũtur duæ cauſæ excuſatiue a tutela,vna iuſta, & altera iniuſta, ſi feratur ſententia ſuper iniuſta, non tenet,in quibus addo, quod proponenti dictam excuſationem conſtituitur tempus a l. 50. dierum a die habitæ notitiæ computan.ad comparen. proponẽ-
8 dum, & ad finem producendum quatuor menſium a die nominationis computan. & pro maiori pręmiſſorum intellectu in facti contingentia reccurre ad Azo.in 5.lib.C.de excuſat.tut.& temp.earum in rubr. Bart.& Ang.inſtit.eod.tit.ſed de his hactenus.

De ſuſpectis tutoribus et illorum proceſſu Cap. XXXVII.

1 *Propoſitio contra tutores ſuſpectos.*
2 *Monitorium contra tutores ſuſpectos.*
3 *Proceſſus qui formatur cõtra tutores ſuper illorũ remotione a tutela*
4 *Effectus ſententiæ contra dictos tutores.*

VErum quia non ſemel euenit,quod tutores in gerẽdis rebus pupilli, tam in omittendo, quam in committendo male, & doloſè verſantur in maximum pupillorũ damnũ, & præiudiciũ, & propterea vti ſuſpecti veniunt a tutela,illiuſq. adminiſtratione amouendi,ad cõſulendum igitur eorundem pupillorũ indemnitati referendũ eſſe cenſui modũ agendi contra eoſdem tutores pro illorũ amotione. Vt puta
1 ſi pupilli puberes fuerint,ipſimet cõpareant corã iudice & porrigant accuſationẽ contra eoſdem tutores,tanquã ei ſuſpectos,exprimendo & narrando cauſa ſuſpition. Si vero fuerint impuberes compareant eorũ agnati coniuncti, vel affines, ſeu quilibet alius pro eis,qui pietatis cauſa petãt, vt eis prouideatur de aliquo idoneo curatore, qui litẽ agat contra eoſdẽ tutores eis ſuſpectos,& præuia illius deputatione, vt in prox.c retulimus ad illius,& prædictorũ pupillorũ inſtantiã obtineatur monitoriũ de deſiſten.ab vlteriori adminiſtratione d.tute-
2 lę,ſiue ex teſtamẽto,ſiue a iudice delatæ & de hactenus adminiſtratis rationẽ reddere,cum reliquorum reſtitutione, vna cũ omnibus damnis,& intereſſe per eoſdem pupillos culpa, & facto ipſorum paſſis,& patiendis, etiam præuio ipſorũ iuramento taxan. & liquidan. a iudice cum inhibitione in forma ſolita, quod in ea vlterius ſe non ingerant, cum ipſi tanquam ſuſpecti de iure remouendi ſint a dicta tutela, & eis adminiſtratio ſit interdicenda ex cauſis in proceſſu cauſæ, & cauſarum huiuſmodi deducen. Quo monitorio legitime exequuto, & apud acta notarii cauſæ reportato. deinde dentur articuli, in
3 quibus articulantur, & deducuntur cauſæ ſuſpition. illiſq. probatis,

debi-

debitiſq. ſeruatis terminis vt ſupra in proximo præcedenti cap. diximus fertor ſententia a iudice, in qua pronunciatur eoſdem tutores tãquam ſuſpectos remouendos fore, & eſſe in dicta tutela, & illius administratione, & ipſos inſolidum condemnandos fore ad dan. & redden. computũ illius adminiſtrationis cum reliquorũ reſtitutione, vna cum intereſſe paſſo in defectum prædictum taxan. præuia iudicis taxatione ſeruata in hac forma tradita in c. 14. de iudicio exhibitionis.

De Officio Tutoris, Cap. XXXVIII.

ET cum plura dixerimus de requiſitis pro validitate tutelæ a iudice decernen. non inutile etiam viſa ſunt referenda plura incumbentia officio tutoris.

Et primo breuiter dicen. tutoris officium præcipuum eſſe illud, vt pupillum indefenſum non relinquat cum omni, qua decuit prouidentia circa rem pupillarem, ipſe tanquam dominus reputetur.

Secundo, vt quemadmodum eius patrimonium prudenter collocat, ita & ſimiliter pupillare.

Tertio, quia tutor non rebus dumtaxat, ſed etiã moribus pupilli proponatur, atque perſonæ igitur in primis præceptoribus, ſeruis, liberiſque pro facultatibus patrimonij pro dignitate natalium conſtituerit.

Quarto, poſtquam ordinati ſunt, inuentarium rerum omnium, ac inſtrumentorum facere curabunt.

Quinto, ꝙ recte agat in rebus pupil. tanquam diligens paterfamilias.

Sexto, ꝙ tutelã adminiſtret oĩbus dolo, & culpa, etiam leui ceſſantibus.

Septimo, ꝙ fructus rerũ pupilli tẽpore perituros ſubito, & incontinenti æſtiment, & quod cõiter vendantur eo in loco vbi ſunt vendant.

Octauo, pupillares debitores, omni qua decet diligentia exigat, quoniã ſi ob eius negligentiam in exigendo commiſſam illi effecti fuerint nõ ſoluendo ipſe tutor tenebitur de neglectis.

Nono, cũ perſonis idoneis, & ſoluẽdo exiſtẽtibus actus pupillares agat.

Decimo, vt pupillarem pecuniam ad honeſtam partem lucri ponat.

Vndecimo, quod ipſe pupillo debet, ſoluat, & quod ei per pupillum debetur veriſimiliter ſoluat.

Duodecimò, vt calumnioſas actiones nomine pupilli non inſtituat, & ab iniuſta ſententia contra pupillum lata neceſſario appellet.

Decimotertio, vt conditionis complementum lucratiuo pupilli contractui adiectæ facit.

Decimoquarto, vt cum expedit actui pupillari auctoritatem præſtet.

Decimoquinto, cum ei deferatur hæreditas illũ agnoſcat, vel repudiet, prout illi expedire videbitur.

XVI. vt nõ negligẽtib. deſidioſis, aliave iniquis negotiis pupillo nõ expediẽtib. adminiſtrãda cõmittat, qm̃ tũc tutelæ iudicio aſtringitur, hæc de tutoris officio dicta ſufficiant.

DE

De iuramento litis deciſiuo, et illius proceſſu. Cap. 39.

1 *Iuramentum litis deciſiuum quõ, & quando intelligitur fieri, & iurari*
2 *Appellatio nõ dimittitur a ſentẽtia decreta per iuramẽtũ litis deciſiuũ*

1 DElatio iuramenti ſuper partito litis deciſiuo intelligitur fieri, vt incontinenti iuretur, vel alteri deferatur, & propterea nimirum ſi in hoc A.C. Tribunali pars nõ admittitur ad petitionem copię partiti, neq. præmittitur citatio ad reluendũ illius copiam, iurandumq. vel referendum ſuper eo, alias viden. per D. mandari referri, prout in aliis Vrbis Tribunalibus fieri conſueuit in tantum, quod niſi incontinenti iuretur talis deferens re integra poterit ex aliqua iuſta cauſa eam reuocare; ſecus autem ſi pars, cui defertur iuramentum præcedente illius acceptatione petierit a iudice aliquam breuem dilationem ad ſe deliberandum quid habeat iurare, & alias, vt magis explicite habes per Caſtren, in l. non erit ratum in §. ſi neque per tot. ff. de iureiur. ad quem pro huius articuli clariori intellectu in facti contingẽtia recurrere poteris. cui non inutile viſum eſt addere, quod ſimili iuramento præſtito pręcedente illius legitima delatione ſtandum eſſe
2 videtur adeo quod a ſententia iudicis per tale iuramentum decreta appellatio non admittitur l. generaliter in §. iuramento, C. de reb. cred & iureiur. quoniam per iuramentum litis deciſiuum habetur, ac ſi plene probationes præceſſiſſent d. l. non erit ratum, §. dato, & in l. ſed & ſi poſſeſſor, ff de iureiur. reliqua de huiuſmodi iuriſiurandi articulo habes per Lucam Petum in praxi Capitolina c. 2. de generali forma procedendi in ſummariis lib. 4. n. 7. & ſeq.

De iurium admiſſione, et poſitione illorum ad partes. Cap. XL.

1 *Iudex quid faciat circa iurium admiſſionem poſt terminum tentum ad ſententiam.*
2 *Per admiſſionem iuriũ circumducitur decretum, & concluſio cauſæ.*
3 *Damnatio ſtyli admittendi iura poſt concluſionem cauſæ ſeu habitum terminum ad ſententiam.*

ALiqua diximus de articulorum admiſſione hæc etiam pauca videntur dicenda de iurium admiſſione, nempe, quod ſi iura pro-
1 ducens nimium ſe arctauerit ad illa producendum, vt puta poſt terminum proſeruato habitum ad ſententiam, idq. non niſi ad calũnioſe, & ad retardandam expeditionem cauſæ fieri videatur, tunc iudex nihil pronunciat ſuper illorum admiſſione, ſed tãtum terminum pro ſer-

ſeruato habet, & ſubinde illis in Camera viſis, ſi ea releuantia videā-
tur admittit, ſi, & in quantum, & tale decretū iurium admisſionis re-
uocat ſaltim tacite decretum, ſeu concluſionem in cauſa facta Alex.
2 conſ 84.n.9.& ſeq.lib.4.Dec.in c.quoniam contra n.115.de prob.&
ibi Fel.n.18.& ita vt ſupra dictum eſt obſeruatum fuit, abſq. eo, quod
fiat particulare decretum, ſeu pronuncia, quod ponātur ad partes, vt
3 aliqui dicunt, nec minus videtur approbandus modernus ſtylus ad-
mittendi iura poſt concluſionem in cauſa, ſeu terminum proſeruato
habitū ad ſententiā cū clauſula præſeruatiua, vt puta citra præiudi-
ciū termini proſeruato habiti, quia poſt conclusū in cauſa iudex fun
ctus eſt officio ſuo, & conſequenter eluſoria eſſet talis iuriū admisſio.

De citationibus præmitten. illarumq. exequutione, ac iurium admiſſione. Cap. XLI.

1 *Quamplura de citationibus perſonaliter faciendis, tam in curia, quā extra eam, & iurium admiſſione.*

IAm diximus de citationibus perſonaliter exequendis in cauſis cōmiſ
ſariis, idem quoq. dicen. erit in citationib. ſubſtantialib. faciendis, ſeu
exequendis in cauſis ordinariis excedentibus ſummam ſcut.200 pro
ut antiquitus obſeruabatur, ſed præſenti tempore ſtylus antiquus vi-
detur ab Aula receſſus, quoniā a plurib. annis citra modernus ſtylus
antiquo contrariatur cum A.C. in quibuſcunque cauſis, cuiuſcunq.
ſummæ, ſeu valore coram eo auctoritate ordinaria vertentibus con-
tentatur de citationib. exequutis domi domiſ. copia, dempta tamen ci
tatione ad viden. reiterari terminos ſubſtantiales, & ad ſententiā, quæ
ſi domi fuerint exequutæ eas non admittit, ſed eas perſonaliter fieri
mandat, cuius opinio non videtur ratione diſſona, nec iuris diſponi
contraria cum citatio, quæ fit poſt litē cōteſtatā ſufficit quod fiat ad
domum. Rom. conſ.454. verſ. ea enim, n.4.& quādo quis ab initio cau
ſa fuit perſonaliter citatus, posſit poſtea citari ad domum etiam ad
ſententiam atteſtatur Burſat. conſ.74.n.90. Rota dec.48. in nou. de
citation.& ibi citat Grauat. ad Veſtr. li.5.c.13.n.12.& 98. alleg. Bar.
l.4.§. prætor ait, de damn. inf. cum aliis ibi cit. vtcunq. ſit, licet ex præ
miſſis prædicta videantur de iure ſufficere ad validitatem proceſſus
& citationis, ad ſententiam tamen in euentum non perſonalis appre-
henſionis citandi de more, & ſtylo curiæ præmittitur diligentia, pri-
mo per vnum, & deinde per duos curſores de perquirendo perſonā
citādam, quibus diligētiis præmiſsis, & per curſores apud acta cauſa
relatis Iudex per eius particulare decretum decernit. proceſsū p affi-
xionem ad valuas curiæ, & domus ſuæ ſolitæ habitationis, & in illius
defectu in acie Campi Florę, quibus modo præmiſſo executis deue-
nitur

nitur per iudicē ad ſententiā prout natura cauſæ ſuadet, & ꝙ ſtetur relationi curſoris, qui dicit nō inueniſſe ꝑſonaliter teſtatur, Bal. in l. properan. ſ. & ſi quidem, n. 13. C. de iud. Rurſus cū aliqua de exequutionis citatione dixerimus nō ab re cenſui aliqua alia referre, ſeu repetere de citationib. facien. pro iurū admiſsione, qm̄ ſæpisſime contingit, ꝙ rei cōuenti, vt plurimū pro retardāda expeditione cauſa, ſeu alias eorū, vel procuratorū ſuorū incuria, aut negligentia nimium ſe arctāt ad producendū iura in quo art. dico, ꝙ ſimiles citation. ad dicen. contra iura producta, videndūq. iurare teſtes ſuper illorū recognitione nō ſemper fiūt corā A. C. ad dicen. cōtra iura admitti, & cōmitti, &c. prout fieri ſolent in Tribunali Rotę, ſed vt plurimū fieri ſolent ſimpliciter ad dicen. cōtra iura producta, & repetita, videndūq. iurare teſtes ſuper illorū recognitione quatenus opus ſit, vt ſupra dictū eſt, & tūc illis iudicialiter relatis præuia illorū productione parte in indiuiduo nō opponente, habenturpro admisſis, cū tacite videantur a iudice recipi, & dicūtur de actis; parte vero opponen. & proteſtante, ꝙ nō admittantur, tūc iudex non obſtan. proteſtatione, ſolet illa admittere cū ſolita clauſula: ſi & in quātū, ſeu mādat poni ad partes eius arbitrio. Idem quoque dicen. erit ſi in citatione legerentur d. termini admitti, & committi, &c. ſed ſi nulla interuenerit pronunciatio iudicis ſuper illorum admiſsione parte in indiuiduo opponente, tunc affirman. eſſe cenſeo dicta iura nō fore admiſſa, cū ex aliqua iux. cauſa potuerit iudex moueri ad illa non admitten. ſed potius ſaltim tacite reiicien. per proceſſum ad vlteriora, & ita in facti contingentia de præmiſſorum obſeruantia interrogatus, ita vt ſupra dictum eſt atteſtatus fui. Et licet ſuperius aliqua dixerimus de modo exequendi citationes in curia nō inutile erit etiam referen. de citationib. exequendis extra curiā in quibus aliquando iudex mandat aliquem perſonaliter citari, & ſi perſonaliter non inuenitur ad domum ſuæ ſolitæ habitationis, & nuncius refert ſe citaſſe domi, quia perſonaliter non inuenit ſtatur ſuæ relationi, vt no. extra de appel. c. cū parati. Sed quid ſi nuncius ſe feciſſe ſub hac forma, & dixisſe omnia quæ habuit in mādatis: nec declarat vtrum eum citauerit perſonaliter, vel ad domum reſpondetur potius præſumen. erit citatum fuisſe domi, quam perſonaliter, quia citatus perſonaliter non comparendo eſset in vero dolo, ſed citatus ad domum eſt in culpa, vnde potius debet præſumi culpa quam dolus, quia debemus præſumere in benigniorem partem, vt per eundem Bald. in d. l. perſonaliter, d. ſ. & ſi quidem, ſub num. 13.

De obſeruatione termini ad dicendum contra commiſſionem. Cap. XLII.

IN hoc articulo citationis præmittendæ ad dicen. contra commisſionem

nem videtur eſſe aduertendum, quod ſi ante ſeruationem terminorũ ſubſtãtialium non præceſſerit citatio ad dicen. contra commiſſionẽ, ſi tñ cauſa cõmiſſaria ſit ex tali defectu ſententia vitio nullitatis ſubiacebit defectu iuriſdict. quoniã ceſſante tali citatione ad dicen. cõtra cõmiſsionẽ ea non dat iuriſdictionẽ, nec DD de Rota ſufficere viſũ fuit, ꝙ in terminis ſubſtantialib. licet adſit terminus ad dicen. contra cõmiſsionẽ, tñ quia ſeruatio terminorum ſubſtãtialium præſupponit iuriſdictionẽ firmatã, et eſt quid diuerſũ a citatione ad dicẽ. cõtra cõmiſsionem nõ videtur ſufficere ex deductis in deciſione Rotę in vna Braccharen. Monaſterij de Granſeis die 27. Nouemb. 1600. coram Sacrato, tamen iterum propoſita cauſa huiuſmodi placuit Rota fuiſſe ab eadem recedendum ex deductis in deciſ. inferius ſcripta.

R. P. D. SACRATO.

Braccharen. de Granſeis. Mercurij 19. Nouembris 1602.

EPITOME

Citatio ad dicen. cõtra cõmiſſionem, facta in terminis ſubſtãtialibus ſufficit ad firmandam iuriſdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad dicendum cõtra commiſſionem eſt neceſſaria ad firmandã iuriſdictionem.*

2 *Quæ ſola ſufficit in terminis ſubſtantialibus.*

3 *Sufficit quod lex habeat intentum ſuum per æquipollens.*

1 Domini nõ dubitarunt, ꝙ ad firmandã iuriſdictonem eſſet neceſſaria citatio ad dicen. contra commiſſionẽ iux. dec. Caſſad. 7. de appell. Cęſ. de Graſ. dec. 3. n. 7. de reſt. ſpo. cũ aliis alleg. Difficultas verſabatur in eo, an ſufficeret citatio ad dicen. cõtra cõmiſſionẽ quæ fuit
2 facta in terminis ſubſtantialib. Et in hoc recedendo ab alia deciſ. placuit affirmatiue reſpondere fundamentum reſolutionis, quia poſt huiuſmodi citationem poteſt pars citata comparere, & deducere omne illud, ꝙ potuiſſet deducere ab initio ſi fuiſſet citata. Vnde cũ non ha-
3 beat de quo cõquæratur ſufficit, ꝙ lex habeat intentũ ſuum per æquipollens, vt in ſimili ex dec. Caſſad. 2. de Iud. Et hoc fuit in ſpecie deciſum in cauſa Rom. cenſuum 27. Febr. 1586. coram R. P. D. Alexand.

Et licet iſta citatio facta ad dicen. contra commiſsionẽ in terminis ſubſtantialib. non poſsit conualidari retrogeſta tanquam ea, quæ fuerunt facta coram iudice, qui propter defectũ citationis carebat exercitio iuriſdictionis Caſſad. d. dec. de app. cum aliis alleg. Nõ, tamẽ exinde ſequitur, quod ſententia dicatur nulla, ſed fortaſſe erit iniuſta tã quam non iuſtificata ex actis, quæ tamen iniuſtitia non poteſt cõſiderari in hoc caſu, quia ſententia de eius validitate agitur eſt fundata in

diſpoſitione iuris, per quã omnes eccleſiæ præſumũtur liberæ. Innoc in c. Venerab. n. 9. de except. & alias fuit ſæpe deciſum, & propterea non eget actis ad ſui iuſtificationem. Ideo, &c.

Et quoniã in hoc praxis libello aliqua de citationibus, præſertim in curia faciẽdis præmiſerimus, pluraq. etiã alia de prima citatione, q̃ initiũ & fundamentũ eſt ordinis iudiciarii pręmittere debuerimus tñ cũ hæc materia ciationũ per infinitos ſcribẽtes in ſuis tractatib. ſatis abũde ſit vẽtilata. Ideo ne arrogãter videar alienos mihi vẽdicare labores, hæc tantũ pauca iuuenibus, & huius praxis ignaris profitura attingã: vt puta, ꝙ licet regulariter quilibet reus in initio cuiusq. iudicii legitime ſit citandus, vt habetur per DD. in tit. de in ius vocan. tamen non inutile præmitten. erit, ꝙ ſi citandus ſtat clauſus in domo ſua, nec patiatur videri ad hoc ne citari valeat, tunc pręmiſsis ſolitis diligẽtiis, vt moris eſt, primo per vnũ, & deinde per duos curſores legitime faciẽdis de inueniẽdo N. ad effectũ perſonaliter illũ citãdi, ſeu monẽdi, ill ſq. apud acta notari cauſæ ſufficienter relatis iudex tunc edictũ citatorium per illius affixionẽ ad valuas curiæ, ſeu in accie cã. pi Floræ, ac domus eius ſolitæ habitationis dimiſſa illius copia contra eum decerni, & perinde habetur, ac ſi perſonaliter foret, & ſic modo præmiſſo, ſeruatis aliis terminis de more, & ſtylo curiæ ſeruari ſolitis, ac verificatis verificandis iudex ad expeditionem cauſæ procedit, Alex. in l. pleriq. col. 11. de in ius voc. citat. per Maran. in 6. p. de citation. 1. mem. iudicii, ſub nu. 82. et 85.

De diuiſione bonorum hæreditatis paternæ. Cap. XLIII.

1 *Maior natu tenetur facere partes. Secus ſi minor diu adminiſtrauit*
2 *Citationes quæ fiunt pro diuiſione facienda.*
3 *Pronunciatio iudicis, ſuper diuiſione facta à peritis.*

Monitoriũ ſuper diuiſione bonorum paternæ hæreditatis, habes inf. lib. 4. quo monitorio legitime executo, eoq. apud acta notarii cauſæ reportato ſubinde deuenitur ex decreto iudicis ad electionẽ peritorũ, qui demũ præuia illorũ relatione partes faciũt ſeruata forma ſtatut. vrb. c. 101. lib. 1. q̃ ſtatutũ cũ cõformetur cũ diſpoſitione vtriuſq. iuris, vbiq. obſeruari poſſe videtur poterit quoq. fratres ipſi de per ſe ſine ſtrepitu, et figura iudicii ad diuiſionem deuenire, quo caſu maior facit portiones, et minor eligit, vel ſorte mittere ipſorũ arbitratu. Et licet cõiter Doct. in t. t. de cõmuni diuidũdo atteſtantur, ꝙ maior, vt
1 ſup. dixi portiones facere teneatur, et minor eligere, tñ ſi recte memini dico in hoc alias vidiſſe doctr. Iaſ. in l. 1. de hære. inſt. ꝙ his nõ dicitur maior reſpectu tpis, ſed maior reſpectu adminiſtrationis, nõ aũt, qui primo natus eſt, Fely. in Rubr. de maior. et ob. in ſi. verſ. et iſtis, ad de col. 1. vt puta, quia diu adminiſtrauit, vt ibi, et magis late de diuiſioni-

ſionibus facien.inter ſocios plures cōſortes,& plures cohæredes habes per Iaſ.in §.quædā n.58. 59. & 68.de action.Si aūt diuiſio fuerit
2 facienda de aliqua communi tenuta, ſeu caſali, tunc pręmiſſa ſolita citatione ad viden. deputari agrimenſores aut vnus ſeu plures de conſenſu partium eliguntur, vel d iudex ex officio deputat ſubinde citatis partibus pro certis dies & hora ad acceden.ad tenutam,ſeu caſale,& intereſſendum menſurationi,& appoſitioni terminorum, alias videndum dictam menſurationem fieri ſine eius interuentu. Quibus factis mittuntur pro dicti certis die & hora intimatis, & ibi accedunt agrimēſores qui ponunt eorum iudicio fines,ſeu terminos,&demum præuia illorum relatione iureiurando apud acta notarii cauſa relata, deinde debitis terminis ſubſtantialibus de mori,& ſtylo curiæ ſeruari ſolitis ſeruatis,præuiaq. illorum reiteratione, ac ſubinde præmiſſa
3 ſolita citatione ad ſententiam.Demum iudex pronunciat ſic in poſterum fines,ſeu terminos fore,&eſſe manſuros,nec exinde amouendos ad tradita per Abb. & Felyn.in c.iudicante de præſcriptionibus.

De expenſis litium, et illorum proceſſu. Cap. XLIIII.

1 *Diſtinctio quæ fit reſpectu condemnationis expenſis.*
2 *Citatio ad videndum taxari expenſas.*
3 *Modus procedendi ad illarum taxationem.*
4 *Appellatio quæ fit ab illarum exceſsiua taxatione*
5 *Vſque ad quam ſummam appellatio admittatur.*
6 *Expenſæ quæ fiunt pro reaſſumendis inſtrumentis, quando debentur.*
7 *Reus quando non tenetur ad expenſarum refectionem.*

IAm de ſorte a condemnato debita in exequutionē iudicati, aliqua in prox.præc.c.retulimus, aliqua alia etiā de expen.litiū hic duximus referenda,nā licet in præſenti prax.libello fuerit ſcriptū,ꝙ expenſæ debē tur ꝑ reū condemnatū nulla præcedente illius condēnatione, etiā illis omiſſis in ſententia, quia videntur omiſſæ obliuionis cauſa, vſq. adeo,ꝙ facta ſimplici cōdemnatione expenſar. cenſetur etiā facta cō. dēnatio de expenſis factis in partib. vt tenuit Rota in vna Zamoren. ſpolij coram Caſ.de Graſ. 1575. de reſt.ſpol.n.9.tñ in his ſic cenſeo
1 diſtinguen. aut dictæ acceſsiones debētur officio iudicis, aut iure actionis,ſi iure actionis,&iudex omittat in ſententia condēnare,nihilominus etiā poſt latā ſententiā poſſunt peti,ſecus vero ſi officio iudicis,ita in terminis dicit Iaſ.in §.actionū n.52.de actionib. ad quem in facti contingentia recurre,tā quoad expenſas quæ debentur ex ſtipulatu,quam ex ſtatuto diſponente, ꝙ victus victori condemnetur in
2 expen.vt ibi.Pro quarū expenſar.taxatione pręmittitur citatio cōtra reū ad viden.per D.taxari,&moderari expenſas, illaſq.taxatas,& moderatas ſolutu.alias viden.ꝓ illis decerni,&relaxari mādatū exequt.

qua

qua citatione exequuta, & D. Iudice iudicialiter relata in ea iudex
3 non conſueuit apponere manum ſcriben. Taxamus, & ſubinde exhibita cedula, ſeu liſta expenſarum noc. qui præuia illarum inſpectione illas abſque mercede, ſeu ſalario procuratoris, & aduocati ad certam ſummam ibi expreſſam liquidat, & illam iudici defert, qui iudex non conſueuit expenſas taxare ad minorem ſummam per Notar. liquida
4 tam, ſed ab inde ſupra eius arbitrio taxat. Si autem iudex in hac taxatione debitum modum exceſſerit, licet non poſſit appellare a condemnatione expenſarum, poterit tamen ab illarum exceſſiua taxatione licite appellare, Innoc. in c. fi. extra de his, quæ vi, metusve cauſa, Bal. in l. terminato, n. 11. ff de fruct. & litium expenſis. & hoc videtur locum habere in quolibet exceſſu, & articulo licet exequutio eo expreſſo iux. tradita per eundem Bal. in d. l. terminato, eod. tit. & ſequitur Lanfranc. in repet. c. quoniam contra, ver. expenſæ, n. 11. extra de probat. Fel. in c. quoad conſultationem, n. 18. 19. & 20 de re iudic. & ita, vt ſupra dictum eſt in omnibus fere Vrbis tribunalibus obſerua-
5 tum, nec prætereundum, quod ſi talis taxatio iudicis exceſſerit ſummam ſcut. viginti monetæ, appellatione interpoſita ab illius exceſſiuitate, vel penden. termino ad appellan. nihil iudex innouabit, ſed eo caſu appellatus pro illarum conſequutione vtatur remedio ei tradito a Doct. qui de ſtylo vtriuſque ſignaturæ ex profeſſo ſcripſerunt ad quos in facti contingentia recurre. Amplius antequã ab hac quotidiana materia recedam, videtur etiam referendum de expenſis, quæ
6 quotidie fiunt in reaſſumendis publicis inſtrumentis, & in hoc dicẽdum erit, quod ſi ante moram debitoris illa reaſſumpta fuerint, debitor ad illarum refectionem non tenetur, Bal. in l. non ignorat, C. de fruct. & expen. lit. Secus autem ſi ea fuerint reaſſumpta poſt eiuſdẽ debitoris moram, ſiue præceſſerit citatio ad declaran. an velit ſtare ſimplici copiæ, ſiue non, vtroque enim caſu poſt moram debitor tenetur, cum dicta citatio potius præmittitur ex benignitate, quam neceſſitate, vt per eundem Bal. in l eos, §. ſuper, verſ. vnde colligunt; ſecus tamen dicendum erit in reo ſuccedente in ius debitoris, quia tũc neceſſaria erit ſupradicta citatio, & proteſtatio de reluendo inſtrumentum in publicam formam cum plene certiorando de omnibus qualitatibus, ita vt ignorantiam aliquam prætendere, ſeu alias allega-
7 re valeat, alias talis reus in mora non conſtitueretur, & conſequenter illarum refectionem licitẽ euitabit, vt poſt alios pleniſſime Tiraquell. de retract. ligang. §. 36. glo. 2. num. 32. Cæterum, ſi quis hanc expenſarum materiam plenius attingere voluerit. recurrat ad Canoniſtas in c. finem litibus, de dolo, & contum. Doct. in l. properandum §. ſin autem alterutra, C. de iudic. Franch. in cap. ſæpe contingit à fin. extra de appellat.

R DE

De modo procedendi ſuper expulſione inquilini, ſeu coloni. Cap. XLV

1 *Modus procedendi pro euacuatione domus, ſeu prædij.*
2 *A ſententia de exfractando appellatio admittitur, & quare.*

DE hoc euacuationis proceſſu hæc tantum pauca tanquam neceſſaria viſa ſunt referenda, vt puta, q̃ præmiſſo monitorio de euacuando contra inquilinum, ſeu colonum legitime exequuto, cuius formã inferius habes in quarto libro, & eo iudicialiter apud acta notarii
1 cauſæ, vt moris eſt per curſorem relato præmittitur citatio ad dicen. contra iura producta, & repetita, ſeu ad dicen. contra articulos pro illius verificatione, abſq. aliqua alia terminorum ſubſtantialium obſeruatione præmittitur, deinde citatio ad ſententiam, & loco ſententiæ viden. decerni, & relaxari mandatum de euacuando, & etiam exequutiuum pro penſionibus decurſis & non ſolutis, quod mandatum iudex decernit niſi infra decem dies cum intimatione, vel alias arbitrio ſuo, quibus elapſis ſtatim expeditur mandatum de euacuando, & etiã exequutiuum; quia cauſa euacuationis celeritatem deſiderat, & propterea videtur dicen. q̃ appellari non liceat per Gram. dec. 59. n. 15.
2 tamen contrarium atteſtatur Ant. Nicol. in tract. de concordia gloſarum, §. vt ergo. n. 31. licet inquilinus, ſeu colonus nudam tantum habeat detentionem; & ratio quia appellari licet, quia in eo nullum petitorium habetur, ſicut habetur in poſſeſſorio per quod illarũ grauamen poſſit reparari, vt ibi, & hanc opinionem ex his, & aliis adductis rationibus nunc ſeruat ſignatura. An autem conſtitutio Aegidiana locum habeat in hoc articulo euacuationis pro illius reſolutione recurre ad deciſ. Rotæ factam in cauſa Romana domus coram Pamphilio 4. Iulii 1603. Et licet veriſimiliter credendum ſit, quod iſte articulus ſatis fuerit ex profeſſo examinatus per doctiſſimos viros, qui de locato, & conducto, & etiam de vtraq. ſignatura ſcripſerunt, tamẽ cũ in omnibus Vrbis tribunalibus quotidianus ſit, non igitur inutile viſum eſt mihi præmiſſa addere. Nec minus foret inutile referendum, quod ſi monitorium de euacuando præmittatur contra inquilinum, ſeu colonum habentem in re conductæ generalem, ſiue ſpecialem hypothecam ad inſtantiam ad alicuius ſingularis ſucceſſoris, ſiue neceſſarius, ſiue voluntarius ſit, & qualis dicatur voluntarius, & qualis ſingularis ſucceſſor neceſſarius, ad hoc vt teneatur ſtare colono, cum hæc quæſtio potius ſit de apicibus iuris, quam de reſpicientibus modum procedendi vlterius non progrediar.

FINIS SECVNDI LIBRI

SALLVSTII TIBERII A CORNETO,

DE MODIS PROCEDENDI IN CAVSIS, QVAE coram Auditore Cameræ aguntur.

Liber Tertius.

De Modo procedendi in vim literarum reſeruationis penſionis contra illum qui conſenſit. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Modus antiquus procedendi vigore literar. aduerſus eũ, qui conſenſit.*
2 *Debet neceſſario monitio contra titularium procedere, & quare.*
3 *Monitorio hoc exequuto, & reproducto, decretum per contradictas obtinetur.*
4 *Neceſſaria eſt illarum productio, vel illarũ repetitio ſi eſſent in actis.*
5 *Verificandus præterea eſt clericatus etiam ſi Papa penſionarium Clericum in literis nominet.*
6 *Inſuper conditiones, ſi quæ ſint in literis verificãda ſunt, & quomodo.*
7 *Duas conditionales clauſulas paſſim fere habent literæ reſeruationis penſionis.*
8 *Vtrũ valor fructuũ beneficio in hoc iudicio executiuo probari debeat.*
9 *Ex tenore iſtarum duarum clauſularum onus probandi valorẽ agenti ad penſionem incumbit, & qualis debeat eſſe hæc probatio.*
10 *Interdum A.C. proceſſit, non verificato valore, ſed Rota contrarium tenuit.*
11 *Debet omnino fructuum valor verificari, & quare.*
Et quomodo ſit verificandus.
12 *Aliqua in cedula ſententiæ euitanda, ne cauſam ordinariam reddãt.*
13 *Exẽplũ ſentẽtiæ, quæ pro ſolutione penſionis virtute literarũ fertur.*
14 *Si ſolutio penſionis nõ eſt deſtinata in curia, & A.C. non eſt iudex in literis ſpecialiter deputatus, an ad illarum executionum procedat.*
Et quomodo tunc ſententia declaratoria formetur.

IN materia exactionis penſionis plures, & diuerſi occurrũt proceſſus, quos ſigillatim pro faciliori intellectu referendos putaui. Proceſſus vigore literarum Apoſtolicarum ad inſtantiam penſionarii, qui non eſt in poſſeſſione exi-

5 ficato Clericatu, cuius verificatio eſt neceſſaria, etiã ſi Papa in litte-
6 ris penſionis penſionarium clericũ nominet, vt per Ro.conſ.327 in-
cip.iſtæ ſunt rationes,in fi.Gig. in tract.de penſ.q.22.n.8.9.& 10 A-
lex.conſ.112.vol.7.n.1.& 2.Nec facit ꝙ iſte nominatio clericatus ſit
aſſertio Papæ,cui ſtandum eſt, iux.tex. in clem.1.de prob Fel.in c.cũ
a nobis, de teſtib. quia illud procedit qñ Papa aliquid aſſerit de facto
proprio, vt puta vocãdo aliquẽ familiarẽ ſuũ,vel ſimilia,vt in d.clem.
1.Idem Alex.con.112.vol.7. Rip.7.reſp. col.4.vol.2. Videndũ eſt in
litteris an aliqua alia ſint verificanda ſub conditione poſita, & illis
verificatis,ſeruatiſq.legitime quatuor terminis(ad docen.ſe paruiſſe)
vt ſup. meminimus de ſtylo Curiæ ſeruari ſolitis,ac vltima vice cita-
to reo ad(concludendũ,concludiq.viden.& audiendũ ſententiam de
7 claratoriam)iudex ſententiã ſubſcribit,& Notario tradit, & quoniã
ſuperius diximus, ꝙ cõditiones ſi quæ ſint,in litteris verificandæ sũt
notandum eſt,ꝙ duæ clauſulæ paſſim ſub conditione in litteris ſolent
apponi; vna ſcilicet.(Tibi penſionem annuã ſuper fructibus,&c.quo
rũ medietatem ipſa penſio, vt aſſeris, non excedit)altera vero hæc eſt
(dummodo penſio huiuſmodi,& forſan aliæ aſſignatæ penſiones me-
dietatem eiuſmodi beneficii fructuum non excedant.) Omitto alias
8 conditiones ,quæ iuxta rerum contingentias in litteris ponuntur. Su
per his duabus clauſulis, & conditionibus purificãdis fuit ſæpius op-
poſitum,& dubitatum,an valor fructuũ in hoc exequutiuo iudicio ſit
neceſſario verificandus.Et ex conſilio DD. Abbreuiatorũ de maiori
parco reſolutum eſt,&obſeruatum,ꝙ quando litteræ habent ſecũdã
clauſulam,dummodo,&c.agenti ad penſionem,incumbit onus neceſ
9 ſario,etiam titulario non opponente verificandi fructus annis ſingu-
lis duplum reſeruatæ penſionis , detractis etiam omnibus pro Eccle-
ſiæ ſeruitio neceſſariis,excedere.Quando autem litteræ primam con-
ditionem(vt aſſeris, &c.)habent: Si a titulario opponatur de valore
fructuum onus probandi valorem in litteris expreſſum pariter ad a-
gentẽ ſpectat, vt per Caſſad. dec.7.n.6 de iure patr. cuius verificatio
10 omnino eſt neceſſaria,cũ pars ſit gratiæ, vt per eundem Caſſad.dec.
20.n.4 ſup.reg.Quomodo autem valor fructuum beneficii probetur,
docet Gomeſ ſup.reg.cancel.de valor.expri.q fin. Vide tamen limita
tion.de quib.per Achil.de Graſ.dec.24.de probat.Et licet multoties
viderim A.C. & illius pro tempore Locumtenẽtes valore huiuſmodi
non verificato,ad litterarum exequutionem proceſſiſſe,tamen Rota
contrarium tenuit , & reſoluit , quod ſi agitur ad ſolutionẽ penſionis
etiam iudicio exequutiuo tenetur actor omnia in litteris narrata
parte opponente verificare. Parte vero non opponente,ea ſolum ve
rificare debet quorũ falſitas gratiam vitiam, vel quorũ expreſſio faci
11 lius Papam ad concedendum monet. Deciſum præterea eſt in Sacro
Rotę auditorio de mẽſe Apr.1572.in vna Salamantina pẽſionis pro

D.Alphonſo de Ghilera, contra D.Franciſcũ de Guillar, coram Lancellotto, ꝙ valor fructuũ ad partis aſſertionem, vt ſuperius in prima clauſula habetur expreſſorum, debet omnio verificari de tpe reſeruationis, nec ſufficit de tempore præſenti, neq. de antiquiori. Oldrad. conſ.58. Fel. in c ad aures, col. pen. verſ. limita ſecundo, de reſcri. Sarnen in reg. de valore, q. fin. cũ quo concurrit iuris præſumptio, ꝙ ea, quæ ſunt mutabilia curſu temporis non præſumuntur in eodem ſtatu l. ſpadonem, & ibi gl. & Doct. §. qui abſolutus, de excuſ. tut. Et ꝙ de valore de præterito, non infertur ad valorẽ de pręſenti, eſt tex. in l. precia rerum, ff ad l. falcid. ſicut etiã dicimus, ꝙ in contrahenda habilitate impetrantis, inſpiciendum eſt tempus vacationis, c. ei cui, de præben. in 6. Felin. in c. eam te, in pen. col. verſ. fallit primo, de reſcri. facit tex. in l. cum ita, ff de cond. & demõſtr. l. interuenit, ff. de leg. præſtan. & l. non oportet, de leg. 2. Et ſimilibus terminis dicen. erit: ꝙ clericatus debet verificari de tempore reſeruationis penſionis. Aldobrand.
12 in vna Marſilian iuriſpatronat. ſeu beneficiorũ, 10. Iun. 1577. vbi habes, quæ plene debeant verificari, & quando ſufficiant leuiores probationes adſtipulatur. Aegid. dec. 683 de conceſ. præb. quam ſequuta fuit Rota in vna Cremonen. penſionis 27. Nou. coram Robuſt. diuer. Porro antequã ad ſententiã declaratoriã deueniatur, caueat Procur. in ſententię cedula ponere, ne iudex in ſententia reum conuentum ad penſionis ſolutionem teneri declarat: quia eo caſu iudex non, vt exequutor, ſed mixtim, & ordinarie procederet. Et ſic ab hac ſententia appellatio reciperetur, cauſa deuolueretur, & exequutio ſuſpenderetur. Præterea caueat ne reum in cenſuras & pœnas in litteris Apoſtolicis, & monitorialibus contentas incurriſſe declaret. In monitorio enim aliæ pænę pecuniariæ, & temporales præter expræſſas in Apoſtolicis litteris continentur. Vnde iudex eſſet mixtus & appellationem ſuſpenſiuam, & deuolutiuam titulario negare non poſſet. Et bo. me. Vincentius Fuſcherius olim A. C. Locumtenens, differentia ſuper hac orta, & partibus bene informantibus, appellationem tũ deuolutiuam, tum ſuſpenſiuam ob rationem ſupra relatam cõceſſit. Ad differentias igitur, & dubia euitandum, hæc quæ ſequitur forma con-
13 ſulto tradita, & vſu recepta fuit. Per hanc noſtram declaratoriam ſententiam, quã de iuris petitorum conſilio pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis vertentibus coram Nobis inter D.C. Clericum N. principalẽ agentem ex vna, & D.B. modernum rectorem, & poſſeſſorem beneficii N. reum conuentum, ſuper annua pẽſione ducatorum centũ auri Cameræ d. D.A. ſup fructibus, &c. dicti benefici auctoritate Apoſtolica reſeruata, illiuſq. terminorum decurſorũ non ſolutione, rebuſq. aliis in actis cauſæ, & cauſarũ huiuſmodi latius deductis, partibus ex altera, Dicimus, pronunciamus, ſententiamus decernimus, & declaramus

mus eundem B. modernum rectorem, & poſſeſſorem d. beneficii, ſententias, cenſuras, & pœnas in litteris Apoſtolicis reſeruationis prædictę penſionis, de quibus in actis, contentas, ob illarũ non paritionẽ, ac eiuſdem penſionis illliuſq terminorum decurſorum non ſolutionẽ damnabitur incurriſſe, ac in eis incidiſſe, ipſumq. vt talẽ excõicatum & declaratũ, ab omni Chriſtifidelibus arctius euitandum litteraſq. declaratorias in forma ſolita, & conſueta, ac inſtrumentum deſuper opportunũ conceden. & relaxanda fore, & eſſe, prout hac noſtra declaratoria ſententia declaramus, decernimus, & concedimus, & relaxamus, ac eundem d. B, in expenſis coram Nobis legitime factis condẽ
14 namus, quarum taxationem nobis in poſterũ reſeruamus omni meliori modo, &c. Et licet hæc omnia in hoc capite expreſſa intelligantur procedere, quando penſionis ſolutio in Ro. Curia eſt deſtinata, & A. C. in litteris eſt exequutor ſpecialiter deputatus: (Nam ſi penſio Romæ non debetur & A. C. non eſt in litteris ſpecialiter deputatus, videtur dicen. ꝙ nequeat ad cauſæ cognitionem, & expeditionẽ procedere, neganite id Pio V. in tribunalis eiuſdẽ A. C. reformatione, ver. litteras Apoſtolicas, & ſequ. (Tamen quia ex modernis facultatibus poſt dictam Pij V. reformationem A. C. conceſsis, datur facultas litteras Apoſt. in quibus alii ſunt deputati iudices, accumulatiue cum illis exequendi, vt in eiſdem facultatibus, ver. necnon quaſcunq. litteras, &c. Ideo A. C. paſsis ad illarum exequutionem procedit. Tutius tamen eſſet ad tollen. omnem cauſam dubitandi, adire ſignaturam iuſtitiæ, & ab ea commiſsionem ante, vel poſt monitorium impetrare, in qua detur facultas eidem A. C. procedendi, & deciden. cũ ſpeciali d. reformationis derogatione ſaltẽ implicite facienda, quæ paſsim ab expertis referendariis concedi ſolet. Et in caſum huiuſmodi formatur declaratoria ſententia, in qua iudex decernit, & concedit declaratorias litteras, publicandas poſt 15. dies, computandos a die quo inſtrumentum declaratoriæ deſuper conficien. eidẽ B. intimatum fuerit, niſi infra quindecim dierum prædictorum terminum ſoluent, &c.

De modo procedendi vigore litterarum conſequutionẽ penſionis contra ſucceſſorem in beneficio. Cap. II.

1 *Idem monitorium præmittitur contra beneficiatũ, & illius ſucceſſorẽ*
2 *Quæ debent probari in hoc iudicio.*
3 *Non ſufficit litteras in monitorio inſerere.*
4 *Ad hoc vt inſertio ſufficiat, eſt neceſſaria commiſſio.*
5 *Aliquando monitoria cum litterarum inſer. ion abſque commiſſione conceduntur.*
6 *Inſertis regulariter non creditur, niſi originaliter exhibeantur.*

 7 Con

7 *Conſuetudo concedendi monitoria cum inſertione litterarum abſque commiſſione quomodo ſaluetur.*
8 *Commiſſionis huiuſmodi formula.*
9 *Signatura iuſtitiæ commiſſiones derogatoria:reformationis Pij V.cõcedere ſolet, & quando.*
10 *Non cõceditur declaratoria, niſi legitime intimatis litteris, & quare*
11 *Auditoris Cam. litteris non intimatis A.C. non procedit immediate, ac declaratoriam, ſed ad diffinitiuam ſententiam, niſi ſuperuenerit commiſſio.*
12 *Idẽ proceſſus ſeruatur in exequut. litterarum reſeruationis fructuũ*

1 SI procedendum fuerit ad inſtantiam penſionarii, qui non ſit in aliqua poſſeſſione exigendi, aut illam probare non poſſit, contra ſucceſſorem in beneficio, monitorium infra libro quarto deſcriptum cuius mentionem ante feci, præmittes, & omnia plene verificabis.
2 Hæc ſcilicet, clericatum, fructuum valorem, reum conuentum eſſe poſſeſſorem beneficii, ſuper cuius fructibus eſt conſtituta penſio, & ſucceſſorem in eo ex perſona illius, qui conſenſit, & quod ille primus
3 qui conſenſit poſſederit beneficium. Præterea eidem ſucceſſori originales litteræ reſeruationis penſionis intimari debent, vt infra dice-
4 mus. Nec ſufficit illas in monitorio inſerere, & inſertas intimare: quia debent originaliter, aut illarum ſumptum ex regiſtro bullarũ, aut ex Cam Apoſt. legitime intimari. Si autem volueris inſertionem va-
5 lere Commiſſionem, quæ abſq. difficultate conceditur a ſignatura iuſtitiæ obtinebis. In qua committitur Aud. Cameræ, vt litteras in monitorio inſertas, ne originale earum ob viarum diſcrimen deperdatur, intimari faciat, & intimationem in hunc modum factam, ac ſi litteræ ipſe originales intimarentur, valere decernat. Cuius commiſſionis vigore monitorium cum litterarum inſertione decernitur, & tũc illius intimatio litterarum originalium intimationi æquiparatur.
6 Verum ſi notarius parti hoc petenti ſatisfaciendo, monitorium cum litterarũ inſertione, commiſſione non impetrata concesserit (licet inſertis regulariter non credatur, niſi originaliter exhibeantur, vt per
7 Rota dec. 193. in antiq. quia exemplum ab exemplo nullam fidem facit, vt expreſſe dicit tex. in l. de fide inſtrum. Alex. conſ 138. n. 4. lib. 1 Doct. in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. Dec. conſ. 36. & 448. n. 3.) tamen ſi iudex, & notarius originales litteras vidiſſe fateantur, parte
8 non opponente exemplo inſerto fides adhibetur. Put. dec. 246. lib. 3 nu 3. & alias dec. 4. de fide inſtrum. Parte vero opponente; vt monitorium ſalues, originales litteras ſtatim exhibe. Idem dico de litteris reſeruationis fructuum loco penſionis, & etiam in forma breuis de capiendo poſſeſſionem, quod breue, & illius exequutio ſub hac difficultate[?] comprehenduntur, cum ex ipſo breui cauſa committatur,

tur, & iudici iuriſdictio tribuatur, & in his, quę iuriſdictionē tribuūt, ſufficit litteras originales iudici exhibere, vt ipſe de ſua iuriſdictione certior reddatur, de qua partem certificare non tenetur, niſi per copiam inſertam in monitorio, ſeu citatioue decernenda, vt per Panormit. in c. præterea, num. 4. de dilation. Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius. Feli. in c. cum in iure, colum. 2 ver. fortius, de offic. deleg. Guidopap. q. 44. nu. 2. imo Rol. a Val. conſ. 39. n. 23 & 25 lib. 1. dicit quod citatio delegati non arctat niſi inſerto tenore delegationis. Vt tutius tū agas pro obtinenda exequutione dictatum litterarum reſeruationis penſionis, & ſimilium. Commiſſionem, cuius modo meminimus, impetrabis; illius hoc eſt exemplar. Beatiſs. Pater. Cum deuoto S. V. Oratori A. Clerico N. annua penſio centum ducator. auri cameræ, ſuper parochialis Eccleſiæ N. Toleta. diœc. quam q. N. cū viuerat, obtinebat, fructum, &c. de ipſius N. illius rectoris conſenſu Apoſtol. auctoritate reſeruata, conſtituta, & aſſignata fuerit in Ro. Cur perſoluenda, vt in litt. Apoſtolicis debite ſub plumbo expeditis plenius cōtinetur, quas hic S. V. pro expreſſis, & inſertis habere placet. Et cū Orator in Ro. Cur. reſideat, litteraſq. dictę reſeruationis penſionis expediri, illaſq. coram A. C. præſentari fecerit; dictuſq. N. a nōnullis mēſibus citra deceſſerit, & cupiat Orator ipſe pro ſuæ conſequutione penſionis tam moderno dictæ Parochialis rectori, quam aliis illius pro tempore exiſtentibus rectoribus, & poſſeſſoribus, & aliis, quibus de iure intimari debent eaſdem litteras Apoſtolicas intimari facere; & timeat ne illæ, ſi intimandæ originaliter ad partes tranſmittantur, ob viarum diſcrimina deperdantur Supplicat ideo S. V. Orator prædictus, quatenus dignetur eidem A. C. qui Apoſtolicarum litterarum generalis eſt exequutor, & coram quo litteræ antedictæ; vt præfertur productæ extiterunt, vel eius in ciuilibus Locumtenenti committere & mandare, vt litteras prædictas, earum tenore in monitorio decernendo inſerto, omnibus, & ſingulis ſupradictis, ac aliis in exequutione d. monitorii ad partes decernendi nominandis, & cognominandis intimet, & intimari mādet, quæ intimatio perinde valeat, ac ſi originales ipſæ litteræ intimarentur, monitoriumq. deſuper ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis in dictis litteris reſeruationis penſionis huiuſmodi contentis, ac aliis arbitrio ſuo, etiam in ſimilibus monitoriis iuxta ſuæ Curiæ ſtylum apponi ſolitis tam contra modernum d. Parochialis rectorem, & poſſeſſorem, quam alios in eadem Parochiali pro tempore exiſtentes rectores, & poſſeſſores, omneſq. alios, & ſingulos ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putantes, ac in decreto, ſeu exequutione monitorii præſentium vigore ad partes decernendi exprimendos, & nominandos, tam pro omnibus, & ſingulis terminis, & ſolutionib. pēſionis huiuſmodi debitis, & decurſis, quam in futurū decurrēdis, & debēdis toties quoties, opus fuerit, decernat, & cōcedat.

Et

Et in euentum non parition. ſeruatis quatuor terminis in ſimilibus ſeruari ſolitis inobed.entes & rebelles, ſententias cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe, & in eis incidiſſe declaret, aggrauet, reaggrauet, & brachiũ ſeculare innocet, omniaq. alia, & ſingula in his neceſſaria & opportuna faciat, & exequatur. Cum poteſtate prędictos omneſq. alios in ſupraſcriptis generalibus clauſulis comprehenſos, in Ro. Cu. & extra eam, etiã per edictũ publicũ, conſtito ſummarie, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu, citandi, & monendi Sibiq. a præfatis, & quibuſcunq. DD. Iudicibus, ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis etiã pecuniariis arbitrio ſuo imponendis, moderandis, & applicandis, etiá ꝑ ſimile edictum inhibendi Et in euentum non paritionis, rebelles, & inobedientes, ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe, & in eis incidiſſe declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdicendi, auxiliũ brachii ſecularis innocandi, cæteraq. in præmiſſis neceſſaria, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi & exercen. Pręmiſſis a conſtitutionib. & ordinationib Apoſt. ſtylo Curiæ ceteriſq. in contrarium faciẽtibus, non obſtan. quibuſcumq. Statum, ac merita cauſæ, & cauſarum huiuſmodi nomina, & cognomina collitigantiũ, aliorumq. hic forſan de neceſſitate exprimendorũ tenores, & cõpendia pro plene, & ſuffi-

10 cienter expreſſis habentes. Nõ obſtat in hoc iudicio reformatio tribunalis A.C. a Pio V, emanata in qua diſponitur ꝙ A.C. litteras Apoſtol. quibus certus judex deputatus ſit, non exequatur, & ab his literas penſionum (quarum ſolutio eſt deſtinata in Curia) excipiat. Nam etiã in his, in quibus ſolutio in loco beneficii eſt deſtinata, A.C. vigore ſuarum facultatum, vt in prox. præc. c. retuli, procedit, & nihilominus Signatura Iuſtitiæ paſsim cũ d. reformationis derogatiõne cõcedit, vt iam dixi. Nota tamen ꝙ ad hoc, vt ad declaratoriam ſtatim, &

11 immediate (debitis tamen ſeruatis terminis) procedi poſſit, opus eſt litteras Apoſt. originales, vel alias modo præmiſſo titulario eſſe legitime intimatas, vt per Gig. de penſ. q. 84 n. 2. quia tunc, reo nõ cõparente, nec ſatisfacere curante, ob illius morã, & contumaciã, contra ipſum præuia iudicis monitione, rite conceduntur cenſuræ. Alioquin titularius cenſurarum vinculo, ob grauitatẽ, & præiudiciũ illarũ animã ligantium, iniuſte innodantur: cum requiratur litterarum certa, & indubitata notitia, ſeu ſcientia; ſine qua excõicatio non infligitur. vt per Crau. conſ. 103. n. 8. etiã ſi ſciret litterarum expeditionem, ad tradita per Gig. eo. tit. q. 77 n. 20. cum concordan. Intimatio tamen litterarum non eſt neceſſaria in eo, qui principaliter conſenſit reſerua-

12 tioni penſionis, vt ibid. n. 20. Caſſad. ibi citat. dec. 11. de penſ. & dec. 12. de reſcr. Gomeſ in ſuo compendio, verſ. Signatura n. 89. Verum ſi ad exequutionem litterarum rẽo non intimatarum, ſed in iudicio tãtum exhibitarum agitur non proceditur immediate ad cenſuras, ſed fertur dumtaxat ſententia monitorii reintegratoria. Si tamen illud

nega-

negatum fuerit, vt ſupra poſuimus in c.10. lib. 2. nu. 26. cum decreto mandati, et in iuris ſubſidium, excõmunicationis. Et deinde præuia cõmiſsione, quę paſsim ob litterarum Apoſtolicarum reuerentiam a Signatura conceditur: per quam cõmittatur A.C. vt ad exequutionẽ ſententiæ procedat, ſeruatis terminis in negocio exequutiuo pro ex-communicationem, poſt mãdatum exequutiuum relaxatum obtinen-
13 da ſeruari conſuetis, ad relaxationem declaratorię deuenitur. Omnia hęc, quæ ſupra diximus in proceſſu litterarum reſeruationis fru-ctuum loco penſionis pari modo, et ordine ſeruantur.

De forma proceſſus ad effectum conſequendi penſionem vigore poſſeſſionis exigendam. Cap. III.

1 *Exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, etiam non expeditis litteris agere poteſt.*
2 *Et tam contra conſentientem, quam contra ſucceſſorem.*
3 *Quod monitorium in hoc iudicio præcedat.*
4 *Hoc monitorium perſonaliter ſucceſſori intimatur.*
5 *Etiam non negato monitorio ſupplicatio originalis, ſiue illius ſumptũ per agentem eſt exhibendum.*
6 *Quæ ſint probanda in hoc iudicio.*
7 *In iudicio manutentionis huiuſmodi principaliter intentato, & in quo eſt diffinitiue prounanciandum ſeruantur quatuor termini ſubſtantiales, & qui.*
8 *Secus in manutentione incidenter intentata.*
9 *Sententiæ quæ in hoc iudicio fertur, formula.*
10 *Poſt hanc ſententiam, mandatum incontinẽti abſque alia citatione relaxatur.*
11 *Si penſionarius de clericatu docere nequit, ſpolio agere poterit.*
12 *Succeſſor penſionem ſoluere nolens, penſionarium ſpoliare dicitur.*
13 *Quare non ſit neceſſaria in iudicio ſpolii probatio clericatus.*
14 *Secus in iudicio petitorio.*
15 *Exemplar ſententiæ in hoc iudicio ſpolij.*
16 *Quando monitorium eſt factum pro terminis decurſis, & decurrendis in vim illius abſque nouo monitorio pro terminis poſt ſententiam decurſis procedi poteſt.*
17 *Secus ſi monitorium eſt tantummodo pro terminis.*
18 *Pro conſequutione terminorum poſt ſententiam decurſorum, vigore primi monitorij procedere volens, docto ſummariæ, & extraiudicialiter de titularij abſentia, & procuratoris obitu, qui priorem cauſã defendit, proceſſum per contradictas obtinet.*
19 *Quid agere debet penſionarius, qui de aliquo nouo procuratore notitiam habet.*

20 *Quid ſi mandatum in actis non appareat acceptatum, & aliquã alia de procuratore mandatum producente.*
21 *Quando ſententia eſt lata pro terminis decurſis, quinam intelligãtur*
22 *In penſione motuproprio reſeruata nõ eſt opus verificatione & quare.*
23 *Citatio abſq. monitorio contra titulariũ perſonaliter in Curia apprehenſum ſufficit, quando penſio eſt aſſignata motuproprio.*
24 *Penſionarius agit contra nouum poſſeſſorem pro penſionibus antea decurſis, & quando & quomodo aget.*
25 *Quædam alia de quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, & eius beneficio*

1 SI quis eſt in quaſi poſſeſſione penſionem exigendi, & litteras non habet expeditas, poteſt ſupplicationis virtute ad penſionis exactioné, & contra principalem, qui illius reſeruationi conſenſit, & cõ-
2 tra ſucceſſorem in beneficio procedere, præuio monitorio ad partem
3 ꝙ inferius in poſtremo libro videre licebit. Hoc perſonaliter debet
4 ſucceſſori intimari, eoq. intimato, & in actis reproducto, licet moni-
5 tus illud non negauerit, & litem aliter non conteſtatus fuerit, tenetur tamen actor ſupplicationem reſeruationis penſionis originalem vel illius ſumptum, pro palatii more, ex regiſtro in actis notarii exhibere, vt per Achil. dec. 3. in ver. cõmiſſio. De clericatu autem docere non tenetur ſecundũ Innoc. in c. tranſmiſſam, n. 1. in fi. de elect. Vt fuit reſolutũ in proxime relata cauſa Salamant. penſionis. corã Lancell.
6 18. Apr. 1572. Quæ ſupplicatio ſi non exhiberetur A. C. ei denegaret manutentionem, quia ante omnia conſtaret debet de exiſtentia actus videlicet de illius reſeruatione. Achil. dec. 4. de reſcr. Obligatur præterea ad proban. reũ conuentum beneficiũ penſione grauatũ poſſide-
re, ſeq. in poſſeſſione penſionem exigédi per penſioné ab ipſo reo cõuento, aut aliis eius anteceſſorib. perceptarũ exactioné eſſe. Guidop. dec. 629. Put. dec. 152. lib. 3. quę poſſeſſio probatur per teſtes, aut publicas ſcripturas, quę ęquiparantur, vt in l. In exercendis, C. de fid. inſtru. aut propriã partis confeſſionem, quæ fortior eſt, Affl. dec. 372. n.
7 6. Dubitatũ aliquando fuit, an in hoc manutentionis iudicio terminorũ ſubſtantialiũ obſeruatio requiratur? Et validis rationibus obſerua-
tum eſt, ꝙ ſi manutentionis iudicium fuerit principaliter intentatũ, & in eo diffinitiue pronunciatur, horum quatuor ſubſtantialiũ termi-
8 norum obſeruatio neceſſaria ſit (ad articulan. dicendũ contra articulos, procedendum, omnia, & dicendum contra producta) vt ſupra poſui, in cap. 7. de remedio recuperandę, lib. 2. Si vero incidenter, dum ſcilicet de cauſa principali agitur, quis iterum manuteneri petat, cum hoc ſummariſſimum ſit iudicium, nulla in eo terminorum ſubſtantialium obſeruatio requiritur. Exemplar ſententiæ, quæ in iudi-
9 cio quaſi in poſſeſſionis exigendi fertur. Chriſti nomine inuocato, Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam de iuris peritorum conſi-

conſilio pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præoculis habentes ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis vertentibus coram nobis inter d. N. principalem agentem ex vna, & B. rectorem parochialis Ecclesiæ N. ſuper annuá penſione ducator. 100. auri de camera eidẽ A. ſuper d. parochialis Eccleſiæ fructibus &c. auctoritate Apoſtolica reſeruata, rebuſq. aliis, &c. reum conuentum partibus ex altera. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus d. A. in ſua poſſeſſione, vel quaſi exigendi penſionem annuã prædictam, contra eundem B. modernum d. parochialis Eccleſiæ rectorem, poſſeſſorem manutenendum fore & eſſe, prout manutenemus, ac manuteneri mandamus: pro terminis eiuſdem penſionis decurſis, & non ſolutis mandatum exequutiuum contra ipſum decernendum, & relaxan. fore, & eſſe, prout mandatum ipſo de manutenendo, & exequutiuum reſpectiue decernimus, & relaxamus. Moleſtationes vero recuſationes & impedimenta quæcumq. per d. B. eidem A ſuper præmiſſis præſtitas, & factas, ac præſtita, & facta fuiſſe, & eſſe illicitas, indebitas, & iniuſtas, illicitaq. indebita, & iniuſta, illaſq. & illa eidẽ d. B. facere minime licuiſſe, neque de iure licere, illique perpetuum ſilentium in, & ſuper præmiſſis imponendum fore, & eſſe, prout imponimus: ipſumque B. in expenſis coram nobis legitime factis condemnandum fore & eſſe, prout condemnamus: quarum taxationem Nobis in poſte-
10 rum reſeruamus, omni meliori modo, &c. Qua quidem ſententia lata, ſubſcripta, & publicata, Notarius abſque alia citatione, aut iudicis decreto mandatum de manutenendo, & exequutiuum expedit, &
11 parti tradit: cuius formulam habes infra libro quarto. Si penſionarius nequit de ſuo Clericatu in promptu docere, vbi illius probatio requiratur, videtur magis expedire contra titularium poſſeſſorem, remedium canonis reintegrandæ intentare; idque contra ſucceſſorem in beneficio, qui penſionem ſibi ſoluere conſueuit, prædictis tamen
12 extremis verificatis conceditur, quia talis poſſeſſor penſionem ſoluere recuſans penſionarium ſpoliare dicitur, vt per Innoc. in c. ſuborta de iud. Gig. de penſion. q. 49. n. 1. & conſequenter dicendum erit, ei dictum remedium reintegrandæ competere. Abb. c. peruenit
13 de cenſib. col. 1. in fi. Et ſpolii iudicium probationem Clericatus, neque aliarum habilitatum neceſſario non exigit, cum penſionarius ad ſuam priſtinam poſſeſſionem reſtitui debet, vt petit. Put. deciſ. 8. de probation. Quando autem agitur contra ſucceſsorem in beneficio, qui nunquam ſoluit penſionem, non remedio reintegrandæ, quia ipſe non ſpoliauit, ſed potius retinendæ agendum erit. Guidopap. d. de-
14 ciſ. 629. incip. Super quæſtione cuius caſus. In iudicio autem petitorio de clericatu, aliiſq. requiſitis, vt ſuperius dixi, docebit, & ſenten-
15 tia ſuper ſpolio formabitur. (A. reintegrandum fore & eſse ad ſuam priſtinam poſseſſionem exigendi, &c.) & mandatum de reintegrando

& etiam executiuum pro ſolutione terminorũ decurſorũ, & non ſolutorum decernen. fore, & eſſe, &c. & deinde præmiſſis ſeruatis, & ad relaxationem, & expeditionem mandati proceditur. In hac materia, quæ quotidie accidit in practica, non videtur ſilentio omittendũ, ꝙ vbi clericatus probatio eſt neceſſaria, debet ea percutere tempus reſeruationis penſionis, ad not. per Fel. in c. cũ adeo, verſ. de deſtinato, & ver. ſeq. de reſcript. Gig. eod. tract. q. 22. communis autem reputatio nõ ſufficit niſi ea percutiat tempus reſeruationis. Sicut etiam dicimus, ꝙ habilitas pro obtinendo beneficio debet conſiderari iux. tempus illius prouiſionis, vt in c. ex litteris de tranſact. vſq. adeo, ꝙ ſi nõ verificetur, eſſet in eiſdem litteris expreſſa falſa cauſa, quæ reſcriptũ vitiat, vt in c. ſignificante, de reſcri. Et ponit in terminis idẽ Gig. 26. Nec ſufficit pro illius verificatione confeſſio partis: quia ea nõ præiu dicat niſi in his, quæ dependent a voluntate partiũ l. confeſſionib. ff. de interrog. act. Aym. conſ. 93. n. 1. vbi loquitur in propriis terminis de eo, qui fatebatur aliquẽ eſſe clericum, cũ non eſſet; & concludit, ꝙ talis confeſſio non nocet: quia ꝙ aliquis ſit clericus, vel legitime ordinatus, non dependet a voluntate confitentis, Et in ſimilibus terminis declarat Rom. conſ. 260. n. 4. vbi ponit exemplũ in eo, qui produxerat quandã regulã, confitendo eam eſſe extrauagantem, cũ non eſſet. Vbi autem ageretur poſſeſſorio, ſufficit d. confeſſio, ſeu probatio partis, cũ ſufficiat leuior probatio. Aym. cõſ. 93. lib. 4. Quaſi enim poſſeſsio, de qua ſup. meminimus, releuat penſionarium ad onere verificandi narratiuam litterarum. Secus in iudicio plenario, vt tenuit Rota in vna Præneſtina compromiſsi 8. Feb. coram Seraphino in 1. p. diuerſ. deciſ. ſub n. 2. Et titularius tenetur ad ſolutionẽ penſionis abſq. alia verificatione, & donec ipſe petat canonizationem ſuæ gratiæ, talis poſſeſſio ſuffragatur, vt fuit reſolutũ in Rota in vna Firmana penſionis coram Blanchetto 26. Ian. 1582. Et quoad probationem clericatus, & aliarum habilitatum ſufficiant leuiores probationes, quando non verſamur in illegitimis, vide Tholom. dec. 25. Fab. Acoramb. 21. Put. 7. de prob. Peregr. 27. lib. 1. Redeundo igitur ad modum procedendi, a quo aliqualiter digreſſi fuimus, dicen. erit. Si poſt monitorium, ꝙ pro terminis decurſis, & in futurum decurrendis factũ fuit,
16 ſemel legitime exequutum, & reproductũ, ac in contradictorio iudicio latam ſententiam, pro terminis poſt ſententiæ eiuſmodi prolationem decurſis denuo procedere vis, abſq nouo monitorio, quo non eſt opus, vel alia verificatione contra eundem monitum ad docen. ſe
17 paruiſſe 1. 2. 3. 4. iux. naturã cauſæ agas. Id tamen non euenit, quando monitoriũ ſolũ pro terminis decurſis eſt factũ: requiritur. n. tunc nouum monitoriũ, quia tunc lata ſententia, petitio finitur. Aduerte tñ,
18 quod ſi pro terminis poſt latam ſententiã decurſis in vim primi monitorii pro tpe decurſis, & decurrendis facti agis, & monitus non eſt

in

in curia neq. procurator illius, qui in priori iudicio comparuit, vel procurator deceſsit, debet ſummarie, & extraiudicialiter de principalis abſentia, & procuratoris obitu docere; hisq. peractis proceſsũ per contradictas, ſeu edictum publicum pro qualitate temporũ obtinebis, ad dec. Veral. 239. lib. 1. & ad docen. &c. vt ſupra dixi proce-
19 des. Si vero non te fugit, alium prædicti moniti procuratorem in curia eſſe, licet in officio notarii, in quo cauſa pendet de eius mandato non appareat; ne calumnioſam ſententiã obtinere videatis, tutius egeris, ſi illum ad docen. de illius legitimo mandato, ſi quod habet, alias videndum per contradictas proceſſum decerni, citaueris.
20 Sed ſi de mandato procuratoris in actis apparet, iſtud tamen ab eo non eſt acceptatum, vt ſecurius agas, mone illum ad acceptandũ vel refutandũ infra triduum, eoq. elapſo, iterum cita eundem ad acceptandum, vel refutandum mandatum iuxta formam monitorii, alias viedn. proceſſum per contradictas decerni: quem iudex in procuratoris contumaciam decernit. Et hæc forma de ſtylo tribunalis A.C. ex benignitate ſeruatur. Dicendum tamen erit, ꝙ ſi proceſſus per contradictas fuiſſet decretus, non aliter docto de abſentia principalis, & procuratoris, & lata fuerit ſententia per contradictas, nõ propterea ſententia erit nulla: ſed ad illius validitatem ſufficit, quod ex poſt facto probetur de illorũ abſẽtia. Creſcen. dec. 18. Io. Paul. dec. 125. Caputaqu. in cauſa Aquinaten. Archipresbyteratus 10. Iun. 1560. Et eadem ratione dicendum erit, ꝙ ſi fuiſſet decretus proceſſus per contradictas, hac omiſſa citatione, non propterea de eius nullitate dici poſſet: quia hæc monitio, quæ fit procuratoribus, vt declarent an velint acceptare, vt ſup. dixi, ex vrbanitate potius, quã neceſsitate fit. Ratio, quia non ſufficit, quod quis ſit procurator, ſed requiritur, quod conſtet, quod acceptauerit, ad hoc, vt debeat citari. Rota deciſ. 19. de procurat in antiq. Caſſad. dec 6. num. 4. vt lit. pend. Et vbi dicitur, non dari proceſſum per contradictas exiſtente procuratore, cauſa, iux. dec. Aegid. 155 intelligitur de procuratore acceptante, & mandatũ ſufficiens habẽte, Rota d. dec. 19. & Caſſad. ead. dec. 6. Cũ igitur procurator nõ cõparuerit, nec mandatũ acceptauerit, imputandum erit conſtituenti, qui debeat eligere procuratores magis idoneos. Aegid. dec. 681. Imo plus dico, ſi fuiſſet conſtitutus procurator per multos dies, ac menſes ante motum iudicium contra principalem à principio cauſæ legitime citatum, nec id poſtea citanti intimaſſet, quod proceſſus per contradictas erit validus. Sicut etiam valet contra eum, qui fuit citatus ad conſtituendum procuratorem intra certum terminum, & poſt terminum ei aſſignatum in actis conſtituit, & id non intimauit actori: ea ratione, quia non debuit actor perquirere apud acta, an eſſet cõſtitutus procurator, ſed aduerſarius hoc illi intimari tenebatur, vt in vna Cartaginen pecuniaria coram

Peregrino dec. 254. lib.2. His addo, quod mandatum procuræ non ſufficit producere ad effectum ſubſtituendi tantum ad hoc, vt ipſe procurator producens nequeat citari, ſed debet illud producere per cōpulſum, & ad effectum ſubſtituendi tantum, alias ſi citationes præmitterentur contra eum validus eſſet proceſſus, ita vt ſup. fuit tentũ in Rota coram Iunio 19 Febr. 1557. in vna Parmen. Canonic. Oritur
21 aliquando dubiũ in hac materia penſionis, qui nam termini cōprehendantur in ſententia declaratoria per iudicem lata. Nam poſt factum, & intimatum monitorium pro terminis decurſis, & decurrendis dum fit proceſſus & verificanda verificantur, alii penſionis termini maturantur, & cum tandem promulgata declaratoria pro omnibus, & ſingulis terminis decurſis & non ſolutis, omnes terminos vſque ad diem promulgationis ſententiæ decurſos illa comprehendere videatur, imo etiam decurrendos; cum debitor moroſus in annuis præſtationibus tam pro decurſis, quam decurrendis vnica petitione, & ſententia condemnari poſſit, vt per Bar. in l. non quemadmodum, ff. de iud. tamen in tribunali pluries reſolutum fuit, ꝙ termini penſionis in ſententia contenti decurſi, & non ſoluti, illi tantũ ſint & eſſe cenſeantur cōprehenſi, qui eatenus decurſi fuerunt tpe inchoati proceſſus, videlicet citationum factarũ poſt monitoriũ ad docen. ſe paruiſſe. Per quas citationes agentis intentio declaratur, & illa pro certa petitione habetur, quæ ſententiã certam facit cum actor ad euidentiam facti teneatur certam ſummam, & cauſam exprimere, Abb.
22 in c. ſignificantib. de libell. obl. per tot. Aliquando Papa motu proprio penſiones reſeruat, & hoc caſu nulla eſt opus iuſtificatione. Nã in his præſumitur Papam omnia ſciuiſſe, vt ſup. diximus in primo c. præſentis libri. In tantũ ꝙ quando penſio aſſignatur motu proprio ex aliqua cauſa, quæ nō eſſet vera, vt puta in cauſa meritoria, vel paupertatis, motus proprius facit gratiam valere non obſtante ſubreptione, tex. in c. ſi motu proprio de præben. in 6. Et vbi dicitur, ꝙ gratiæ ſubreptio poteſt opponi etiam aduerſus gratiam habentẽ clauſulã, ꝙ ſubreptione gratiæ dici non poſsit limitatur, niſi ſit motu proprio conceſsa Put. dec. 213. lib. 2. in impreſs. Aduerſus. n. gratiã, quæ ſit motu proprio, in qua Papa ex certa ſcientia declarauit N. ſuũ familiarẽ vere, & non ficte, ſublata, &c. non ſunt admittendi articuli ad probandũ contrariũ: quia eſſet velle probare contra atteſtationẽ Papę de facto proprio, glo. & doct. in clem. 1. de probat & eſset redarguere Papã de mendacio. Fel. in c. cũ a nobis, col. 2. de teſtib. Et quia etiam ſumus in beneficialib. in quibus Papa ad libitũ diſponere poteſt, c. 2. de præb. in 6. Sarnen. ſup. reg. de non coll. iur. quæſ. q. 1. col. 3.
23 verſ. vbi tñ conſtaret, idẽ Fel d. c. cũ a nobis eo. tit. Et vt ad inſtitutã procedendi rationẽ reuertar, ſi debitorẽ in curia perſonaliter apprehendis, cita eum ad dicen. contra iura producta, et repetita, viden. iura

re teſtes ſuper illorũ recognitione quatenus opus ſit,& docen.ſe paruiſſe litteris Apoſt. primo pro prima dilatione. Quæ Apoſtolicę litt. ſi in actu reproductionis citationis exhibētur, ſufficit hæc citatio, nõ ſecus,ac ſi perſonaliter literæ ipſæ originaliter intimarentur,itaut ſupra obſeruari vidi per Vincentium Puſcherium in cauſa Tarentina penſionis,pro D.M.Antonio Card.Columna, contra Archiep̃ n Tarentinum. Secus autem ſi titularius, quia tunc pręmittendum eſſet monitorium, vt ſuperius innuimus. Amplius præmittendum eſt in
24 hac quotidiana quæſt. ꝙ quamuis retroactis temporibus audiuerim, quod penſionarius poſſit agere contra nouum poſſeſſorem beneficii pro penſionibus antea decurſis, qñ tamen nouus poſſeſſor poſſit regreſſum habere contra hæredes percipientis.Put.dec.189.lib.2.nu 4 cum penſio onus ſit reale, & obliget poſſeſſorem,c ſi quis laicus, 16. q.1.Gig.de penſ.q 39.n.5.imo eſt in poteſtate penſionarii defuncti,vt per eundem Gig.d.q 39.n.11.tamen poſtmodum audiui Rotam ſententiam mutaſſe, & tenuiſſe, quod contra modernum poſſeſſorem nõ agatur pro terminis decurſis ex penſione, niſi factis prius diligentiis contra hæredes,vt in vna Hiſpalen. penſionis coram Blanchetto 16. Decembris 1577. Et quod dictum fuit de penſionario, idem dicendũ erit de hęrede penſionarii, qui ſuccedit in penſionibus decurſis, & non ſolutis mortuo ipſo penſionario,vt per Alexan.conſ.82. Perſpectis his,num.16.in fin.vol.2.Gig.de penſ. quæſt.52. Si autem penſionarius voluerit agere pro decurſis iam penſionibus,& non ſolutis cõtra hæredes beneficiati,tunc non executiue, ſed ordinarie procedendum erit, vt per Modernum Marcheſanum in prima parte cap. 14. ſub num.4.de commiſs appell. Penſio autem eſt ſoluenda in principio anni,vbi ſolutionis terminus, vel termini in illius reſeruatione non ſunt deſignati,vt per Abb.in c.peruenit, de arbitr. in fin. ibi, quod ſi promitto ſoluere aliquid annuatim teneor in principio anni ſoluere: ſecus ſi promitto ſoluere in quolibet anno,quia in fine anni fiet ſolutio. Vnde dantur ibi verſus.

Annua ſi debes, tunc inſpicias caput anni, ideſt,fiat ſolutio.
Anno ſi debes in fine teneberis anni.

Et an a tempore conſtitutæ penſionis, vel poſt recollectionem fructuum,vide deciſionem factam in cauſa Placentina penſionis coram Seraphino 4. Iulii 1567.

Cæterum iſta quaſi poſſeſſio exigendæ poſſeſſionis ęquiparatur interdicto retinendæ,ꝙ eſt remedium breue,& ſummariſſimũ poſſeſſoriũ, vt per Paul.de Caſtr.conſil.3.colum.2.volum.2 Couar.practic.quæſt. cap.17.Menoch.in tract.de retin.cap.vlt.num.7.cum ſeq. & non admittit exceptionem defectus proprietatis, quando non petitur aliud quam manutentio durante lite.Aegid.in c.paſtoralis, nu. 3.cum ſeq.

Neuiz.cõſ.81. n.16.& tenuit Rota in vna Bonon.iuriſdict.corã Ordino 1569. Quod autẽ quaſi poſſeſſio per vnicã ſolutionẽ acquiratur tenuit Rota in vna Lucana penſionis, Vener.4.Iun.1574.coram Lancellotto,vt in dec.196.n.2.diuerſ. & Roman.conſ.371.in fi.atteſtatur ita procedere de iure Canonico,vt ibi.Et quod de iuribus incorporalibus ex vnica ſolutione quæratur quaſi poſſeſſio,tenuitRota in vna Gerunden.penſionis coram Seraphino 18 Decemb.1579.Vlterius dico,quod eſt in facultate penſionarii,cui denegetur ſolutio,vel habere ſe pro ſpoliato, & tũc intentare remedium recuperandæ, vel ſe non habere pro ſpoliato,& tunc intentare hoc remedium retinendæ,vt per Bal in l.2.n.44.C. de ſeruitu. cum aliis ibi citat. & quando titulus requiritur, vel non,dixi ſuperius lib.2.c.26.

De modo procedendi ad aſſequutionem penſionis reſeruatæ, clauſula, vigore litterarum, &c. Cap. IIII.

1 *Penſio non exigitur litteris non expeditis.*
2 *Cancellaria Apoſtolica organum eſt Papæ.*
3 *Clauſula annullatiua formam inducit,quæ omitti non poteſt.*
4 *Penſio eſt nulla niſi litteris infra duos menſes expeditis iuxta formam decreti.*
5 *Litteræ non dicuntur expeditæ niſi poſtquam ſunt plumbatæ.*

1 SOlebant olim penſiones aſſignari, & exigi vigore ſupplicationis ſolummodo abſque litterarum expeditione,etiam a ſucceſſoribus in beneficio vigore quaſi poſſeſſionis exigendi , vt ſupra late poſuimus.Succeſſiue vero Reuerendiſs.D.tunc Datarius, vt Cancellariæ Apoſtolicæ, officialiumve memor , ne illi ſuis debitis defraudarentur iuribus : in ſupplicatione reſeruationis penſionis clauſulam hac ponere cõſueuit Vigore litterarũ deſuper expeditar.&c.qua nõ obſtãte titularii reſeruationis penſionis cõſenſum præbẽt,& illã iux.ſupplicationis formã etiã litteris nõ expeditis,neq.intimatis, quas pro expeditis, & ſibi legitime intimatis habere volunt,ſoluere promittunt, & hoc ſe obligãt.Cũ autem in cõtentioſo iudicio inter eum,qui penſioni cõſenſit,&penſionariũ ad penſionis conſequutionem ageatẽ,reus cõuentus exceptionis nõ expeditionis litterarũ , actoremq. illas omnino,antequã ei cõpetat actio, expedire teneri, & aſſertã ſuã obligationem,cum a ſupplicatione diſcordet, ſm̃ ipſam corrigendã eſſe aliqñ oppoſuerit,et exaduerſo agens replicauerit,quod litterarum expeditio nõ eſt neceſſaria,quando agitur tm̃ ad ſolutionem penſionis cõtra eum, qui cõſenſit,et ſe obligauit ſoluere etiã litteris non expeditis quas pro expeditis, et ſibi legitime intimatis habere voluit : cum

litteræ non ſint de ſubſtantia pēſionis, ſed tantū ad illius probationē requirantur, cui probationi,& litterarū expeditioni pars poteſt renūciare,& conuenire, quod penſio litteris non expeditis ſoluatur,& dū dictum fuit, quod quando obligatio diſcordata ſupplicatione corrigenda eſt ſecundum ipſam ſupplicationem, hoc procedere videtur in his, quæ gratiæ ſubſtantialium reſpiciunt. Et ex his,&aliis rationibus per Aduocatum penſionarij deductis, vidi in tribunali fuiſſe reſolutum: dandam eſſe exequutionem Cameralis obligationis etiam litteris non expeditis. Ad hoc agitur, vt litteræ omnino expedirentur, per Datarium in ſimilibus ſupplicationibus adiunctum fuit (Vigore litterarum deſuper expeditarum, & non antea, alias penſio ſit nulla. Redeundo autem ad materiam primo narratæ quæſtionis dico, quod cum reus conuentus ab huiuſmodi exequutione vigore appellationis ad ſignaturam iuſtitiæ recurſum habuiſſet,& cōmiſſio cauſæ appellationis bis in eadem Signatura propoſita fuiſſet, demum reſolutum eſt, ꝙlicet proceſſus ex penſionarij parte factus ſuſtineri potuerit, ex aduerſo deductis minime obſiſtentibus tamen nō defuerunt Prælati, puta Reuerendiſs. D. Farratinus, & alij DD. ab-
2 breuiatores, qui nomine Cancellariæ, quæ organum eſt Papæ, vt per Caſſador. dec.7. ſuper regul. in tit. de vnion. qui retulerunt clauſulam hanc apponi de mente Sanctiſſimi qui tunc erat Gregorius XIII. qui voluit, quod omnino ante exequutionem litteræ expedirentur. Et ideo fuit deciſum, A.C. niſi litteris expeditis, procedere non poſſe, idque ex vi d. clauſulæ, quæ imponit neceſſitatē penſionario expediēdi literas, antequā agere poſsit, ad reg. de nō iudican. iux. forma ſupplic. Quæ inducta eſt fauore publico, ne officiales detrimentū patiātur, vt in d. reg q.1. Secus euenit qn̄ penſionarius vi poſſeſsionis exigēdi ꝓcedit: vt in præced. c. diximus. Vt autē hāc penſionis quæſtionem plenius cognoſcat, placuit hīc quæ ſequitur deciſionem annectere *R.P.* D. Mellino, *Veronen.* penſ. Merc. 1. Iul. 1592. in litteris reſeruationis penſionis ad fauorem Aſcanii erat appoſitum decretum, ꝙ ſi ante expeditionem litterarū penſio exigeretur, eſſet ipſo iure nulla. Aſcanius exegit penſionem,& poſtea expediuit litteras, dubitaui an penſio eſſet nulla, & fuit reſolutum eſſe nullā. Ratio deciſionis fuit, quia in de-
3 creto erat appoſita clauſula annullatiua, quæ inducit formā. Bal. in l.1 ff. de lib.& poſthu Soc. iun. cōſ. 71. n.3. lib.1. ideo cū forma non fuerit ſeruata penſio eſt nulla l.1. §. ſi quis ita, ff. de verb. obl l. cū hi, §. ſi prętor. ff. de trāſact. Caſſad. dec. 10. de reſcr. Et in ſimilibus terminis ſtāte ſtatuto ꝙ prouiſus teneatur literas expedire infra duos menſes, alias prouiſio eſſet nullius roboris,& momenti, fuit alias reſolutum proui-
4 ſionem eſſe nullam, litteris non expeditis infra duos menſes, dec. 141. inter collectas a Card. Chiroga. Non obſtat, ꝙ litteræ fuerunt cœptæ expediri; quia quando eſt inducta forma, nihil dicitur actum, ſi aliquid

deficit,cap.1.de Baptiſm. Bal.in l.2.n.64.C.de ſeruitu.&aqu Sarnen.
5 in de idiom.q.8. & litteræ non dicuntur expeditæ, niſi poſt quam ſunt plumbatæ, Gloſſat.in reg.53.Sarnen.in regu.de non iud.quęſt. prima. Non obſtat quod decretum cōcernit vtilitatem officialium Cancellariæ, & ideo ſufficit,quod Aſcanius poſtea expediuerit.Soci. conſil. 41.vol.3.Caſſad.dec.35.& 36.ſuper reg.Quia Soci.& Caſſad.loquuntur in terminis regul. de non vtendo, diſponit niſi litteris expeditis, quæ vt inquit Socin.conſ.43.nu.2.vol.2.non anaullat gratiam, ſed diſponit, quod non ſuffragetur ante expeditionem litterarum,ſed in hoc caſu decretum inducit formam præciſam, & annullat ipſo iure, quia eſt oppoſitum illud verbum eo ipſo. Tiraquell.in l.ſi vnquam a ſe reuertatur,nu.4.C.de reuoc. dona.ideo diſpoſitio ſubſequens poſt penſionem extinctam non poteſt ſuffragari.Non obſtat expeditio litterarum in forma ratione congruit; quia non tribuit ius de nouo.Rebuf. in titulo de gratia in forma rationi congruit,num.19.Reſeruarunt tamen DD. quod particulariter videatur, an ſit locus excuſationi ob legitima impedimenta.

De declaratione Papæ ſuper exequutione litterarum penſionis Cap.V.

IN litteris penſionis exequendis,quæ hactenus diximus in tribunali Auditoris Cameræ hactenus obſeruata fuere. Succeſſiue vero andiui fel. rec. Gregorium Papam XIII. oretenus A.C. ſuo tempore exiſtenti commiſiſſe, vt in exequutione litterarum penſionis,etiam ſi adeſſet titularii conſenſus, etiam cum obligatione camerali in vinculo iuramenti vallata, pro penſionis ſolutione facta, ad exequutionem litterarum huiuſmodi non procederet,niſi prius litteris,aut ſupplicatione reſeruationis penſionis, & narratis in eis ſufficienter verificatis. Quod penſionariis nimis durum videbatur, tum propter maiorem, quam habebant, difficultatem eorum penſiones conſequendi, tum etiam multi cenſebant verificationem gratiæ non eſſe neceſſariam,quando agitur contra eum,qui conſenſit penſionis reſeruationi & in forma Cameræ Apoſtolicæ illam ſoluere ſe obligauit,cum partes ſola ſupplicatione expedita,quoad eos verificationi eiuſmodi renunciare,& abſq.ſimoniæ labe conuenire poſsint, quod penſio libere & ſine aliqua exceptione ſoluatur. His tamen non obſtantibus idem Papa voluit,vt ſi non reſpectu conſentientis,ſaltem reſpectu Papę cōcedentis, hæc verificatio fiat,antequā ad petitā exequutionem deueniatur, ad hoc, vt gratia nullo modo ſit, neque dici poſsit ſubreptitia: obligatio enim de ſoluendo penſionem ſemper ad ſupplicationis tenorem refertur, vt per R.P.D. Sarmient.in tract. ſelect.interpret. c.12.num.1. & fuit reſolutum in vna Aſculana penſionis coram

Pate-

Pamphilio 7. Febr. 1586. & ſemper qualificatè ſumenda eſt, quatenus ſcilicet preces veritate nitantur. Aym. conſ. 104. n. 3. lib. 1. cum ſimil. Nam ſi gratia ſubreptitia eſset, conſenſus, & obligatio inde ſequuti tanquam ad gratiam ipſam acceſsorii, pari modo nulli forent, & cõſequenter non exequendi. In ſumma Papa voluit Cameralẽ oblig. penſionario in nihilo, quoad hoc, ſed tantũ ad effectum prohibendi ſuſpẽſionam, non autem deuolutiuam appellationem titulario ſuffragari.

De translatione penſionis. Cap. VI.

1 *Ad validitatem translationis penſionis, quæ requirantur.*
2 *Parum eſt legere niſi legens intelligat.*
3 *Quare requirantur ab auctore dicta.*
4 *Translatarius ſi poſſidet non tenetur iuſtificare habilitates ſuas, neq. transferentis.*

Licet translatio penſionis ita appelletur, tñ non eſt proprie translatio, ſed illius caſsatio, & noua penſionis ad fauorẽ alterius reſeruatio. Vnde omnia, quæ fuerunt dicta materia penſionis, poſsunt con-
1 grue adaptari huic articulo translationis penſionis. Subnectendum hoc vnum videtur, ꝙ cum exequutor deuenit ad hunc actum translationis penſionis, nõ dũ requiritur præſentatio litterarũ; ſed etiã ad hoc vt ipſe exequutor inſtruatur de qualitatibus ſuæ iuriſdictionis, debet ab eodem exequutore legi tenor litterarũ, & in ipſo actu tam exequutor, quam notarius debent legere, & diligenter inſpicere totum tenorem facultatis transferendi, litterarumq. deſuper confectarum, iux. trad. per Specul. in tit. de reſcr. per tot. quia idem exequutor debet eſse plene inſtructus de eius facultate, vſq. adeo, ꝙ non ſufficeret, ſi ſciret aliunde ſe eſse delegatum, ſeu info. matũ, vt per Rom. qui atteſtatur de cõi in l abſenti, n 5. ff. de donat. & conſ. 352. incip. Quo ad primum, col. 2 verſ. quoad tertiũ, & idem tenuit Rota in dec 6. de off. deleg. in nou & præmiſsæ procedunt etiam quando idem exequutor legiſset litteras ſuperficialiter, & illas non intellexiſset, parum e-
2 nim eſt legere niſi ipſemet legens intelligat. l. 1. ff. de his, quæ in teſtam. delen. cum adductis per Rebuff de collat. §. 1. ſuper verſ. legere,
3 & relatæ qualitates videntur omnimo neceſsariæ. ne aperiatur via fraudibus, ad quas euitandas iura volunt, quod exequutor aperiat litteras clauſas, & diligenter inſpiciat, idque diligenter faciat, quia oportet dicere in inſtrumento, aut patentibus litteris deſuper conficiendis, eundem exequutorem vidiſse litteras Apoſtolicas integras, & incorruptas, vt per eundem Rebuff in d. rub. num. 1. Nec prætereundum videtur, quod translatarius exiſtens in quaſi poſseſſione exi-
4 gendi nõ videtur verificare litteras expeditas, & translationẽ, habi-

ditates verò non tractatur in iudicio poſſeſſorio, quia ſunt altioris indaginis. Mohed. dec. 9. de cauſ. poſ. & propr. & ꝙ poſseſsorio agẽs ſufficit tantum docere de ſua poſſeſſione licèt non doceat de titulo. Nat. conſ. 409. n. 8. Innoc. in c. in litteris, de reſtit. ſpol.

De proceſſu exequutionis litterarum in forma breuis. Cap. VII.

1 *Quid poſt præſentationem Breuis pro obtinendo ad illius exequutionem monitorio agendum ſit.*
2 *Breuia Apoſtolica in duplici forma conceduntur.*
3 *Clauſula monitorij vigore Breuis (ſi ſe fore grauatum ſenſerit) euitanda eſt, quia cauſam ordinariam reddit.*
4 *Prima citatio contra intruſum poſt exequutum, & reproductum monitorium.*
5 *Quomodo verificetur clauſula (conſtito) de qua in Breui.*
6 *In negocio exequutionis Breuis, vt plurimum, trina teſtium examinatio requiritur.*
7 *Quatuor termini ſubſtantiales in hoc iudicio neceſſarij.*
8 *Iurium recognitio omnino ſententiam debet praecedere.*
9 *Citatio ad ſententiam.*
10 *Si monitorium nomine Cameræ eſt decretum, omnes termini nomine Commiſſarij Cameræ, & prouiſi pro ſuo intereſſe ſeruantur.*
11 *Commiſſarius aliquem, qui in cauſa compareat, ſuſtinere ſolet.*
12 *Monitorium vigore Breuis perſonaliter debet intimari.*
13 *Secus, ſi poſt monitorium procurator ſpecialiter ad illam cauſam per monitorium conſtitutus ſit, Generalis conſtitutio non ſufficit.*
14 *Procurator in actu exequutionis conſtitutus non niſi ex benignitate citatur.*
15 *In verificatione clauſulæ conſtito, ſemiplenæ probationes admittuntur*
16 *In Breui ad fauorem litterarum prouiſionis cõceſſo, ſatis eſt clauſulam (conſtito) verificare.*
17 *Et quare hoc ſolummodo ſufficiat.*
18 *Sententia declaratoria contra intruſum.*
19 *Alia contra capitulum, & canonicos.*
20 *Citatio pro obtinenda aggrauatoria poſt ſententiam latam.*
21 *Lata ſententia ſequeſtrum abſque partis citatione conceditur.*
22 *Datur etiam ſequeſtrum aliud parte citata, & quomodo.*
23 *Traditur etiam ſubdelegationis inſtrumentum, pro fructibus liquidandis, & quo pacto.*
24 *Quomodo detur abſolutio ab his cenſuris.*
25 *Intruſus in petitorio nõ auditur, niſi ſatisfecerit de his, in quibus fuit in poſſeſſorio condemnatus.*

16 *In his Signatura non reſcribit, niſi cum clauſula, Parito Breui, & iudicato.*
27 *Hæc excommunicatio etiam pro incerta ſumma fructuum non liquidatorum publicatur, & quando.*
28 *Licet canonici ſint ſingulariter moniti, & nominati, non propterea cõtra eos tanquam ſingulares excommunicatio conceditur, & quare*
Et quando contra eos tanquam ſingulares excõmunicatio concedatur
29 *Capitulum quando liberetur per intruſi nominationem.*
30 *Ab alijs cenſuris, aliquibus exceptis, A.C. abſoluit ad cautelam, ad effectum agendi.*
31 *A cenſuris latis in curia datur abſolutio, niſi cauſa cognita.*
32 *An declaratoria rite feratur non præcedente ſententia.*
33 *In executiuis regulariter dilationes ad partes non conceduntur.*
34 *Hoc ſeruatur in reo volẽte executionẽ Breuis impedire, ſecus in agẽte*
35 *Tutius eſt in his cauſis commiſſionem impetrare, & quare.*
36 *Commiſſione ſuperueniente A.C. remiſſoriam in hoc caſu etiam reo cõcedere poteſt.*
Et de aliqua alia de remiſſorijs.
37 *Iudex remiſſoriæ eſt tantum merus exequutor, & articulos admittere nequit.*
38 *Articuli dandi ſunt in Curia, & ibi admitti, & illos dans debet ab illis de partibus eſſe inſtructus.*
39 *Quædam alia de remiſſorijs.*
40 *Quæ dilationes ad probandũ, & quæ ad reprobandum conceduntur.*
41 *Pendente termino remiſſoriæ, officiũ iudicis quoad expeditionem cauſæ conquieſcit.*
42 *Exequutio litterarum remiſſorialium, & compulſorialium conſueuit committi perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, licet hoc neceſſarium non videatur.*
Iudex remiſſorialis non poteſt alium iudicem ſubdelegare.
43 *A.C. compulſoriales litteras in principio litis abſq. partis citatione decernit, & parte citata in quacunque parte iudicij.*
44 *Differentia inter compulſoriales generales, & ſpeciales.*
45 *Remiſſoria non datur pro inſtrumentis producendis, ſecus pro ſignis, & ſigillis recognoſcendis.*
46 *Si inſtrumenta a iudice remiſſoriæ reciperentur probare.*
47 *Terminus, qui præfigitur in remiſſoria, intelligitur tam quoad receptionem iuramentorum, quam examen teſtium.*
48 *Non ſufficit teſtes producere infra tempus præfixum, niſi etiam in termino examinentur.*
Secus ex æquitate, & quando. Quando deneganda ſit remiſſoria.
49 *Termini, qui ſeruantur pro parte rei conuenti, ſunt diuerſi a termini ab actore ſeruandis.*

50 *Differentia inter iudicem, & exequutorem.*
51 *Referuntur aliqua de ſimpliciter intruſo, ac intruſo lite pendente.*

1 IN proceſſu exequutionis Breuis Apoſtolici, in primis præſentatur A.C. ipſummet Breue clauſum, & ſigillatum, quod ab eo aperitur, eoq. aperto pro verificatione clauſulæ (Conſtito) in Breui appoſitæ, ac aliorum de neceſſitate verificandorum teſtes inducũtur, & de mãdato iudicis per notarium examinantur, citatis tamen prius omnib. intereſſe habentibus per contradictas, ſiue edictum publicum iuxta temporis qualitatem. Quorum depoſitionibus iudici exhibitis, ſi iudici ipſi requiſita in Breui, ſaltem ad effectum decernendi monitoriũ ſufficienter verificari videbitur, monitorium decernit iuxta formas, qua inferius poſtremo libro poſuimus.

Aduerte autem Breuia huiuſmodi in duplici forma expediri, Vna
2 dicitur ad fauorem litterarum Apoſtolicarum ſub plumbo per prouiſum Apoſtolicum iam expeditarum, & tunc mandatum de immittendo prouiſum Apoſtolicum in poſſeſſionem vna cum monitorio contra intruſum in beneficio traditur. Altera vero forma ad capiendum poſſeſſionem nomine Cameræ Apoſt. & conſignandum eadem commiſſario, ſeu eius procuratori per ipſum retinẽdam. donec pars, cui gratia eſt facta, litteras ſub plumbo expediuerit. Quorum quidẽ Breuium formulas infra libro vltimo habebis.

Animaduerte tamen, quod in monitoriorum huiuſmodi expeditione ſemper apponitur clauſula (Alioquin, &c.) quia licet in Breui dicatur, Contradictores quoſcunq. per cenſures Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcen. intelligendum eſt de his, qui cõtradicere velint ſine cauſa, & facto. Si vero cõtradicerent de iure, & iuſtã allegarent cauſam, vtputa aliã collationem priorem; A.C. tanquã exequutor compeſcere illos non poſſet, niſi prout iuſtitia ſuadet, iuxta tex. in c. licet Epiſcopus, de præb. lib. 6. gl. in d. c. pro illorũ, eo. tit. in decret. Aduerte etiam, quod in monitorium huiuſmodi expeditione
3 aliqua notarii clauſulam (ſi ſe fore grauatos ſenſerit) apponente conſueuerunt: quia per illa verba conceditur parti aduerſæ, quod no exequutiue, ſed ordinarie procedatur: reo enim comparente alia monitoria ad ſimplicem citationem reſoluuntur, vt per Rip qui late ſcribit in l. de pupillo, §. meminiſſe, num 20. & ſeq. de nou. ope. nunc. Secus ſi apponatur clauſula (Alioquin, &c.) quam in monitoriis huiuſmodi infra lib. 4. deſcriptis expreſſimus, & quam in negotio predicto exequutiuo magis conuenientem cenſui: quia ea fiunt præcedente cauſæ cognitione, & mandatur aliquid fiere ſub pœna excõmunicationis, cum clauſula, quod in euentum non paritionis ex nunc, prout ex tunc procedetur ad cenſuras, moniti contumacia, vel abſentia nõ obſtante: nec apponi conſueuit clauſula (ſi ſenſerit ſe grauatum) vt

ſupra

ſupra dixi, proceditur ad declaratoriam ſine aliqua alia reintegratione, vt per dec. Peregr. 260. lib. 2. incip. in cauſa Egitanien. parochailis licet Signatura hodie aliter ſenſerit ſcilicet monitoria hæc contra intruſos non niſi cum clauſula illa [ſi ſenſerit ſe grauatum] decernéda, & concedenda fore. Hæc monitoria contra quoſcunq. intruſos, cum adhibitione cauſæ cognitionis, vt dictnm eſt præcedente generali citatione per contradictas, ſiue edictum publicum contra quoſcunq. intereſſe putantes decernuntur: quæ citatio cũ contradictores ſint incerti, valide fieri poteſt, iux. l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pign. & l.
4 1. ad ſi ff. de vent. inſpi. Monitorii exequutione in partibus facta, & in actis notarii reproducta, ſi intruſus, vel alius monitus, ſeu eius procurator in termino comparuerit, & per curſorem, vt moris eſt perſonaliter, ſin autem per contradictas, ſeu edictum publicum præcedéte debita decreti iudicis annotatione, citatur [ad dicen. contra litteras Apoſt. in forma Breuis expeditas, ac monitoriales pro illarũ exequutione decretas exequutas, & reproductas, iuraq. producta & repetita, vidẽdumq. iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit.] His peractis pro Breuis verificatione articuli, ſiue materiæ exhibentur, & parte ad dicendum contra articulos, ſiue materias in forma, quam ſupra in primo libro videbis, citata: præuia iuramentorum teſtium receptione, teſtes ipſi debito tempore examinantur, & reperiuntur.
5
9 Nota tamen, ꝙ in huiuſmodi negocio Breuis exequutionis, vt plurimum trina teſtium examinatio requiritur. Prima, quãdo teſtes monitorium decernendi cauſa examinantur, vt ſupra in principio huius capitis diximus. Et tunc citatur per contradictas, ſiue edictum publicum oés intereſſe putãtes [ad viden. sũmarie examinari teſtes pro verificatione contentorum in Breui.] Secunda quãdo Capitulum eſt monitũ, ſiue intruſus, & cõparere, vel parere negligit; & tunc poſt productum monitoriũ exequutũ, & partem [ad dicen. contra] citatam, vt paulò ſupra dicebamus, citatur reus ad viden. examinari, &c. & reputantur teſtes illi, qui ſe primo ante monitorii decretum examinauerant, vel alii de nouo inducuntur. Tertia, quando ante ſententiæ declaratoriæ prolationem, poſt factam vltimo dictam repetitionem, ſiue examen teſtium in rei contumaciam, cõparet deinde certus contradictor, & teſtes citato ipſo contradictore repeti poſtulat: quia interrogatoria dare vult: & tunc iudex ex benignitate potius, quam iuris diſpoſitione, ſumptibus tamen petentis (quia in termino ei aſſignato comparere debebat) illos denuo, quatenus illorum copia haberi poſſit, repeti mandat, iuxta decif. Peregr. 281. In vna Ro-
7 mana Dominorum de Picchis, lib. 2. Poſt hæc ſeruatis quatuor terminis in huiuſmodi exequutiuo negotio de ſtylo curiæ ſeruari ſolitis; qui in vtroque ex antedictis caſibus ſemper ſeruatur, (Ad docendũ ſcilicet ſe paruiſſe litteris Apoſtolicis in forma Breuis expeditis,

vna

vna cũ monitorialibus in illarũ exequutionem decretis, & in actis iudicialiter reproductis, primo pro prima; deinde ſecundo pro ſecũda; ſucceſſiue tertio pro tertia; & demũ quarto pro quarta, & ſuperabundãti dilatione) vno videlicet poſt aliũ legitime ſeruatis; præuiaq. iuriũ recognitione, quæ omnino ante ſententiã præcedere debẽt, de
8 hoc, vt ea debite exequantur, vt in l. inſtrumentũ, C. de prob. Moder. de prob. concl. 1294. n. 4. Citatur pars ad viden. deferri iuramentum in ſupplementũ plenæ probationis, quaten us opus ſi', abſolui infraſcriptũ inſtantem ad effectũ, &c. necnõ concluden. concludiq. viden.
9 & audien. ſententiam declaratoriã ad p.d. vel p totam, ſi perſonaliter fiat; Inſtan. Ill. D. Iulio Monterẽtio S. D N Papę, & Reu. Cam. Apoſt gen. Commiſſario, & N. prouiſo pro ſuo intereſſe. Si procedes nomine Camerę adhibebis Cõmiſſarium, vt ſup. ſin minus ad Inſtan. D. N. prouiſi Apoſtolici vti principalis, vel eius procuratores dũtaxat at mox deſignabis notariũ hoc pacto D. Octauianus Bettus eſt Notar.
10 Et ſic qñ monitorium decretũ eſt nomine Cameræ, quo nomine qñ Breue ante litteras ſub plũbo expeditur, ſemper decernitur, requiritur neceſſario ꝙ termini omnes ſeruentur ſub nomine d. Cõmiſſarii,
11 & N. prouiſi pro ſuo interreſſe. Et quoniã Cõmiſſarius eſt aliis prępeditus negotiis, ad inſtantiã prouiſi eũ audeuntis, & rogantis, eundẽmet prouiſum, vel aliũ procuratorem ſubſtituit, qui ipſius Cõmiſſarii vice in terminorũ ſeruatione cõparet: ſecus nulliter procederunt Verũ ſi ob incuriã, vel obliuionem partis, ſeu ſubſtitutorũ hæc facta non fuerit modo non ſit lata ſententia, ne ab initio terminos omnes ſeruare iterũ ſit neceſſe, Cõmiſſarius ſubſtitutionem huiuſmodi cum ratificatione hactenus geſtorũ facit per q uam ratificationem acta facta conualidantur: ratificatio. n. tollit allegationem nullitatis, vt probatur per l. fi. C. ad Maced. & l. licet C. de iud. Antequã ſententiæ exẽ-
12 [illegible] de ſcribã, notario, qui eſt oculus iudicis, conſulo, vt animaduertat ſi monitorium fuerit perſonaliter exequutũ, alias. n. exequutio non eſſet valida, nec ſufficiet ad declarationem incurſus cenſurarũ Rot. de ciſ. vnica de fer. in nou. Caſſad. dec. 2. de penſion. & fuit etiã reſolutũ in vna nullius ſpolii coram Aldobrand. 15. Feb. 1557 Gome. ſup reg. dec. 249. nam in his, quæ magni ſunt præiudicii, vt puta priuationis, & excõicationis, certa nõ autem præſumpta ſciẽtia requiritur, ad ſuperius citatũ in c. 11. præſen. lib. n. 11. præſertim, quia ſententia vltra dictas cenſuras cõtinet etiã pœnã priuationis, & alias pœnas in Breui contentas. ad hoc igitur, vt quis priuetur iure ſuo ſcientia debe eſſe certa, & indubitata. Put. dec. 6. de prob. Card. in clem. 1. §. ce rtũ in 5. q. de conceſ. præb. In aliis vero non ita præiudicialib. (ſi de a lio præiudicio agitur) ſufficit præſumpta ſcientia, vt per Bar. in l. qui Romæ, §. duo frẽs, n. 14. de verb obl. Pariſ. conſ. 1 2. n. 1 8. l b. 2. Dec. conſ. 327. in fi. & conſ. 583. in princ. de com. atteſtatur. Cagn. in l. 2. n. 124.

C. de

C.de reſc n. vend. contraria loquuntur ad effectũ excõicationis, vel
13 pœnæ, vt per Crau.conſ.193.n.8. Ea .n. quæ ſuperius dicuntur, vide-
licet non procedi ad cẽſuras, niſi cũ monitorio perſonaliter exequu-
to, ex ſupradictis limitantur, niſi forte poſt monitorii exequutionem
domi d. miſſa copia, factã, fuiſſet per monitum procurator ſpecialiter
14 ad illã cauſam conſtitutus: ſecus ſi generatim ad oẽs lites antea cõ-
ſtitutus fuiſſet, ita vt ſup. relatum eſt, paſſim in tribunali obſeruatum
fuiſſe vidi. Sed ſi in actu executionis, ſeu intimationis monitorii mo-
nitus proteſtatur contra eũ non procedi, niſi D. Roderico Comicino
in Ro. Cur. & ſuo procuratore citato, ex benignitate tm̃ iudicis, ſiue
agẽtis procurator ille nominatus citatur. Non tenetur enim alitera-
gens eũ citare, verũ debet ipſe moniti procurator cũ mãdato legiti-
mo in actis notarij cauſæ cõparere illudq; exhibere, & proteſtari, ꝙ
nihil in cauſa fiat niſi ſe in quolibet actu citato, vt ſup. poſuimus in c.
15 3. præſentis libri. Quod tñ intruſus cõparens ante ſententiã declara-
„ toriã ſemper audiatur, locũ non habet in monitorijs decretis vigo-
„ re Breuis habẽtis clauſulã, conſtito ſũmarie, & extraiudicialiter, quę
„ de ſui natura importat, vt iudex extra ordinẽ præcipiat, & tunc cũ ſit
„ parendũ eius litteris. Bar. in l. nec quicquã, ſ. vbi decretũ, il 2. n. 11. ff.
„ de off. proc. & leg. intruſus .n. contumax, excõicatus, & declaratus nõ
„ auditur, niſi dimiſſa poſſeſſione, reſtitutis fructibus, & expen. Cũ iu-
„ dex vigore Breuis, & cauſa cognita intruſum condẽnauerit, illius exe-
„ quutio non eſt amplius, vt tenuit Rot. dec. Palæotti 531. li. 3, n. 2. diu.
In verificatione aũt clauſulæ (conſtito) in tribunali A.C. ſeruatũ fuit
& quotidie paſſim ſeruatur probationẽ teſtiũ de publ. voce, & fama
deponẽtiũ ſufficere, qua in his poſſeſſoriis iudiciis publ. vox, & fama
plena probatio eſt, ad not. in l. 1. C. quor. bonor. Pedem. dec. 99. n. 3.
Licet Rota, vt pluries audiui, alias cenſuerit ſemiplenis hiſce proba-
tionib. pro verificatione obitus illius, per quẽ beneficiũ, vacauit, ſtã-
dũ non eſſe, quia cum hoc præcipuũ ſit impetrantis fundamentũ, ple-
ne proban. eſt, vt per Creſc. dec. 205 in fi. impugnan. reg. Caſsad. 8. de
verb ſign. Semiplenæ autem probationi acquieſcere deberemus, qñ
eſsemus vltra montes, vel in cauſa difficilis probalionis, vel tm̃ de o-
bitu in genere. Put. dec. 171. li. 3. n. 4. non autem de obitu ipſo, tpe, &
perſona, quæ obiit tractaretur, vt p eund. Put. dec. 266. eod. lib. nu. 4.
vtroq. tñ caſu A.C. in hoc iudicio ſemper ſtetit hiſce ſemiplenis pro-
bationib. tanquã in cauſa ſummaria, tã quoad ſolẽnitates iudicii, quã
quoad probationes, vt tenet Bar. in l. 3 ſ. cauſæ in fi ff. de Carb. edic.
Vbi dicitur, ꝙ iſta eſt cauſa ſummaria, quia dantur breuiores dilatio-
nes, vt per eundẽ Bar. in l. ſi quis a liberis, ſ. ſi quis ex his, ff. de lib. a-
gnoſ. Abb. in c. dudũ il 2. n. 28. de elec. Rot. dec. 25. n. 5. de appell. in an-
tiq. In his igitur cauſis ſummariis leuiores probationes habentur ꝓ
plenis probationibus. Ex prędictis rationibus Locatenentes, qui pro

tpe

tpe fuerunt A.C. arbitrati fuerunt, has ſemiplenas probationes pro ſufficientibus probationib. reputari, & licet, vt dictū eſt, in hoc iudicio exequutionis Breuis, cum illud cōparetur interdicto adipiſcendæ ſemiplena probatio ſufficiat, Bar. in l. iudices, n. 3. C. de iud. Rol. conſ. 50. n. 10. lib. 2. attamen ſi iſta ſemiplena probatio reſultaret ex dicto vnius tm̄ teſtis nō eſt attendenda, Rol. d. conſ 5. n. 16. Secundū autem extremū nedū A.C. verū etiā Rota cēſuit ſufficienter probari per leuiores probationes, Ant. Aug. dec 243. li 3. & ꝙ Rota nō ſoleat exigere multū exactas probationes, ſed contentatur ſolū de ſemiplena ꝓbationes in vna Regien. parochialis coram Chiſanen. in diuer. 162. ratio ibi affertur, quia nō agitur principaliter de veritate contentorum in Breui ad gratiā canonizandā, ſed incidenter ad effectū remouen. intruſum ne cum peccato percipiat fructus quo caſu ſufficit ſemiplena probatio. Aegid. dec. 99. Pariſ. conſ. 13. n. 22. li. 1 & ꝙ ſubſtentatio litis ſufficiat cū alio adminiculo, vt in vna Cremon. parochialis s Petri de
16 Regazolis contra D. Petrum Baſſanū corā Caputaq. No, te fugiat inſuper, ꝙ qn̄ datur Breue ad fauorem litterarum prouiſionis cū clauſula (ſi, & poſtquā litteræ Apoſt. exhibitæ fuerint) quāuis non defuerint, qui in breuis eiuſmodi exequutione litterarū prouiſionis narratiuā de neceſſitate verificādā fore aſſeuerint; puta fructuum valorem, & impetrantis habilitates, tn̄ de ſtylo tribunalis A.C. a Rota cōprobato ſufficit clauſulā, conſtito, in Breui expreſsā verificare, & litteras Apoſt. producere, & ſic de facto exhibere prouiſionē factā fuiſſe, vt inferius probabimus, qua in hoc iudicio non agitur vigore litterarum
17 in quibus præmiſſa narrantur, ſed Breuis in quo de præfactis nullum prorſus verbū, ſed ſolum prouiſio iā facta, & litteræ expeditæ narrantur, quæ narratiua in hoc, vt dixi, ſufficit ſi de facto verificetur, Breue n. verificatum circa clauſulā, conſtito, exequutioni demandandū eſt, abſq. vlteriori verificatione. In iſta autem verificatione iudex dicitur mixtus, in aliis vero merus eſt exequutor cū mera exequutio ōm tractatur ſine aliqua parte iudicis, vt in terminis per Anchar. conſ. 197. n 7. ver. ſolū enim apæ, n. 8. ver. & ſic merā ſibi exequutionem ſequitur pro ſoléni. Fel. in c. fi. n. 13. ver. item ampl a, de præſumpt. & in c. ſi conſtiterit, in 5. de accuſat. Aliorum vero in Breui narratorū, vt dictum eſt verificatio nō requiritur, ſed ſolum eius, ꝙ eſt poſitū in forma mandati, ſub d. clauſula, conſtito, vt per eandē Anch. eod. cōſ. Fel. in d. c. fi. n. 25. Palæot. dec. 487. incip prætendebatur, & alias fuiſſe reſolutum teſtatur Moder. Peruſ. in tract. de attent. par. c. 4. in præf. n.
18 47. His poſitis, ſententiæ declaratoriæ formulā ſubiicio. Per hāc noſtrā declaratoriā ſententiā, quā de iuris peritorum cōſilio pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præoculis habentes fer mus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis vertentib corā nobis inter Ill. D. Iulium Monterentium Cam. Apoſt. gen. Commiſſarium, & A. prouiſum Apoſt. litcum

cum pro ſuo intereſſe illi adhærentē agentes ex vna, & B. intruſum in beneficio N. de quo eidem D. Auctoritate Apoſt. prouiſum, ſeu proui deri conceſſum fui ſuper dimiſſione, & relaxatione poſſeſſionis, & fru ctuū d. beneficii, rebuſq. alijs reum conuentum partib ex altera, Dicimus, pronunciamus, ſentētiamus, decernimus, & declaramus prædictum B. excōmunicationis, aliaſq. ſententias, cenſuras, & pœnas in litteris Apoſt. in forma Breuis ſibi intimatis contentas, ob illarū non paritionem ac eiuſdem beneficij non dimiſſionem, fructuūq. perceptorū, & qui percipi potuerunt, ac in futurum vſq. in diem realis dimiſſionis prædictæ decurrendorū non reſtitutionē, dānabiliter incidiſſe, & incurriſſe; ipſumq. ſic excommunicatum, & declaratū publice denūciandum, & ab oībus Chriſtifidelibus arctius euitandum, literaſq. declaratorias deſuper opportunas decernendas & concedendas fore, & eſſe, prout declaramus, euitari mandamus, ac decernimus, & concedimus, ipſumq. in expenſis coram nobis legitime factis condemnamus, quarum taxationum, & fructuum liquidationem nobis, vel cui de iure in poſterum reſeruamus, omni meliori modo, &c. Hæc contra par

19 ticularem intruſum ſententia fertur. Sed ſi contra Capitulum, Vniuerſitatem, aut Collegium, vel his ſimilia pronunciandum eſt, cauſa publicum aliqđ ſcandalum euitandi, non fulminātur ſtatim cauſę, ſed fertur ſententia modo ſupra deſignato his mutatis (prædictos BB. Canonicos, Capitulum, Vniuerſitatem, vel Collegium, niſi infra 15. dies a die intimationis præſentis noſtræ ſententiæ, ſeu inſtrumenti eis facien. computandos realiter, & cum effectu ſententię ipſi paruerint, ex nunc prout ex tunc ſuſpenſionis a diuinis interdicti, ingreſſus Eccleſię, aliaſque Eccleſiaſticas cenſuras, & pœnas in eiſdem litteris cō tentas, ob illarum non paritionem, poſſeſſionis, & fructuum non traditionem, & conſignationem damnabiliter incidiſſe, & incurriſse. Verum quia in Breuibus eiuſmodi, pręter Eccleſiaſticas cenſuras, ineſt pœna priuationis beneficiorum, vt ſupra dictum eſt, ea ſtante, quandoq beneficia rei cōuenti certo modo impetrantur, ſed male etenim hę ſententia non bene priuat; quia ſic condemnatus, ſi poſtea abſoluatur, per abſolutionem in priſtinum reſtituitur, & conſequenter priuatio nulla redditur. Idcirco iudicem minime erraſse arbitror, ſi in hac ſententia priuationis huiuſmodi pœnam omitteret, pręſertim dum contra Capitulum, & canonicos agitur, vt dictum eſt; cum rationi conſentaneum eſse non videatur, canonicos pro re ad Capitulum in communi pertinente eorum proprijs beneficiis, vti ſingulares, & proprias perſonas priuari. Sicut dicimus de ſententia lata contra Vniuerſitatem, & homines tanquam occupatores caſtri; quę non exequitur cōtra poſseſsores rerum particularium, Fab. dec. 44. Gome. decis. 209. de dolo, & contum. debitum enim Vniuerſitatis non dicitur debitum ſingulorum, de per ſe ſingulariter conſideratum, vt in l. ſicut

§. ſi.

20 §.ſi quid vniuerſitati,ff. ꝙ cuiuſq.vni nom. Affl. dec.400.n.2. Si vero reus cõuentus per 10. dies poſt publicationẽ ceduloni declaratoriæ non paret,cedulono eiuſmodi publicato,& in actis notarij cauſæ reportato citatur ad viden.ſe aggrauari,& reaggrauari,vna cũ inuocatione auxilij brachij ſecularis. In cuius citationis termino relaxatur
21 brachiũ ſeculare, niſi ad primam diẽ cũ intimatione. Formã illius vide Inſ in poſtremo lib. Lata ſententia, ſequeſtrũ etiã extra curiã.iuxt. clem.1.de ſequeſt.poſſ abſq. aliqua partis citatione conceditur. Hoc etiã in eod.lib.inuenies. Cõceditur quoq. interdũ aliud ſequeſtrũ par-
22 te citata in quo certi ſequeſtratores deputantur,&citatur reus,ad viden.decerni,& cõcedi ſequeſtrũ ſuper fructibus beneficior. N.&concordãn. de ſequeſtratore, ſeu ſequeſtratorib.alias viden.per D.elegi, & deputari ex officio.Et tũc cõcedit iudex ſequeſtrũ,in quo de partiũ cõſenſu,vel ex officio aliquẽ ſequeſtratorẽ deputat:per quẽ mãdat beneficii percipi fructus,& ſub ſequeſtro retineri, conſignandos ad omne mãdatum Dñi.De qua fructuũ ſequeſtratione poſt ſententiã, vide Pariſ.conſ.44.vol.1.per tot. & ſimiliter quando ſequeſtratio fructuũ, ſeu poſſeſſionis ſit facienda per modũ prouiſionis, vide eundẽ Pariſ.
23 conſ.41.n.3.li.1.Cõceditur inſuper poſt declaratoriam ſententiam inſtrumẽtũ ſubdelegationis alicuius iudicis in partibus, qui fructus beneficii ab intruſo perceptos liquidet: cuius exẽplar in alio libro deſcripſi.Pro quo obtinendo citatur pars ad viden. ſubdelegari iudices in partib. pro liquidandis fructib. beneficij, concordan. de illis notario,ac loco ac loci loco,alias viden.per Dñm eligi, &deputari ex officio,& conſtituen.procuratorẽ,qui d liquidationi interſit,alias viden. decer.proceſsũ per affixionẽ ad valuas Eccleſiæ loci deputãdi, &c.
24 Et ab his cenſuris nullo modo abſolutio datur, niſi dimiſſa beneficii
25 poſſeſſione,refectis expenſis,&fructib.reſtitutis,in quib.intruſus fuit condemnatus,vel facta obligatione de illos ſoluendo facta liquidatione. Quibus nõ peractis reus non abſoluitur, imo nec in petitorio au-
26 ditur, prius quã doceat ſe paruiſſe in poſſeſſorio,c. fin.de ord.cognit. Quod procedit etiã in hoc iudicio adipiſcendæ, in quo reconuentio in petitorio nõ admittitur, nõ terminato poſſeſſorio, vt per Menoch. in 4.remed.adipiſcen.n.648.Et ꝙ non admittatur d.reconuentio,niſi prius refectis expẽſis, & reſtitutis fructibus indebite perceptis,vt ſupra dictũ eſt, vide tex.in c. conquerente,& c.grauis,de reſt.ſpol. Abb. in c.fi.n.4 de ord.cogn. Soc.conſ.12.n 5 lib.1.tex.in l. acceptam, vbi Ang.n.2.&3.C.de vſur. &niſi pręſtita iuratoria cautione de parendo S.Matr.Eccl.& iudicis mãdati Abb.in c. Apoſtolicæ,n.10 de excep. Et hinc eſt,ꝙ Signatura nõ ſolet in his reſcribere, niſi cu clauſula parito Breui,&iudicato,quæ idem importare videtur, præſertim cũ cõdemnatus ſit excõmunicatus,& conſequenter agere non poteſt. c.intelleximus, vbi Dec.n.6.de iud. ꝙ intellige, niſi de nullitate cenſura-

rum

rum conſtaret, Put.dec.41.lib.1.n.2.Rota in vna Segobien. operariæ 17.Iun.1597.coram Pamphilio, quia tunc cauſa cognita,& bene examinata datur abſolutio,vt per Caputaq.in cauſa Corduben.cenſurarũ 24.Maii 1553.&alia corã Seraph.12.Dec.1579.Datur quoq.hęc
27 excõicatio pro incerta quantitate,& fructibus adhuc non liquidatis vt per Achil.dec.1.de ſent.excom.dec.183.in nou.Tamen publicari nequit parte comparente, & offerente ſe paratum ſoluere facta illorum liquidatione, vt ſuperius ſcripſimus lib.1.c.27.Si vero pro incerta quantitate fructuum, prænia illorum liquidatione, pro d. cenſuris habendis inſtabis, debitis ſeruatis proceſſibus tibi denegãdæ nõ erũt niſi forſan ex parte rei ab exceſſiua,& nimia illorum taxatione fuerit appellatũ:quo caſu hæc cenſuræ ſuſpẽduntur, l. ſiue pars,C.de dilat.
28 Et quoniã negotium cenſurarum multum habet põderis, ne notarii decipiãtur a quibuſdã curialibus, qui vti nimis auidi ſuas expeditiones celerius cõſequendi illas maiori,quã poſſunt celeritate a iudice,& notario extorquere curant,animaduertant ipſi notarij ꝙ ſi contra Capitulum,& Canonicos tanquã cõtumaces,& inobedientes ad cẽſuras procedi cõtingat,licet plures ipſorũ tanquã ſigulares Cano-
29 nici nominati ſint,ſi de re ad Capitulũ pertinente tractatur, non propterea cõtra ipſos vti ſingulares (illos proprijs nominãdo nominib.) cenſuræ conceduntur ex ſupradictis,&ex dec.Rot.315.de ſent.excõ. in antiq. ꝙ intellige de his, quæ cõſiſtunt in iure: ſecus videtur dicen. de his quæ cõſiſtunt; quia tunc cũ quolibet parere teneatur ob nõ paritionẽ poterunt ipſi ſic moniti tanquã ſingulariter ſinguli excõicari vt per Innoc.in c.eã te n.9. & poſt eum Fel. n.13.de reſcr. Gemin. in c.Roma §.in vniuerſitatem, n.3.de ſent.excom. in 6.pro intelligentia autem eorum,quæ in iure,& quæ in facto conſiſtere dicantur ad eos recurre a quibus omnia latiſſime explicantur. Et inſuper animaduertãt notarij,ꝙ qñ ſunt moniti Canonici,& Capitulum,cõtra quos paſſum hæc monitoria diriguntur,cum, vt plurimum ad eos traditio poſſeſſionis pertineat, quatenus debeant immiſiſſe A.prouiſum Apoſtolicum in poſſeſſionẽ beneficij,cum clauſula,amoto quolibet detentore, Capitulum per intruſi nominationem non liberatur:cum appoſita ſit in Breui clauſula,abſq.vitio ſpolij, & attentatorum,vt per Put.
30 dec.17.lib.1. Ab alij vero cenſuris extra curiã latis,non tñ ab ordinarijs ex cauſa reſidentiæ,viſitationum,morum,correctionum, vel alia cauſa a SS.Trid.Conc.prohibita,A.C.introducta coram eo appellationis cauſa,paſſim ad effectũ agendi abſoluere cõſueuit,Aug.lib.3. dec.131.præſertim ſi de nullitate dicatur,Put.dec.3. hoc tit. amplius
31 ſi appellatione pendente fuerit in partibus appellatum;ſeu pendenti termino ad appellan. pignora reo conuento ablatæ fuerint data per appellantẽ idonea cautione de ſtãdo iuri, & iudicatum ſoluẽdo A.C. per particulare decretum illa reſtitui mandat, & mandatum de reſti-

tuen-

ſuendo in forma ſolita cócedit,& ſi appellans fuerit excõicatus,cum ad effectū agendi abſoluit,iux.depoſitionem,c.venerabilé,de except. & redeundo ad articulū dictarū cenſurarū dicen. erit, ꝙ reo a céſuris in curia latis nõniſi cū plena cauſæ cognitione,abſolutio datur,vt ſupra oſtéſum fuit. Porro hæc declaratoria ſentētia ex quadā potius inueterata cõſuetudine,& ſtylo tribunalis, quā debita iuris diſpoſitione ſub ſuperius expreſſa forma ferri videtur. Quia antequá ad declaratoriā incurſus cenſurarum deueniatur requiritur primo, ꝙ cenſuræ ſint fulminatæ,aut in Breui,aut in litteris monitorialib. vt per Peregr. in vna Abricen.ſeu Aloricen. nullitatis penſionis Card. Carpen. dec. 258.Vbi auté apponitur pœna excõicationis,non ſunt ipſo facto excõicati,ſed veniūt excõic. iudi:eſt enim illa pœna,quædam cõmunicatio,niſi aliud ex cõiecturis appareat,dicit Ab.in c.ex reſcripto,n. 11. de locato,& conducto.Cū ergo in Breui non ſint cenſuræ fulminatæ, ſed dūtaxat cõminatæ,opus eſt, ꝙ antequā quis declaretur,contra eū excõicationis ſentētia præcedat,videlicet verbū,excõicamus,&c. Et poſtmodū ad declaratoriā procedatur. Et ꝙ excõicationis,vel ſuſpéſionis ſentētia non ſit ferenda,niſi canonica monitione vt ſup. pręmiſſa,& niſi ꝓ contumacia,ſiue inobedientia,aut non paritione,atteſtatur Ab.in c.reprehenſibilis,n 1.& 3.de appel. Declaratoria auté non

32 eſt propriæ excõicatio,ſed ſolūmodo excõicationis,aut alterius cenſuræ incurſæ denunciatio,& publicatio. Et ſi quis diceret, ꝙ in eodé tribunali a multis annis citra, ita fuerit obſeruatū reſponderi poſſet, ꝙ hoc fuit ante Conciliū,& bene:quia ante Cócilii publicationé monitoria,citationes,& ſimilia expediebantur cū clauſula,ſub pœna excõicationis,quā ex nunc prout ex tunc contra inobedientes ferimus in his ſcriptis.Quæ clauſula poſt Conc.Trid.ſublata fuit,& ſic,propter illa verba,excõicatio præceſſiſſe videbatur,& conſequenter ad declaratoriā ſub præſcripta forma bene poterat procedi.Verū prædicta ex abundanti dicta ſint,cū minime ſint immutáda,quæ antiquā habuerunt conſuetudinem arg.l.minime,ff.de legi & præſertim in tribunali quā decidendo pro lege habetur,faciunt ea,quæ ſolent allegari de ef-

33 ficacia ſtyli,per Doct.in c.fi.de conſuet.& in c.ex litteris,de conſt.& c.11.de præb.in 6 Et licet legib.non autem exemplis iudicádū ſit,vt in l.nemo.C.de ſent.cum ſimil.Burſat.conſ.56.n.5. Tamé qñ apparēt exempla plurium,& publicarum perſonarum,tunc exemplis eſt iudican.ad not.in c.quoniā de iur.iur.Exempla.n.reddunt rem clariorem, l.prætor,§. videamus, de coll.bon. Super hoc articulo exequutionis Breuis eſt aduerten. ꝙ licet regulariter in executiuis non dentur dilationes ad partes,vt per Aug.lib.3.dec 577 tñ id vidi ſeruari,& locū

34 habere,quoad reū volentem executionem Breuis impedire; non au-

35 tem quoad actorem,cur paſſim remiſſoria conceditur. Tutius tñ arbitror

bitror commiſſionem impetrare, quæ paſſim à Signaturà conceditur
36 cũ clauſula, arbitrio iudicis; quia cũ A.C. fit iudex delegatus, & exe quutor Breuis, ordinaria iuriſdictio ceſſare videtur, vt in c. ſtuduiſti, de off. leg. & c. ſanè, de off. deleg. & ob id abſq. commiſſione eiuſmodi dubium oriri poſſit, an remiſſoria concedenda ſit. Crederem tamẽ, re
37 miſſoriã etiam reo, qui illam continenti peteret dandã fore, quia in iudiciis æqualitas ſemper eſt ſeruanda, vt habetur in c. 1. de re iud. in 6. & in ſing. Hyp. de Marſ. 168. alios citan. vbi etiam ad relatum propoſitũ habetur, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ reus non poſſit opponere aliquam exceptionẽ, vel defenſionẽ contra inſtrum. vel eius exequutionẽ ſi actor, qui petit exequutionẽ inſtrumenti liquidi habuerit aliquã dilationẽ ad proban. & liquidan. tunc durante tali dilatione, poterit ſimiliter reus reprobare, & allegare contra ipſam liquidationẽ, & illam cõcernentia, non obſtante d. ſtatuto. Et quia etiam licet A.C. ſit, vt dixi, iudex exequutor, tamen litteras remiſſoriales decernendo videtur aſ-
38 ſumere prout cũ effectu aſſumit partes iudicis, vt infra dicemus. Addo vlterius, ꝙ iudex remiſſoriæ eſt merus exequutor nec poteſt articulos admittere. Quare non auditur ad exequutionem Breuis agens, dũ ad probandã beneficij valorem, aut aliquid aliud ſibi incũbens, informatione de partibus pro articulis formãdis indigere, & idcircò in partibus articulos dare velle dicit: cum illi in curia dandi ſint, vt iudex
39 cognoſcat, an ſint admittendi, vel ne, non autem in partibus a iudice remiſſoriæ; cum id ad ipſum pertinere non videatur. Fel. in c. cauſam, n. 3. de teſt. Io. Paul. Tholo. dec. 2. Pereg. dec. 255. in fi. lib. 2. Et propterea illos dans debet a perſonis de partibus optime eſſe inſtructus ante illorum dationem. Secus procedit in inſtrumento ſubdelegationis pro fructibus liquidandis, vt per Ant. Aug. in epit. de remiſsor. nu. 14. (Hæc quoque de remiſſoriis viſa ſunt addere.) Vbi ſumus in eadem prouincia, infra tamen duas dietas, eſt in facultate iudicis, vt vel inuitos faciat coram ſe teſtes exhiberi, per l. ſi quãdo, C. de fid. inſtr. vel ve committat examen in loco ipſorum reſidentiæ. Tũc enim propter aliquam ſuſpicionem, vel magnitudinẽ cauſæ, poteſt iudex arbitrio ſuo illos coram ſe euocare ſumptibus producentis, vt per Abb. in c. cum cauſam, de teſti. & atteſtatio. n. 12. & in c. ſtatutum prope fi. l. 6. de reſcri. Bar. & Bal. in l. quoniam de teſti. Vbi autem teſtes ſunt extra prouinciam, nõ debent arctari ad veniendum perſonaliter ad curiã ſed iudex cauſæ per eius litteras remiſſoriales mandat iudici teſtium, vt eos examinet, & eorum atteſtationes clauſas mittat, reſcribendo quãta ſit eis fides adhibenda, Abb. in c. conſtitutus, n. 5, de fideiuſſoribus præſertim quando ſumus, vt dixi, in longinquis partibus. in d. c. cum cauſam. de teſt. & in l. ſi quis ex litigatoribus, ff. quemadmod. teſtamen. aperiri. Inno. in c. quoniam contra, de prob. Pręmiſſa autem proxime relata non ita procedunt in cauſis criminalibus in quibus exa-

men teſtium committi non debet, etiam ſi eſſemus in longinquis partibus;ſed ſunt iſti teſtes euocandi ad curiam, & examinandi in præſentia iudicis, vt in authen.apud eloquentiſſimum,C.de fide inſtrum.vbi Cyn.Abb.d.c. cum cauſam n.22. & authen.de teſti.§. & quoniam, & de hoc vide glo.in clem.vnica de off.deleg.& extra de iud.c.at ſi clerici. Intellige tamen,quo ad teſtes iudici, & illius iuriſdictioni ſubiectos,quia ad veniendum cogi poſſunt,ſecus quo ad alios teſtes qui cogi non poſſunt ad veniendum ad Romanam curiã; tunc enim ſiue teſtes examinandi ſunt pro reo ad excuſationem delicti,ſiue pro actore ad veritatem eruendam, vtroque caſu ſeruantur ea ,quæ ſuperius dicta ſunt in cauſa ciuili, vt per Gomeſ deciſ.226. & Clarum in eius practica crimin.in §.fin.l.5.q.26 per totum Aduertat tamen notarius deputatus ad ſcribendum,quod dum iuramenta,& examen teſtium recipit ,ea recipiat præcedente mandato iudicis exequutoris, quia tunc vbicunque reperiantur, & ſcribantur, ſiue in abſentia iudicis, inter acta iudicii reputantur, & valent: quia reputantur tanquam facta coram ipſo iudice, ex quo ipſius mandato facta ſunt. Paul. de Cſtr.in l.vinum,n 3.ff.ſi cert.pet. Abb.in c.quoniam contra de prob.n.29.in fi.Et ſi ſecus fieret,licet Notarius atteſtatur ſibi iniunctum fuiſſe a iudice,cum factum de preterito atteſtatur,ei non creditur, Affl.dec.317
40 n.3.Conſueuit A.C. dilationem ad probandum duorum menſiũ,vel alias habita diſtantiæ loci ratione concedere ; quod tempus regulariter a die conſignationis portiori factæ currere incipit , vt in vna Caputaquen. penſionis coram Oradino 20. Decembris 1560. & alteri parti aduerſus quam remiſſoriæ littere conceduntur aliã ſemper breuiorem dilationem impartiri, puta vnius menſis ad reprobandum, ſi reprobare voluerit perſonas ex aduerſo inductorũ teſtium, eorumq. depoſitiones , ac ad probandum et competentes exceptiones, & amplius dilationes ad probãtis , vel reprobantis inſtantiam arbitrio ſuo prorogare, & ſeu nouam dilationem concedere præmiſſa partis citatione ad videndum prorogare, ſeu nouum terminum concedi: quia cum ſtylus A.C.ſit,ad probandum prorogationes concedere, ne probationes pereant;pari ratione dicendum erit, ſi tam cauſa fuerit ordinaria, reprobationis terminum prorogari poſſe:cum ſtylus in contrarium non appareat , qui hoc impediat . Et licet teſtium reprobatio ſit a iure permiſſa, vt in c. preſentium de teſtibus,tamẽ in iudicio exequutiuo , ſiue ſummario non videtur neceſſaria conceſſio dilationis reprobatoriæ,Affl.dec.351.n.4.& 6 &de eis dilationibus,quę cõceduntur ad probandum,& reprobandum, Vide Innoc.in c.licet dilectus,de teſt. & atteſtationibus. Et attende quod quamuis, pendente remiſſoriæ termino, iudicis officium conquieſcat, vt in d.l. ſiue pars, ſuperius allegata; tamen ſi pars interim compulſoriales generales litteras petit, poteſt iudex ipſe illas concedere. Put.dec.3.de dilat.Ratio,

tio, quia actus iſte non ad expeditionem cauſæ, ſed ad iudicij proſe-
quutionem tantum tendit: & proxime dicta in cauſæ expeditione,
41 non autem illius proſequutione locum habent. Idem dico in teſti-
bus, qui pendente remiſsoriæ termino poſsunt in curia examinari. Au
guſt. lib. 3. dec. 403. Remiſsoria autem in prima, & secūda inſtantia in
beneficialibus non datur, niſi conſtet de fumo, ac facta obligatione
per petentem de ſtando vnicæ ſenteutiæ, vt per Veſtr. in lib 6. de re-
miſs. ad partes, & illius proceſſu, nu. 2. verſ. vſu quoque receptum. V-
bi etiam habes, quomodo, & quo ad quos teſtes in cauſis criminali-
bus concedenda ſit, eo. tit. in annot. Crauet. n. 16. & 17. In prophanis
autem datur, quando eſt releuans licet non conſtet de fumo, Caput-
aquen. dec. 68. lib. 3. & in vna Cæſarauguſtana decimarum coram Ora
no, 29. Ianuarii 1557. (de his remiſsoriis conceden. in cauſis crimi-
nalibus habes lata per Iac. Philipp. Por. in 4. concluſ. eod. tit. lib. 4.)
42 Litterarum autem remiſſorialium, & compulſorialium exequutio li-
cet cuicunque iudici ſedi Apoſtolicæ ſubdito committi poſſit, tamen
regulariter perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ committi
ſolet: quia tali perſona Eccleſiaſtica poteſt compelli ad acceptandū
c. paſtoralis, & ibi Abb. in pen. not. & in c. quod ſedes, de offic. ord. nā
non ſubdito inuito nō poteſt cauſa delegari, ſed volenti tantum, Bar.
in l. & ſi prætor, ff. de off. eius, cui mād. eſt iuriſd. Abb. in c. paſtoralis, in
4. not. Delegatus autem a Principe poteſt cauſam ſubdelegare vni-
cuique, etiam ſuo ſuperiori, & non ſubdito etiam inuito, vt per eun-
dem in d cap. paſtoralis in pen. not. & cap. ſane quia, de offic. deleg.
Verum debet ſubdelegare perſonis in dignitate Eccleſiaſtica cōſtitu
tis, quibus Papa ſolet delegare, vt per c. ſtatutum, de reſcri. lib. 6. alias
ſubdelegatio non valet, vt per eundem Abb. in d. cap. fin. illius princ.
de offic. deleg. Alex. conſ. 77. colum. 2. vol. 2. niſi tamen tantum nondū
miniſterium committeret, clem. 1. vbi gl. ſing. de offic. deleg. Rot. dec.
392. in antiq. de reſcrip. Et quod examinatio teſtium in partibus cō-
miſſa non poſſit alteri iudici ſubdelegari, quia cenſetur electa indu-
ſtria perſonæ dicit Paul. Caſtren. in l. iudices, nu. 5. C. de fide inſtrum.
Compulſoriales litteræ ab Auditore Cameræ in litis principio, par-
te non citata. Rota deciſ. 42. de probat. in antiq & etiam pendente
lite in quacunque iudicii parte, citata tamen parte, conceduntur.
43 Hæc autem eſt inter compulſoriales generales, & ſpeciales litteras
44 indifferentia. Hæc enim nunquam niſi parte citata, & cum termini
præfixione relaxantur: quo pendente, iudici officium conquieſcit, &
ad cauſæ expeditionem procedi non poteſt, vt ſupra probauit: & dein
de dantur prorogationes, vt in remiſſoriis, vt in vna Toletana de Gal
lebagna coram Veſtrano 18. Nouembris 1552. Illæ vero generales
proceſſum non retardant, & decernuntur etiam feriarum tempore
quamuis cauſa commiſſaria ſit, Put. dec. 361. in fine libri primi.

Redeundo igitur ad dictarum litterarum remiſſorialium materiam.
45 Dicendum erit, quod licet remiſſoria pro inſtrumentis producendis in cauſa ad Romanam curiam deuoluta non detur, vt per Rota deciſ. 218. de fide inſtrum. in nouis, datur tamen pro ſignis, ſigilis, & notarijs recognoſcendis: & ratio, quæ ibi adducitur, eſt, quia illa ſunt probanda per teſtes quos ſecum adducere non poterat, nec tenebatur.
46 Si tamen à iudice remiſſoriali non reciperentur, vtique fidem faceret, vt per Pariſ. conſ. 15. lib. 4. nu. 6. tutius tamen eſſet, ad tollendum cauſam dubitandi, impetrare commiſſionem, in qua cõmittatur, quod decernatur remiſſoria tam ſuper articulis, & receptione teſtium, quã etiam receptione inſtrumentorum, & iurium quorumcunque, quæ ad Romanam Curiam nequeunt tranſportari, & quæ vtraque pars duxerit producenda: eo enim caſu nedum ea, verum etiam quaſcunque reſponſiones, & confeſſiones partes ſuper articulis iudex remiſſoriæ recipere valet; & ea omnia ab eo recipienda ſunt, quibus cauſa inſtrui poteſt, vt per Rota dec. 14. in vlt. de teſtibus num. 3. & ſequen. & alias deciſ. 589. in antiq. de probat. & teſtibus, & deciſ. 73. de teſtibus & remiſs. in nou. In quo remiſſoriæ articulo non videtur ſilendum,
47 quod licet terminus vnius, vel duorum menſium, qui in ea præfigitur intelligatur præfixus, tam quo ad receptionem iuramentorum te-
48 ſtium, quam illorum examen; quia non ſufficit, teſtes producere, niſi infra illud tempus examinetur, vt per citatos in eadem deciſione 14. n. 1. & ſequen. Tamen cum interdum accidit, quod propter multiplicitatem articulorum, & interrogatoriorum, vel difficultatem conducendi teſtes ex partibus longinquis, propter quæ euenit, quod productio, & receptio infra tempus impleri non potuit, ideo Rota de æquitate tenuit ſufficere teſtes productos, & iuratos fuiſſe in tempore, licet examinatio poſtea facta fuerit, vt ibi in fine. Expleto autem examine, citabitur pars aduerſa, ſiue illius procurator, ad viden. mandari collationari cum proprijs originalibus copiam eorundẽ teſtium, & ea quæ collationanda ſunt, & collationi huiuſmodi intereſſendum, ſi voluerit, alias viden. eam fieri ſine eius interuentu. Qua citatione facta, & in actis relata, præcedente iudicis decreto, collatio fiet. Et demum præmiſſa alia citatione ad videndum ſuper omnibus decretum, & auctoritatem iudicis interponi, & mandari omnia in rotulo remiſſoriæ introcludi, ſigillo iudicis obſignari, & obſignatũ ad Romanam curiam & ſuum iudicem qui remiſit tranſmitti. Et idem dicen. & faciendum erit de dictis litteris compulſoriis mutandis mutatis, ita vt ſupra tradit Veſtr. in lib. 6. ſui tract. n. 10. In hoc autem articulo remiſſoriæ aduertendum eſſe cenſeo, quod ſi pars petens remiſſoriam potuit teſtes examinari facere hic in Curia, ſeu loco iudicij, & neglexit, & ſic teſtes receſſerunt, non poteſt petere remiſſoriam ad locum vbi ſunt, vt per Paul. de Caſtr. in §. tutor, in fin. cita-

tum

tum per Afflict. dec. 137.num. 4.vbi dicit, hoc eſſe menti tenendum.
Hæc de remiſſoriis,& compulſorijs dicta ſufficiant. Ad propoſitũ exe-
quutionis Breuis negotium redeamus. Si poſt Breuis exequutionem
ex Commiſſarij parte petitam, contingat prouiſum Apoſtolicum lit-
teras Apoſtolicas ſuæ prouiſionis in forma gratioſa ſub plumbo expe
dire, illis exhibitis,& præuia rei citatione, ad dicendam contra,&c &
videndum decerni mandatum de immittendo prouiſum in poſſeſſio-
ne beneficij, de cuius poſſeſſione agitur, iudex mandatum concedit
modo, quem in vltimo libro deſcripſimus. Hæc addo. Supra relati
49 quatuor termini, quos in hoc exequutionis Breuis iudicio ſeruari di
xi, non ſeruantur ex parte rei conuenti abſolutoriam petentis, verum
ſeruantur ad libellandum, articolandum, & reliqui termini in benefi-
cia libus cauſis ſeruari ſoliti. Conſulo tamen reo, vt in commiſſio-
nem impetret,& illius vigore aduerſario terminum aliquem breuem
& peremptorium ſubſtantialium loco, ad docendum de ſuis iuribus,
ac alias ad probandum quicquid vult, & poteſt præfigi, petat. Quo
effluxo, & nihil, quod releuet, docto, Auditor Cameræ ad expeditio-
nem cauſæ procedat, & ſententiam abſolutoriam ab impetitis per
50 agentem in pręſenti iudicio in rei fauorem ferat. Præmiſsis etiam
addo differentiam inter exequutorem, & iudicem. Quæ eſt, quod
exequutor eſt ille, qui principaliter datur ad exequendum, & ſecun-
dario ad cohercendum. Iudex vero principaliter datur ad iudican-
dum inter contendentes, ſecundario ad exequendum, Abb. in cap. fi-
nal. colum. 4. verſic. ſed tu attende, de præſumpt. & in cap. paſtoralis,
§. quia vero, num. 3. de offic. deleg. Confirmatur præmiſſa ex illa
clauſula, quæ in Breui apponitur, videlicet contradictores, &c.
quæ extenditur ad coertionem, non autem ad iuriſdictionem, vt eſt
gloſ. in dicto cap. fin. quę tamen intelligenda eſt, vt talis iudex poſ-
ſit coercere illos, qui de facto non autem qui de iure ſe opponunt, vt
ſupra retulimus. Hinc eſt, quod poſſeſſor beneficii, quem regula-
riter intruſum appellamus, non tenetur dimittere poſseſſionem ad
ſimplex mandatum exequutoris: quia in hoc poteſt reſiſtere de iure
Staphil. in eius tractatu de litteris gratię, & iuſtitię. Poſseſsor autem
nolens dimittere poſſeſsionem ſine cauſę cognitione, non dicitur in-
debite contradicere, cap. fin. de præben. & in cap. ſuper litteris, in fin.
de reſcript. Rebuff. in forma bonæ prouiſionis, in verbo contradicto-
51 res. Quis autem dicatur intruſus, habetur in deciſione Rotæ 414.
in antiquis. quod habens beneficium ab eo, qui titulum dare non
poteſt, ille dicitur intruſus. Et reliqua intruſione, vide Gig. in Epi-
toma de intruſo, per tot. Intruſus autem, lite pendente, nedum nõ po-
teſt impedire exequutionem ſententiæ latę contra primum rectorem,
ſeu poſseſsorem beneficii, ſed etiam exequutio datur contra talem in
truſum. Creſcen. dec. 217 & 238. in fi. Achill. dec. 2. De tertio. Capu-

50 *Differentia inter iudicem, & exequutorem.*
51 *Referuntur aliqua de ſimpliciter intruſo, ac intruſo lite pendente.*

1 IN proceſſu exequutionis Breuis Apoſtolici, in primis præſentatur A.C. ipſummet Breue clauſum, & ſigillatum, quod ab eo aperitur, eoq. aperto pro verificatione clauſulæ (Conſtito) in Breui appoſitæ, ac aliorum de neceſſitate verificandorum teſtes inducūtur, & de mādato iudicis per notarium examinantur, citatis tamen prius omnib. intereſſe habentibus per contradictas, ſiue edictum publicum iuxta temporis qualitatem. Quorum depoſitionibus iudici exhibitis, ſi iudici ipſi requiſita in Breui, ſaltem ad effectum decernendi monitoriū ſufficienter verificari videbitur, monitorium decernit iuxta formas, qua inferius poſtremo libro poſuimus.

Aduerte autem Breuia huiuſmodi in duplici forma expediri, Vna
2 dicitur ad fauorem litterarum Apoſtolicarum ſub plumbo per prouiſum Apoſtolicum iam expeditaruм, & tunc mandatum de immittendo prouiſum Apoſtolicum in poſſeſſionem vna cum monitorio contra intruſum in beneficio traditur. Altera vero forma ad capiendum poſſeſſionem nomine Cameræ Apoſt. & conſignandum eadem commiſſario, ſeu eius procuratori per ipſum retinēdam. donec pars, cui gratia eſt facta, litteras ſub plumbo expediuerit. Quorum quidē Breuium formulas infra libro vltimo habebis.

Animaduerte tamen, quod in monitoriorum huiuſmodi expeditione ſemper apponitur clauſula (Alioquin, &c.) quia licet in Breui dicatur, Contradictores quoſcunq. per cenſures Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcen. intelligendum eſt de his, qui cōtradicere velint ſine cauſa, & facto. Si vero cōtradicerent de iure, & iuſtā allegarent cauſam, vtputa aliā collationem priorem; A.C. tanquā exequutor compeſcere illos non poſſet, niſi prout iuſtitia ſuadet, iuxta tex. in c. ſicet Epiſcopus, de præb. lib. 6. gl. in d. c. pro illorū, eo. tit. in decret. Aduerte etiam, quod in monitorium huiuſmodi expeditione
3 aliqua notarii clauſulam (ſi ſe ſore grauatos ſenſerit) apponente conſueuerunt: quia per illa verba conceditur parti aduerſæ, quod nō exequutiue, ſed ordinarie procedatur: reo enim comparente alia monitoria ad ſimplicem citationem reſoluuntur, vt per Rip qui late ſcribit in l. de pupillo, §. meminiſſe, num 20. & ſeq. de nou. ope. nunc. Secus ſi apponatur clauſula (Alioquin, &c.) quam in monitoriis huiuſmodi infra lib. 4. deſcriptis expreſſimus, & quam in negotio prædicto exequutiuo magis conuenientem cenſui: quia ea fiunt præcedente cauſæ cognitione, & mandatur aliquid fieri ſub pœna excōmunicationis, cum clauſula, quod in euentum non paritionis ex nunc, prout ex tunc procedetur ad cenſuras, moniti contumacia, vel abſentia nō obſtante: nec apponi conſueuit clauſula (ſi ſenſerit ſe grauatum) vt

ſupra

ſupra dixi, proceditur ad declaratoriam ſine aliqua alia reintegratione, vt per dec Peregr. 260. lib. 2. incip. in cauſa Egitanien. parochailis licet Signatura hodie aliter ſenſerit ſcilicet monitoria hæc contra intruſos non niſi cum clauſula illa [ſi ſenſerit ſe grauatum] decernéda, & concedenda fore. Hæc monitoria contra quoſcunq. intruſos, cum adhibitione cauſæ cognitionis, vt dictnm eſt præcedente generali citatione per contradictas, ſiue edictum publicum contra quoſcunq. intereſſe putantes decernuntur: quæ citatio cũ contradictores ſint incerti, valide fieri poteſt, iux. l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pign. & l.
4 1. ad fi. ff de vent. inſpi. Monitorii exequutione in partibus facta, & in actis notarii reproducta, ſi intruſus, vel alius monitus, ſeu eius procurator in termino comparuerit, & per curſorem, vt moris eſt perſonaliter, ſin autem per contradictas, ſeu edictum publicum præcedēte debita decreti iudicis annotatione, citatur [ad dicen. contra litteras Apoſt. in forma Breuis expeditas, ac monitoriales pro illarũ exequutione decretas exequutas, & reproductas, iuraq. producta & repetita, videndumq. iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit.] His peractis pro Breuis verificatione articuli, ſiue ma-
5 teriæ exhibentur, & parte ad dicendum contra articulos, ſiue materias in forma, quam ſupra in primo libro videbis, citata: præuia iuramentorum teſtium receptione, teſtes ipſi debito tempore examinantur, & reperiuntur.
9 Nota tamen, ꝙ in huiuſmodi negocio Breuis exequutionis, vt plurimum trina teſtium examinatio requiritur. Prima, quãdo teſtes monitorium decernendi cauſa examinantur, vt ſupra in principio huius capitis diximus. Et tunc citatur per contradictas, ſiue edictum publicum oẽs intereſſe putãtes [ad viden. sũmarie examinari teſtes pro verificatione contentorum in Breui.] Secunda quãdo Capitulum eſt monitu, ſiue intruſus, & cõparere, vel parere negligit; & tunc poſt productum monitoriũ exequutũ, & partem [ad dicen contra] citatam, vt paulò ſupra dicebamus, citatur reus ad viden. examinari, &c. & reputantur teſtes illi, qui ſe primo ante monitorii decretum examinauerant, vel alii de nouo inducuntur. Tertia, quando ante ſententiæ declaratoriæ prolationem, poſt factam vltimo dictam repetitionem, ſiue examen teſtium in rei contumaciam, cõparet deinde certus contradictor, & teſtes citato ipſo contradictore repeti poſtulat: quia interrogatoria dare vult: & tunc iudex ex benignitate potius, quam iuris diſpoſitione, ſumptibus tamen petentis (quia in termino ei aſſignato comparere debebat) illos denuo, quatenus illorum copia haberi poſſit, repeti mandat, iuxta deciſ. Peregr 281. In vna Ro-
7 mana Dominorum de Picchis, lib. 2. Poſt hæc ſeruatis quatuor terminis in huiuſmodi exequutiuo negotio de ſtylo curiæ ſeruari ſolitis; qui in vtroque ex antedictis caſibus ſemper ſeruatur, (Ad docendũ ſcilicet ſe paruiſſe litteris Apoſtolicis in forma Breuis expeditis,
vna

vna cũ monitorialibus in illarũ exequutionem decretis, & in actis iu
dicialiter reproductis, primo pro prima; deinde ſecundo pro ſecũda;
ſucceſſiue tertio pro tertia; & demũ quarto pro quarta, & ſuperab-
bundãti dilatione) vno videlicet poſt aliũ legitime ſeruatis; præuiaq.
iuriũ recognitione, quæ omnino ante ſententiã præcedere debẽt, de
8 hoc, vt ea debite exequantur, vt in l.inſtrumentũ, C.de prob. Moder.
de prob. concl.1294. n.4. Citatur pars ad viden. deferri iuramentum
in ſupplementũ plenæ probationis, quatenus opus ſit, abſolui infra-
ſcriptũ inſtantem ad effectũ, &c. necnõ concluden. concludiq. viden.
9 & audien. ſententiam declaratoriã ad p.d. vel ꝑ totam, ſi perſonaliter
fiat; Inſtan. Ill. D. Iulio Monterẽtio S.D.N Papę, & Reu. Cam. Apoſt
gen. Commiſſario, & N. prouiſo pro ſuo intereſſe. Si procedes nomi-
ne Camerę adhibebis Cõmiſſarium, vt ſup. ſin minus ad Inſtan. D.N.
prouiſi Apoſtolici vti principalis, vel eius procuratores dũtaxat at
mox deſignabis notariũ hoc pacto D. Octauianus Bettus eſt Notar.
10 Et ſic qñ monitorium decretũ eſt nomine Cameræ, quo nomine qñ
Breue ante litteras ſub plũbo expeditur, ſemper decernitur, requiri-
tur neceſſario ꝙ termini omnes ſeruentur ſub nomine d. Cõmiſſarii,
11 & N. prouiſi pro ſuo interreſſe. Et quoniã Cõmiſſarius eſt aliis prępe
ditus negotiis, ad inſtantiã prouiſi eũ audeuntis, & rogantis, eundẽ-
met prouiſum, vel aliũ procuratorem ſubſtituit, qui ipſius Comiſſa-
rii vice in terminorũ ſeruatione cõparet: ſecus nulliter procederunt
Verũ ſi ob incuriã, vel obliuionem partis, ſeu ſubſtitutorũ hæc facta
non fuerit modo non ſit lata ſententia, ne ab initio terminos omnes
ſeruare iterũ ſit neceſſe, Cõmiſſarius ſubſtitutionem huiuſmodi cum
ratificatione hactenus geſtorũ facit per quam ratificationem acta fa-
cta conualidantur: ratificatio. n. tollit allegationem nullitatis, vt pro-
batur per l.fi. C.ad Maced. & l.licet C. de iud. Antequã ſententiæ exẽ-
12 [illegible] deſcribã, notario, qui eſt oculus iudicis, conſulo, vt anima duet
tat ſi mon[illegible] fuerit perſonaliter exequutũ, alias. n. exequutio non
eſſet valida, nec ſum[illegible] ad declarationem incurſus cenſurarũ Rot. de
ciſ. vnica de fer. in nou. Caſſad. dec.2. de penſion. & fuit etiã reſolutũ
in vna nullius ſpolii coram Aldobrand. 15. Feb. 1557 Gome. ſup reg.
dec.249. nam in his, quæ magni ſunt præiudicii, vt puta priuationis,
& excõicationis, certa nõ autem præſumpta ſciẽtia requiritur, ad ſu-
perius citatũ in c.11. præſen. lib. n.11. præſertim, quia ſententia vltra
dictas cenſuras cõtinet etiã pœnã priuationis, & alias pœnas in Bre
ui contentas. ad hoc igitur, vt quis priuetur iure ſuo ſcientia debe
eſſe certa, & indubitata. Put. dec.6. de prob. Card. in clem.1. §. certũ
in 5.q. de conceſ. præb. In aliis vero non ita præiudicialib. (ſi de alio
præiudicio agitur) ſufficit præſumpta ſcientia, vt per Bar. in l. qui Ro-
mæ, §. duo frẽs, n.14. de verb. obl. Pariſ. conſ.12. n.18. lib.2. Dec. conſ.
327. in fi. & conſ.583. in princ. de com. atteſtatur. Cagn. in l.2. n.124.
C.de

C.de reſc.n. vend. contraria loquuntur ad effectũ excõicationis, vel
13 pœnæ, vt per Crau.conſ.193.n.8. Ea .n. quæ ſuperius dicuntur, videlicet non procedi ad cẽſuras, niſi cũ monitorio perſonaliter exequuto, ex ſupradictis limitantur, niſi forte poſt monitorii exequutionem domi dimiſſa copia, factã, fuiſſet per monitum procurator ſpecialiter
14 ad illã cauſam conſtitutus: ſecus ſi generatim ad oẽs lites antea cõſtitutus fuiſſet, ita vt ſup.relatum eſt, paſſim in tribunali obſeruatum fuiſſe vidi. Sed ſi in actu executionis, ſeu intimationis monitorii monitus proteſtatur contra eũ non procedi, niſi D.Roderico Comicino in Ro.Cur. & ſuo procuratore citato, ex benignitate tñ iudicis, ſiue agẽtis procurator ille nominatus citatur. Non tenetur enim aliter agens eũ citare, verũ debet ipſe moniti procurator cũ mãdato legitimo in actis notarij cauſæ cõparere illudq; exhibere, & proteſtari, ꝙ nihil in cauſa fiat niſi ſe in quolibet actu citato, vt ſup.poſuimus in c.
15 3.præſentis libri. Quod tñ intruſus cõparens ante ſententiã declaratoriã ſemper audiatur, locũ non habet in monitorijs decretis vigore Breuis habẽtis clauſulã, conſtito ſũmarie, & extraiudicialiter, quę de ſui natura importat, vt iudex extra ordinẽ præcipiat, & tunc cũ ſit parendũ eius litteris. Bar.in l.nec quicquã, §. vbi decretũ, il 2.n.11.ff. de off proc. & leg.intruſus.n.contumax, excõicatus, & declaratus nõ auditur, niſi dimiſſa poſſeſſione, reſtitutis fructibus, & expen. Cũ iudex vigore Breuis, & cauſa cognita intruſum condẽnauerit, illius exequutio non eſt amplius, vt tenuit Rot.dec.Palæotti 531.li.3, n.2.diu. In verificatione aũt clauſulæ (conſtito) in tribunali A.C.ſeruatũ fuit & quotidie paſſim ſeruatur probationẽ teſtiũ de publ. voce, & fama deponẽtiũ ſufficere, qua in his poſſeſſoriis iudiciis publica vox, & fama plena probatio eſt, ad not. in l.1. C.quor. bonor.Pedem.dec.99.n.3. Licet Rota, vt pluries audiui, alias cenſuerit ſemiplenis hiſce probationib.pro verificatione obitus illius, per quẽ beneficiũ, vacauit, ſtãdũ non eſſe, quia cum hoc præcipuũ ſit impetrantis fundamentũ, plene probãn.eſt, vt per Creſc.dec.205 in fi.impugnan.reg. Caſſad.8.de verb ſign. Semiplenæ autem probationi acquieſcere deberemus, qñ eſſemus vltra montes, vel in cauſa difficilis probalionis, vel tñ de obitu in genere. Put.dec. 171.li.3.n.4. non autem de obitu ipſo, tpe, & perſona, quæ obiit tractaretur, vt p eund. Put.dec.266. eod. lib.nu.4. vtroq.tñ caſu A.C. in hoc iudicio ſemper ſtetit hiſce ſemiplenis probationib.tanquã in cauſa ſummaria, tã quoad ſolẽnitates iudicii, quã quoad probationes, vt tenet Bar. in l.3 §.cauſæ in fi ff.de Carb.edic. Vbi dicitur, ꝙ iſta eſt cauſa ſummaria, quia dantur breuiores dilationes, vt per eundẽ Bar.in l.ſi quis a libens, §.ſi quis ex his, ff.de lib. agnoſ. Abb.in c.dudũ il 2.n.28.de elec.Rot.dec.25.n.5.de appell.in antiq. In his igitur cauſis ſummariis leuiores probationes habentur ꝓ plenis probationibus. Ex pędictis rationibus Locatenentes, qui pro

tpe

tpe fuerunt A.C. arbitrati fuerunt, has ſemiplenas probationes pro ſufficientibus probationib. reputari, & licet, vt dictũ eſt, in hoc iudicio exequutionis Breuis, cum illud cõparetur interdicto adipiſcendæ ſemiplena probatio ſufficiat, Bar. in l. iudices, n. 3. C. de iud. Rol. conſ. 50. n. 10. lib. 2. attamen ſi iſta ſemiplena probatio reſultaret ex dicto vnius tm̃ teſtis nõ eſt attendenda, Rol. d. conſ. 5. n. 16. Secundũ autem extremũ nedũ A.C. verũ etiã Rota cẽſuit ſufficienter probari per leuiores probationes, Ant. Aug. dec 243. li 3. & ꝙ Rota nõ ſoleat exigere multũ exactas probationes, ſed contentatur ſolũ de ſemiplena ꝓbationes in vna Regien. parochialis coram Chiſanen. in diuer. 162. ratio ibi affertur, quia nõ agitur principaliter de veritate contentorum in Breui ad gratiã canonizandã, ſed incidenter ad effectũ remouen. intruſum ne eum peccato percipiat fructus quo caſu ſufficit ſemiplena probatio. Aegid. dec. 99. Pariſ. conſ. 13. n. 22. li. 1 & ꝙ ſubſtantiatio litis ſufficiat cũ alio adminiculo, vt in vna Cremon. parochialis s Petri de
16 Regazolis contra D. Petrum Baiſanũ corã Caputaq No 3 t fugiat inſuper, ꝙ qñ datur Breue ad fauorem litterarum prouiſionis cũ clauſula (ſi, & poſtquã litteræ Apoſt. exhibitæ fuerint) quãuis non defuerint, qui in breuis eiuſmodi exequutione litterarũ prouiſionis narratiuã de neceſſitate verificãdã fore aſſeuerint; puta ſi fructuum valorem, & impetrantis habilitates, tñ de ſtylo tribunalis A, C. a Rota cõprobato ſufficit clauſulã, conſtito, in Breui expreſsã verificare, & litteras Apoſt. producere, & ſic de facto exhibere prouiſionẽ factã fuiſſe, vt inferius probabimus, qua in hoc iudicio non agitur vigore litterarum
17 in quibus præmiſſa narrantur, ſed Breuis in quo de præ dictis nullum prurſus verbũ, ſed ſolum prouiſio iã facta, & litteræ expeditæ narrantur, quæ narratiua in hoc, vt dixi, ſufficit ſi de facto verificetur, Breue .n. verificatum circa clauſulã, conſtito, exequutioni demandandũ eſt, abſq. vlteriori verificatione. In iſta autem verificatione iudex dicitur mixtus, in aliis vero merus eſt exequutor cũ mera exequutio õm tatur ſine aliqua parte iudicis, vt in terminis per Anchar. conſ. 297. n 7. ver. ſolũ enim apæ, n. 8. ver. & ſic merã ſibi exequutionem, ſequitur pro ſolẽni. Fel. in c. fi. n. 13. ver. item amplia, de præſumpt. & in c. ſi conſtiterit, in 5. de accuſat. Aliorum vero in Breui narratorũ, vt dictum eſt verificatio nõ requiritur, ſed ſolum eius, ꝙ eſt poſitũ in forma mandati, ſub d. clauſula, conſtito, vt per eundẽ Anch. eod. cõſ. Fel. in d. c. fi. n. 25. Palæot. dec. 487. incip prætendebatur, & alias fuiſſe reſolutum teſtatur Moder. Peruſ. in tract. de attent. par. c. 4. in præf. n.
18 47. His poſitis, ſententiæ declaratoriæ formulã ſubiicio. Per hãc noſtrã declaratoriã ſententiã, quã de iuris peritorum cõſilio pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præoculis habentes fer mus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis vertentib corã nobis inter Ill. D. Iulium Morterentium Cam. Apoſt. gen. Commiſſarium, & A. prouiſum Apoſt. litcum

eum pro ſuo intereſſe illi adhærentē agentes ex vna, & B. intruſum in beneficio N. de quo eidem D. Auctoritate Apoſt. prouiſum, ſeu proui deri conceſſum fui ſuper dimiſſione, & relaxatione poſſeſſionis, & fru ctuū d. beneficii, rebuſq. alijs reum conuentum partib ex altera, Dicimus, pronunciamus, ſentētiamus, decernimus, & declaramus prædictum B. excōmunicationis, aliaſq. ſententias, cenſuras, & pœnas in litteris Apoſt. in forma Breuis ſibi intimatis contentas, ob illarū non paritionem ac eiuſdem beneficij non dimiſſionem, fructuūq. perceptorū, & qui percipi potuerunt, ac in futurum vſq. in diem realis dimiſſionis prædictæ decurrendorū non reſtitutionē, dānabiliter incidiſſe, & incurriſſe: ipſumq. ſic excommunicatum, & declaratū publice denūciandum, & ab oībus Chriſtifidelibus arctius euitandum, literaſq. declaratorias deſuper opportunas decernendas, & concedendas fore, & eſſe, prout declaramus, euitari mandamus, ac decernimus, & concedimus, ipſumq. in expenſis coram nobis legitime factis condemnamus, quarum taxationum, & fructuum liquidationem nobis, vel cui de iure in poſterum reſeruamus, omni meliori modo, &c. Hæc contra par

19 ticularem intruſum ſententia fertur. Sed ſi contra Capitulum, Vniuerſitatem, aut Collegium, vel his ſimilia pronunciandum eſt, cauſa publicum aliqđ ſcandalum euitandi, non fulminātur ſtatim cauſę, ſed fertur ſententia modo ſupra deſignato his mutatis (prædictos BB. Canonicos, Capitulum, Vniuerſitatem, vel Collegium, niſi infra 15. dies a die intimationis præſentis noſtræ ſententiæ, ſeu inſtrumenti eis faciem. computandos realiter, & cum effectu ſententię ipſi paruerint, ex nunc, prout ex tunc ſuſpenſionis a diuinis interdicti, ingreſſus Eccleſię, aliaſque Eccleſiaſticas cenſuras, & pœnas in eiſdem litteris cō tentas, ob illarum non paritionem, poſſeſſionis, & fructuum non traditionem, & conſignationem damnabiliter incidiſſe, & incurriſse. Verum quia in Breuibus eiuſmodi, præter Eccleſiaſticas cenſuras, ineſt pœna priuationis beneficiorum, vt ſupra dictum eſt, ea ſtante, quandoq. beneficia rei cōuenti certo modo impetrantur, ſed male etenim hę ſententia non bene priuat; quia ſic condemnatus, ſi poſtea abſoluatur, per abſolutionem in priſtinum reſtituitur, & conſequenter priuatio nulla redditur. Idcirco iudicem minime errasſe arbitror, ſi in hac ſententia priuationis huiuſmodi pœnam omitteret, pręſertim dum contra Capitulum, & canonicos agitur, vt dictum eſt; cum rationi conſentaneum eſse non videatur, canonicos pro re ad Capitulum in communi pertinente eorum propriis beneficiis, vti ſingulares, & proprias perſonas priuari. Sicut dicimus de ſententia lata contra Vniuerſitatem, & homines tanquam occupatores caſtri; quę non exequitur cōtra poſseſsores rerum particularium, Fab. dec. 44. Gome. decis. 209. de dolo, & contum. debitum enim Vniuerſitatis non dicitur debitum ſingulorum, de per ſe ſingulariter conſideratum, vt in l. ſicut

§. ſi

rum conſtaret, Put.dec.41.lib.1.n.2.Rota in vna Segobien. operariæ 17.Iun.1597.coram Pamphilio, quia tunc cauſa cognita,& bene examinata datur abſolutio,vt per Caputaq.in cauſa Corduben.cenſurarũ 24.Maii 1553.&alia corã Seraph.12.Dec.1579.Datur quoq.hęc
27 excõicatio pro incerta quantitate,& fructibus adhuc non liquidatis vt per Achil.dec.1.de ſent.excom.dec.183.in nou.Tamen publicari nequit parte comparente, & offerente ſe paratum ſoluere facta illorum liquidatione, vt ſuperius ſcripſimus lib.1.c.27.Si vero pro incerta quantitate fructuum, prænia illorum liquidatione, pro d. cenſuris habendis inſtabis, debitis ſeruatis proceſſibus tibi denegãdæ nõ erũt niſi forſan ex parte rei ab exceſſiua,& nimia illorum taxatione fuerit appellatũ:quo caſu hæc cenſuræ ſuſpẽduntur, l. ſiue pars,C.de dilat.
28 Et quoniã negotium cenſurarum multum habet põderis, ne notarii decipiãtur a quibuſdã curialibus, qui vti nimis auidi ſuas expeditiones celerius cõſequendi illas maiori,quã poſſunt celeritate a iudice,& notario extorquere curant,animaduertant ipſi notarij ꝙ ſi contra Capitulum,& Canonicos tanquã cõtumaces,& inobedientes ad cẽſuras procedi cõtingat,licet plures ipſorũ tanquã ſigulares Cano-
29 nici nominati ſint,ſi de re ad Capitulũ pertinente tractatur, non propterea cõtra ipſos vti ſingulares (illos proprijs nominãdo nominib.) cenſuræ conceduntur ex ſupradictis,&ex dec.Rot.315.de ſent.excõ. in antiq. ꝙ intellige de his, quæ cõſiſtunt in iure: ſecus videtur dicen. de his quæ cõſiſtunt; quia tunc cũ quolibet parere teneatur ob nõ paritionẽ poterunt ipſi ſic moniti tanquã ſingulariter ſinguli excõicari vt per Innoc.in c.eã te n.9. & poſt eum Fel. n.13.de reſcr. Gemin. in c.Roma §.in vniuerſitatem, n.3.de ſent.excom. in 6.pro intelligentia autem eorum,quæ in iure,& quæ in facto conſiſtere dicantur ad eos recurre a quibus omnia latiſſime explicantur. Et inſuper animaduertãt notarij,ꝙ qñ ſunt moniti Canonici,& Capitulum,cõtra quos paſſum hæc monitoria diriguntur,cum, vt plurimum ad eos traditio poſſeſſionis pertineat, quatenus debeant immiſiſſe A.prouiſum Apoſtolicum in poſſeſſionẽ beneficij,cum clauſula,amoto quolibet detentore, Capitulum per intruſi nominationem non liberatur:cum appoſita ſit in Breui clauſula,abſq.vitio ſpolij, & attentatorum,vt per Put.
30 dec.17.lib.1. Ab alij vero cenſuris extra curiã latis,non tñ ab ordinarijs ex cauſa reſidentiæ,viſitationum,morum,correctionum,vel alia cauſa a SS.Trid.Conc.prohibita,A.C.introducta coram eo appellationis cauſa,paſſim ad effectũ agendi abſoluere cõſueuit,Aug.lib.3. dec.131.præſertim ſi de nullitate dicatur,Put.dec.3. hoc tit. amplius
31 ſi appellatione pendente fuerit in partibus appellatum,ſeu pendenti termino ad appellan. pignora reo conuerto ablatæ fuerint data per appellantẽ idonea cautione de ſtãdo iuri, & iudicatum ſoluẽdo A.C. per particulare decretum illa reſtitui mandat, & mandatum de reſti-

tutio-

ſuendo in forma ſolita cōcedit,& ſi appellans fuerit excōicatus,cum ad effectū agendi abſoluit,iux.depoſitionem,c.venerabilē,de except. & redeundo ad articulū dictarū cenſurarū dicen.erit,ꝙ reo a cēſuris in curia latis nōniſi cū plena cauſæ cognitione,abſolutio datur,vt ſupra oſtēſum fuit. Porro hæc declaratoria ſentētia ex quadā potius in ueterata cōſuetudine,& ſtylo tribunalis, quā debita iuris diſpoſitione ſub ſuperius expreſſa forma ferri videtur. Quia antequā ad declaratoriā incurſus cenſurarum deueniatur requiritur primo, ꝙ cenſuræ ſint fulminatæ,aut in Breui,aut in litteris monitorialib. vt per Peregr. in vna Abricen.ſeu Aloricen. nullitatis penſionis Card. Carpen. dec. 258.Vbi autē apponitur pœna excōicationis,non ſunt ipſo facto excōicati,ſed veniūt excōic ndi:eſt enim illa pœna,quædam cōmunicatio,niſi aliud ex cōiecturis appareat,dicit Ab.in c.ex reſcripto,n. 11. de locato,& conducto.Cū ergo in Breui non ſint cenſuræ fulminatæ, ſed dūtaxat cōminatæ,opus eſt,ꝙ antequā quis declaretur,contra eū excōicationis ſentētia præcedat,videlicet verbū,excōicamus,&c. Et poſtmodū ad declaratoriā procedatur. Et ꝙ excōicationis,vel ſuſpēſionis ſentētia non ſit ferenda,niſi canonica monitione vt ſup. pręmiſſa,& niſi ꝓ contumacia,ſiue inobedientia,aut non paritione,atteſtatur Ab.in c.reprehenſibilis,n.1.& 3.de appel. Declaratoria autē non
32 eſt propriæ excōicatio,ſed ſolūmodo excōicationis,aut alterius cenſuræ incurſæ denunciatio,& publicatio.Et ſi quis diceret, ꝙ in eodē tribunali a multis annis citra, ita fuerit obſeruatū reſponderi poſſet, ꝙ hoc fuit ante Conciliū,& bene:quia ante Cōcilii publicationē monitoria,citationes,& ſimilia expediebantur cū clauſula,ſub pœna excōicationis,quā ex nunc prout ex tunc contra inobedientes ferimus in his ſcriptis.Quæ clauſula poſt Conc.Trid.ſublata fuit,& ſic,propter illa verba,excōicatio præceſſiſſe videbatur,& conſequenter ad declaratoriā ſub præſcripta forma bene poterat procedi.Verū prædicta ex abundanti dicta ſint,cū minime ſint immutāda,quæ antiquā habuerunt conſuetudinem arg.l.minime,ff.de legi & præſertim in tribunali quā decidendo pro lege habetur,faciunt ea,quæ ſolent allegari de ef-
33 ficacia ſtyli,per Doct.in c.fi.de conſuet.& in c.ex litteris,de conſt.& c.11.de præb.in 6 Et licet legib.non autem exemplis iudicādū ſit,vt in l.nemo.C.de ſent.cum ſimil.Burſat.conſ.56.n.5. Tamē qn apparēt exempla plurium,& publicarum perſonarum,tunc exemplis eſt iudican.ad not.in c.quoniā de iur.iur.Exempla.n.reddunt rem clariorem, l.prætor,§. videamus, de coll.bon. Super hoc articulo exequutionis Breuis eſt aduerten. ꝙ licet regulariter in executiuis non dentur dilationes ad partes,vt per Aug.lib.3.dec 577 tñ id vidi ſeruari,& locū
34 habere,quoad reū volentem executionem Breuis impedire; non au-
35 tem quoad actorem,cur paſſim remiſſoria conceditur. Tutius tñ arbitror

bitror commiſſionem impetrare, quæ paſſim à Signaturâ conceditur
36 cũ clauſula, arbitrio iudicis; quia cũ A.C. ſit iudex delegatus, & exe
quutor Breuis, ordinaria iuriſdictio ceſſare videtur, vt in c. ſtuduiſti,
de off.leg. & c. ſanè, de off.deleg. & ob id abſq. commiſſione eiuſmodi
dubium oriri poſſit, an remiſſoria concedenda ſit. Crederem tamẽ, re
37 miſſoriã etiam reo, qui illam continenti peteret dandã fore, quia in
iudiciis æqualitas ſemper eſt ſeruanda, vt habetur in c. 1. de re iud. in
6. & in ſing. Hyp. de Marſ. 168. alios citan. vbi etiam ad relatum pro-
poſitũ habetur, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ reus non poſſit opponere aliquam
exceptionẽ, vel defenſionẽ contra inſtrum. vel eius exequutionẽ ſi a-
ctor, qui petit exequutionẽ inſtrumenti liquidi habuerit aliquã dila-
tionẽ ad proban. & liquidan. tunc durante tali dilatione, poterit ſimi
liter reus reprobare, & allegare contra ipſam liquidationé, & illam cõ
cernentia, non obſtante d. ſtatuto. Et quia etiam licet A. C. ſit, vt dixi,
iudex exequutor, tamen litteras remiſſoriales decernendo vidẽtur aſ-
38 ſumere prout cũ effectu aſſumit partes iudicis, vt infra dicemus. Ad-
do vlterius, ꝙ iudex remiſſoriæ eſt merus exequutor nec poteſt articu
los admittere. Quare non auditur ad exequutionem Breuis agens, dũ
ad probandã beneficij valorem, aut aliquid aliud ſibi incũbens, infor-
matione de partibus pro articulis formãdis indigere, & idcircò in par
tibus articulos dare velle dicit: cum illi in curia dandi ſint, vt iudex
39 cognoſcat, an ſint admittendi, vel ne, non autem in partibus a iudice
remiſſoriæ; cum id ad ipſum pertinere non videatur. Fel. in c. cauſam,
n. 3. de teſt. Io. Paul. Tholo. dec. 2. Pereg. dec. 255. in fi. lib. 2. Et propte
rea illos dans debet a perſonis de partibus optime eſſe inſtructus an
te illorum dationem. Secus procedit in inſtrumento ſubdelegationis
pro fructibus liquidandis, vt per Ant. Aug. in epit. de remiſsor. nu. 14.
(Hæc quoque de remſſoriis viſa ſunt addere.) Vbi ſumus in eadem
prouincia, infra tamen duas dietas, eſt in facultate iudicis, vt vel inui
tos faciat coram ſe teſtes exhiberi, per l. ſi quãdo, C. de fid. inſtr. vel vt
committat examen in loco ipſorum reſidentiæ. Tũc enim propter a-
liquam ſuſpicionem, vel magnitudinẽ cauſæ, poteſt iudex arbitrio ſuo
illos coram ſe euocare ſumptibus producentis, vt per Abb. in c. cum
cauſam, de teſti. & atteſtatio. n. 12. & in c. ſtatutum prope fi. l. 6. de re-
ſcri. Bar. & Bal. in l. quoniam de teſti. Vbi autem teſtes ſunt extra pro
uinciam, nó debent arctari ad veniendum perſonaliter ad curiã ſed
iudex cauſæ per eius litteras remiſſoriales mandat iudici teſtium, vt
eos examinet, & eorum atteſtationes clauſas mittat, reſcribendo quá
ta ſit eis fides adhibenda, Abb. in c. conſtitutus, n. 5. de fideiuſſoribus
præſertim quando ſumus, vt dixi, in longinquis partibus. in d. c. cum
cauſam. de teſt. & in l. ſi quis ex litigatoribus, ff. quemadmod. teſta-
men. aperiri. Inno. in c. quoniam contra, de prob. Pręmiſſa autem pro
xime relata non ita procedunt in cauſis criminalibus in quibus exa-

T men

men teſtium committi non debet, etiam ſi eſſemus in longinquis partibus;ſed ſunt iſti teſtes euocandi ad curiam, & examinandi in præſentia iudicis, vt in authen.apud eloquentiſſimum,C.de fide inſtrum.vbi Cyn. Abb.d.c. cum cauſam n.22. & authen.de teſti.§. & quoniam, & de hoc vide glo.in clem.vnica de off.deleg.& extra de iud.c.at ſi clerici. Intellige tamen,quo ad teſtes iudici, & illius iuriſdictioni ſubiectos,qui ad veniendum cogi poſſunt,ſecus quo ad alios teſtes qui cogi non poſſunt ad veniendum ad Romanam curiã; tunc enim ſiue teſtes examinandi ſunt pro reo ad excuſationem delicti,ſiue pro actore ad veritatem eruendam, vtroque caſu ſeruantur ea ,quæ ſuperius dicta ſunt in cauſa ciuili, vt per Gomeſ deciſ.226. & Clarum in eius practica crimin.in §.fin.l.5.q.26 per totum Aduertat tamen notarius deputatus ad ſcribendum,quod dum iuramenta,& examen teſtium recipit ,ea recipiat præcedente mandato iudicis exequutoris, quia tunc vbicunque reperiantur, & ſcribantur, ſiue in abſentia iudicis, inter acta iudicii reputantur, & valent: quia reputantur tanquam facta coram ipſo iudice, ex quo ipſius mandato facta ſunt. Paul. de Caſtr.in l.vinum,n 3.ff.ſi cert.pet. Abb.in c.quoniam contra de prob.n.29.in fi.Et ſi ſecus fieret,licet Notarius atteſtatur ſibi iniunctum fuiſſe a iudice,cum factum de preterito atteſtatur,ei non creditur,Afff.dec.317

40 n.3.Conſueuit A.C. dilationem ad probandum duorum menſiũ,vel alias habita diſtantiæ loci ratione concedere; quod tempus regulariter a die conſignationis portiori factæ currere incipit , vt in vna Caputaquen. penſionis coram Oradino 20. Decembris 1560. & alteri parti aduerſus quam remiſſoriæ littere conceduntur aliã ſemper breuiorem dilationem impartiri, puta vnius menſis ad reprobandum, ſi reprobare voluerit perſonas ex aduerſo inductorũ teſtium, eorumq; depoſitiones, ac ad probandum et competentes exceptiones, & amplius dilationes ad probãtis, vel reprobantis inſtantiam arbitrio ſuo prorogare, & ſeu nouam dilationem concedere præmiſſa partis citatione ad videndum prorogare, ſeu nouum terminum concedi: quia cum ſtylus A.C.ſit,ad probandum prorogationes concedere, ne probationes pereant;pari ratione dicendum erit, ſi tam cauſa fuerit ordinaria, reprobationis terminum prorogari poſſe:cum ſtylus in contrarium non appareat , qui hoc impediat. Et licet teſtium reprobatio ſit a iure permiſſa, vt in c. preſentium de teſtibus,tamẽ in iudicio exequutiuo, ſiue ſummario non videtur neceſſaria conceſſio dilationis reprobatoriæ,Afff.dec.351.n.4.& 6 &de eis dilationibus,que cõceduntur ad probandum,& reprobandum, Vide Innoc.in c.licet dilectus,de teſt. & atteſtationibus. Et attende quod quamuis, pendente remiſſoriæ termino, iudicis officium conquieſcat, vt in d.l. ſiue pars, ſuperius allegata; tamen ſi pars interim compulſoriales generales litteras petit, poteſt iudex ipſe illas concedere. Put.dec.3.de dilat.Ratio,

tio, quia actus iſte non ad expeditionem cauſæ, ſed ad iudicij proſequutionem tantum tendit: & proxime dicta in cauſæ expeditione, 41 non autem illius proſequutione locum habent. Idem dico in teſtibus, qui pendente remiſſoriæ termino poſſunt in curia examinari. Auguſt. lib. 3. dec. 403. Remiſſoria autem in prima, & ſecũda inſtantia in beneficialibus non datur, niſi conſtet de fumo, ac facta obligatione per petentem de ſtando vnicæ ſententiæ, vt per Veſtr. in lib 6. de remiſs. ad partes, & illius proceſſu, nu. 2. verſ. vſu quoque receptum. Vbi etiam habes, quomodo, & quo ad quos teſtes in cauſis criminalibus concedenda ſit, eo. tit. in annot. Crauet. n. 16. & 17. In prophanis autem datur, quando eſt releuans licet non conſtet de fumo, Caputaquen. dec. 68. lib. 3. & in vna Cæſaraguſtana decimarum coram Orano, 29. Ianuarii 1557. (de his remiſſoriis conceden. in cauſis criminalibus habes lata per Iac. Philipp. Por. in 4. concluſ. eod. tit. lib. 4.)

42 Litterarum autem remiſſorialium, & compulſorialium exequutio licet cuicunque iudici ſedi Apoſtolicæ ſubdito committi poſſit, tamen regulariter perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ committi ſolet: quia tali perſona Eccleſiaſtica poteſt compelli ad acceptandũ c. paſtoralis, & ibi Abb. in pen. not. & in c. quod ſedes. de offic. ord. nã non ſubdito inuito nõ poteſt cauſa delegari, ſed volenti tantum, Bar. in l. & ſi prætor, ff. de off. eius, cui mãd. eſt iuriſd. Abb. in c. paſtoralis, in 4. not. Delegatus autem a Principe poteſt cauſam ſubdelegare vnicuique, etiam ſuo ſuperiori, & non ſubdito etiam inuito, vt per eundem in d cap. paſtoralis in pen. not. & cap. ſane quia, de offic. deleg. Verum debet ſubdelegare perſonis in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutis, quibus Papa ſolet delegare, vt per c. ſtatutum, de reſcri. lib. 6. alias ſubdelegatio non valet, vt per eundem Abb. in d. cap. fin. illius princ. de offic. deleg. Alex. conſ. 77. colum. 2. vol. 2. niſi tamen tantum nondũ miniſterium committeret, clem. 1, vbi gl. ſing. de offic. deleg. Rot. dec. 392. in antiq. de reſcrip. Et quod examinatio teſtium in partibus cõmiſſa non poſſit alteri iudici ſubdelegari, quia cenſetur electa induſtria perſonæ dicit Paul. Caſtren. in l. iudices, nu. 5 C. de fide inſtrum. Compulſoriales litteræ ab Auditore Cameræ in litis principio, parte non citata. Rota deciſ. 42. de probat. in antiq & etiam pendente lite in quacunque iudicii parte, citata tamen parte, conceduntur.

43 Hæc autem eſt inter compulſoriales generales, & ſpeciales litteras 44 indifferentia. Hæc enim nunquam niſi parte citata, & cum termini præfixione relaxantur: quo pendente, iudici officium conquieſcit, & ad cauſæ expeditionem procedi non poteſt, vt ſupra probauit: & deinde dantur prorogationes, vt in remiſſoriis, vt in vna Toletana de Gallebagna coram Veſtrano 18. Nouembris 1552. Illæ vero generales proceſſum non retardant, & decernuntur etiam feriarum tempore quamuis cauſa commiſſaria ſit, Put. dec. 361. in fine libri primi.

Redeundo igitur ad dictarum litterarum remiſſorialium materiam.
45 Dicendum erit, quod licet remiſſoria pro inſtrumentis producendis in cauſa ad Romanam curiam deuoluta non detur, vt per Rota deciſ. 218. de fide inſtrum. in nouis, datur tamen pro ſignis, ſigilis, & notarijs recognoſcendis: & ratio, quæ ibi adducitur, eſt, quia illa ſunt probanda per teſtes quos ſecum adducere non poterat, nec tenebatur.
46 Si tamen à iudice remiſſoriali non reciperentur, vtique fidem faceret, vt per Pariſ. conſ 15. lib. 4. nu. 6. tutius tamen eſſet, ad tollendum cauſam dubitandi, impetrare commiſſionem, in qua cõmittatur, quod decernatur remiſſoria tam ſuper articulis, & receptione teſtium, quã etiam receptione inſtrumentorum, & iurium quorumcunque, quæ ad Romanam Curiam nequeunt tranſportari, & quæ vtraque pars duxerit producenda: eo enim caſu nedum ea, verum etiam quaſcunque reſponſiones, & confeſſiones partes ſuper articulis iudex remiſſoriæ recipere valet; & ea omnia ab eo recipienda ſunt, quibus cauſa inſtrui poteſt, vt per Rota dec. 14. in vlt. de teſtibus num. 3. & ſequen. & alias deciſ. 589. in antiq. de probat. & teſtibus, & deciſ. 73. de teſtibus & remiſs. in nou. In quo remiſſoriæ articulo non videtur ſilendum,
47 quod licet terminus vnius, vel duorum menſium, qui in ea præfigitur intelligatur præfixus, tam quo ad receptionem iuramentorum te-
48 ſtium, quam illorum examen; quia non ſufficit, teſtes producere, niſi infra illud tempus examinetur, vt per citatos in eadem deciſione 14. n. 1. & ſequen. Tamen cum interdum accidit, quod propter multiplicitatem articulorum, & interrogatoriorum, vel difficultatem conducendi teſtes ex partibus longinquis, propter quæ euenit, quod productio, & receptio infra tempus impleri non potuit, ideo Rota de æquitate tenuit ſufficere teſtes productos, & iuratos fuiſſe in tempore, licet examinatio poſtea facta fuerit, vt ibi in fine. Expleto autem examine, citabitur pars aduerſa, ſiue illius procurator, ad viden. mandari collationari cum proprijs originalibus copiam eorundẽ teſtium, & ea quæ collationanda ſunt, & collationi huiuſmodi intereſſendum, ſi voluerit, alias viden. eam fieri ſine eius interuentu. Qua citatione facta, & in actis relata, præcedente iudicis decreto, collatio fiet. Et demum præmiſſa alia citatione ad videndum ſuper omnibus decretum, & auctoritatem iudicis interponi, & mandari omnia in rotulo remiſſoriæ introcludi, ſigillo iudicis obſignari, & obſignatũ ad Romanam curiam & ſuum iudicem qui remiſit tranſmitti. Et idem dicen. & faciendum erit de dictis litteris compulſoriis mutandis mutatis, ita vt ſupra tradit Veſtr. in lib. 6. ſui tract. n. 10. In hoc autem articulo remiſſoriæ aduertendum eſſe cenſeo, quod ſi pars petens remiſſoriam potuit teſtes examinari facere hic in Curia, ſeu loco iudicij, & neglexit, & ſic teſtes receſſerunt, non poteſt petere remiſſoriam ad locum vbi ſunt, vt per Paul. de Caſtr. in §. tutor, in fin. cita-

tum

tum per Afflict. dec. 137. num. 4. vbi dicit, hoc eſſe menti tenendum.
Hæc de remiſſoriis,& compulſorijs dicta ſufficiant. Ad propoſitū exe-
quutionis Breuis negotium redeamus. Si poſt Breuis exequutionem
ex Commiſſarij parte petitam, contingat prouiſum Apoſtolicum lit-
teras Apoſtolicas ſuæ prouiſionis in forma gratioſa ſub plumbo expe
dire, illis exhibitis,& præuia rei citatione, ad dicendam contra,&c &
videndum decerni mandatum de immittendo prouiſum in poſſeſſio-
ne beneficij, de cuius poſſeſſione agitur, iudex mandatum concedit
modo, quem in vltimo libro deſcripſimus. Hæc addo. Supra relati
49 quatuor termini, quos in hoc exequutionis Breuis iudicio ſeruari di
xi, non ſeruantur ex parte rei conuenti abſolutoriam petentis, verum
ſeruantur ad libellandum, articolandum, & reliqui termini in benefi-
cia libus cauſis ſeruari ſoliti. Conſulo tamen reo, vt in commiſſio-
nem impetret,& illius vigore aduerſario terminum aliquem breuem
& peremptorium ſubſtantialium loco, ad docendum de ſuis iuribus,
ac alias ad probandum quicquid vult, & poteſt præfigi, petat. Quo
effluxo, & nihil, quod releuet, docto, Auditor Cameræ ad expeditio-
nem cauſæ procedat, & ſententiam abſolutoriam ab impetitis per
50 agentem in preſenti iudicio in rei fauorem ferat. Præmiſſis etiam
addo differentiam inter exequutorem, & iudicem. Quæ eſt, quod
exequutor eſt ille, qui principaliter datur ad exequendum, & ſecun-
dario ad cohercendum. Iudex vero principaliter datur ad iudican-
dum inter contendentes, ſecundario ad exequendum, Abb. in cap. fi-
nal. colum. 4. verſic. ſed tu attende, de præſumpt. & in cap. paſtoralis,
§. quia vero, num. 3. de offic. deleg. Confirmatur præmiſſa ex illa
clauſula, quæ in Breui apponitur, videlicet contradictores, &c.
quæ extenditur ad coertionem, non autem ad iuriſdictionem, vt eſt
gloſ. in dicto cap. fin. quę tamen intelligenda eſt, vt talis iudex poſ-
ſit coercere illos, qui de facto non autem qui de iure ſe opponunt, vt
ſupra retulimus. Hinc eſt, quod poſſeſſor beneficii, quem regula-
riter intruſum appellamus, non tenetur dimittere poſſeſſionem ad
ſimplex mandatum exequutoris: quia in hoc poteſt reſiſtere de iure
Staphil. in eius tractatu de litteris gratię, & iuſtitię. Poſſeſſor autem
nolens dimittere poſſeſſionem ſine cauſę cognitione, non dicitur in-
debite contradicere, cap. fin. de præben. & in cap. ſuper litteris, in fin.
de reſcript. Rebuff. in forma bonæ prouiſionis, in verbo contradicto-
51 res. Quis autem dicatur intruſus, habetur in deciſione Rotæ 414.
in antiquis. quod habens beneficium ab eo, qui titulum dare non
poteſt, ille dicitur intruſus. Et reliqua intruſione, vide Gig. in Epi-
toma de intruſo, per tot. Intruſus autem, lite pendente, nedum nō po-
teſt impedire exequutionem ſententiæ latę contra primum rectorem,
ſeu poſſeſſorem beneficii, ſed etiam exequutio datur contra talem in
truſum. Creſcen. dec. 217 & 238. in fi. Achill. dec. 2. De tertio. Capu-

taquen. dec.287. lib.1.in manuſcript. Couar. pract.qq.cap. 15.nu.7.
Amplius antequam ab hoc exequutionis breuis articulo recedam, & illi finem imponam, hæc pauca infraſcripta refero; quod ſcilicet ea, quæ ſuperius diximus de ſententia abſolutoria pro reo obtinenda contra actorem, Iudex non ita de facili ad illius abſolutionem deueniet, ſed cum grano ſalis cauſa mature diſcuſſa, & omnbus rei circumſtantiis conſideratis; & demum non niſi præuio reſcripto Sanctiſſimi, quoniam verificata clauſula, conſtito de ſubreptione breuis dici non poteſt, cum paria ſint narrata eſſe vera de illorum falſitate, ſeu ſubreptione, & obreptione dici non poſſe, vt tenuit Rota coram Pamphilio, in vna Pampilonen. Archidiac. 19. Martij 1593. cui etiam abſolutioni videtur obſtare doctr. Iaſ. in l. qui condemnare, ſub n.4. ff. de re iud. vbi habetur quod ſi Papa mandat alicui, vt aliquem excommunicet, non poteſt tamen abſoluere, quamuis excommunicatio, & abſolutio in eadem conditione cenſentur, quia huic tanquam exequutori fit commiſſio ad certum articulum, allegat gloſ. in cap. cum inferior de maior. & obe. & longius in hoc exequutionis articulo præſertim de exceptionibus admittendis, & non admittendis, & cumq. id mei inſtituti non ſit, de his hactenus.

De eadem exequutione breuis. Cap. VIII.

1 *Oris aperitio neceſſaria contra decretum irritans.*
2 *Secus non verificata clauſula conſtito.*
3 *Quomodo ſit pronunciandum contra breue.*
4 *Proceſſus factus ad inſtan. prouiſi Apoſtolici validus eſt, & quare.*

VLtra relata in prox. præcedenti cap. non videntur ſuperflue re-
1 ferenda, quod verificata clauſula conſtito, de qua in breui, quia tunc illi ſe opponenti laudabilis eſt oris aperitio contra decretum irritans, & clauſulam ſublatam, &c. obtinenda a Sanctiſſimo D. N. in eius ſignatura, iſtæ enim duę clauſulæ ſic vnitæ claudent os iudici cognoſcendi de defectu intentionis Papæ concedentis, & propterea neceſſaria eſt commiſſio, ſiue ſupplicatio, vt ſupra obtinenda, quæ aperiat os iudici ſuper dicto defectu cognoſcendi, & iudicandi, vt habetur in dec. Rotæ in vna Corduben. Portolonis in infraſcripta dec. citata, tamen non ita videtur dicendum in exequutione breuis, quod expedire ſolet conſtito de vacatione beneficii in menſe reſeruato, vel alio modo inducente reſeruationē propter quā ſimilia breuia conce-
2 duntur, quia tunc clauſula conſtito non verificata nōn videtur locū eſſe illius exequutioni, & conſequēter iudex ad rei cōuenti iſtantiam puto, ꝙ valide pronunciet non eſſe locū illius exequutioni, & prop-
3 terea cum a moleſtiis ſibi illatis abſoluendū fore, & eſſe, & huic artic.

poterit

potèrit applicari deciſ. Rotæ facta in cauſa Vicen. Beneficij inferius ſcripta, vſque adeo, q̃ ſi gratia non iuſtificetur decretum irritans tanquã acceſſoriũ non operatur aliquẽ effectũ, & poſſeſſorẽ non priuat, vt tenuit Rota in vna Cuſen. Cappellaniæ, die ven. 26. Octob. 1601. coram Rodien. & in alia Vicen. Beneficij tenoris infraſcripti.

4 Silentio etiam non eſt inuoluendũ in hac breuis exequutione, quod cum alias in contingentia facti in vna Gerunden. beneficij inter alia fuerit dubitatum in Rota de nullitate ſententię A. C. late pro exequutione breuis impetrati nomine Cameræ, & prouiſi Apoſtolici ſub prętextu, quod Commiſſarius Cameræ nunquam fuerit in cauſa citatus, vt coram Litta, die ven. 19. Aprilis 1602. in qua inter alia fuit per DD. reſolutum nihil eſſe cum nomine Commiſſarij fuerit dumtaxat interpoſitum ad commodum prouiſi Apoſtolici, qui fuit Franciſcus Maza, de cuius principali intereſſe agebatur. Vnde ſatis eſt quod ipſe ſemper fuerit citatus gloſ. in l. de vnoquoq vbi paſſim hoc not. dd. de re iudic. Idem etiam fuit reſolutum in alia Aegitamen. beneficiorum coram fel. rec. Clemente Octauo tunc Rotæ Auditore 19. Ian. 1575.

R. P. D. PAMPHILIO.

Vicen. Beneficij Sancti Martini, Lunæ 25. Februarij 1600.

EPITOME.

Electus a poſſeſſione beneficij vigore ſententiæ latæ in exequut. breuis non iuſtificati reſtituendus eſt, quia intelligitur clauſula quod defunctus deceſſerit in poſſeſſ. ſede Epiſcopali vacante ex qua inducitur reſeruatio propter quam huiuſmodi breuia concedi ſolent.

SVMMARIVM.

1 *Reſtituendus eſt eiectus à poſſeſſione beneficij vigore ſententiæ latæ in exequutionem breuis non iuſtificati.*
2 *Et quare.*
3 *Non conſtito de reſeruatione beneficij nulliter proceditur ad exequut. breuis, in quo intelligitur clauſula conſtito &c.*
4 *Et datur actio ſpolij.*
5 *Etiam ſi in breue ſit appoſita clauſula, abſq. vitio ſpolij.*
6 *Clauſula abſq. vitio ſpolij propter verba, ſtante reſeruatione, & quia eſt anteceſſoria recipit conditionem principalis diſpoſitionis, quatenus breue ſit verificatum.*
7 *Aſſignatio beneficij, ſeu inſtitutio Sede Epiſcopali vac. ſpectat ad Cap.*

1 FVit concluſum reſtituendum eſſe Benedictum ad poſſeſſionẽ beneficij, à qua fuit eiectus vigore ſententiæ latæ in exequutionem Breuis non iuſtificati, intelligitur enim clauſula, conſtito, quod defun-
2 ctus deceſſerit in poſſeſſione Sede Epiſcopali vacante, ita vt exinde inducatur reſeruatio propter quam huiuſmodi Breuia concedi ſolẽt, & cum in hac cauſa reſolutum fuerit hoc beneficiũ non eſſe reſeruatũ
3 nulliter fuit proceſſum ad exequutionem, & conſequenter datur actio
4 ſpolij, vt fuit deciſum in cauſa Salamãtina Canonic. de anno 1572. coram Oradino, & in alia Corduben. portionis de anno 1575. coram Ru
5 beo, vbi quod hoc procedat etiam ſi adſit clauſula abſque vitio ſpolij
6 quæ propter verba, ſtante reſeruatione huiuſmodi, & etiam quia eſt anteceſſoria recipit condition. principalis diſpoſitionis, quatenus breue ſit verificatum. Put. dec. 1. lib. 1. Et de clauſula, ſublata, poſita in breui adeſt deciſio Blanchetti in Vrgellen. Canonicatus de an. 1592. Nec viſum fuit Dominus obſtare in contrarium ex aduerſo deducta, quia non concludunt liberam collationem Epiſcopi, quæ neceſſaria eſt ad effectum, vt beneficium comprehendatur ſub regula reſeruatoria beneficiorum vacantium ſede Epiſcopali vacanti, quæ capit ea tãtum beneficia, quæ ſunt libere collationis Epiſcopi, & excipit alia quorum diſpoſitio eſt Epiſcopo communis cũ alio, vel aliis, aut etiã ad alterius præſentationem, vel electionem pertinent, prout eſt illud, de quo agitur. vt latius habetur in deciſione in hac cauſa facta. Quę dicuntur de defectu tituli colorati, non placuerunt DD. ſtante prouiſione Benedicti Sede Epiſcopali vacante obtenta ab Archidiacono Vicen. ad præſentationem capituli, quod præſentando Benedictum
7 coram Archidiacono. Videtur in neceſſarium antecedens conſtituiſſe illum Vicarium ad faciendum aſſignationem dicti beneficij, ſeu inſtitutionem, quæ ſede Epiſcopali vacante ſpectat ad capitulum; c. 1. de inſtit. in 6. Abb. in c. auctoritate extra eodem tit.

Quæ deducuntur contra fidem iurium productorum a Benedicto erunt particulariter videnda.

De eadem exequutione Breuis Apoſtolici. Cap. IX.

Reſolutio ſignaturæ, quod opponente ſe exequutioni Breuis remiſſoria non conceditur.

ET quoniam hęc materia exequutionis breuis eſt nobiliſſimę importantię, & ſatis quotidiana, ideo plenius pertractanda, & hęc quoque vltra iam dicta non inutile addere viſum eſt, nec ſuperflue aliqua alia referenda circa remiſſoriam concedendam reo contra actorem agentem ad illius exequutionem, quod cum nuper, ſeu alias con

tigiſ-

vigiſſet in facto in vna Hiſpalen. canonicatus diſcuti coram A. C. an concedenda ſit remiſſoria, & demum per R.P.D. Beninum tunc eiuſdem A. C. in ciuilibus Locumtenen. partibus plene informantibus in voce, & in ſcriptis cum procuratoribus, & aduocatis, decretum fuit remiſſoriam fore concedendam cũ clauſula, ſine retardatione vlterioris proceſſus exequutionis breuis, a quo decreto pro parte actoris agentis ad d. Breuis exequutionem appellatum extitit. Vnde propoſita commiſſione in Signatura iuſtitiæ, partibus plene informantibus fuit in ea reſolutum remiſſoriam non fore concedendam, & inſimul ab eadem Signatura ordinatum eidem R. P. D. Locumtenenti quatenus eundem actorem appellantem ab illius decreto reponeret ex deductis in informationibus Aduocat. quas vna cum alijs ex aduerſo datis, & deciſionibus hinc inde deductis pro clariori intelligentia hic imprimendis curaui.

R. P. Videtur reiiciẽda cõmiſſio appellationis a decreto remiſſoriæ. Quia eſt interloquutorium, ꝙ propterea tam ex Concil. ſeſſ. 24. c. 20. quam ex regula Cancell. 36. non recipit appellationem.

Non obſtat aſſerta iniuſtitia decreti remiſſoriæ, eo quod in iudicio ſummariſſimo immiſſionis non eſt admittendus Reus, vt poſſeſſor ad proban. ſuam exceptionem. Quia reſpondeo, ꝙ in iſta materia ſic diſtinguitur. Aut actor in iudicio exequutiuo immiſſionis probauit incumbentia, & reus fundata intentione per actorem petit dilationem ad proban. ſuam exceptionem, & reiicitur petitio rei, & ita procedũt quæ in contrarium allegantur. Aut vero poſſeſſor in iudicio poſſeſſionis vult probare ſuam exceptionem antequam actor fundet ſuã intẽtionem, & ſic poſſit examinari teſtes intra tempus iudicii exequutiui & iſta probatio nõ eſt reiicienda, ſed eſt admittenda. Bar. in l. is a quo n. 3. ff. vt in poſſ. legat. eſſe lic. Neuiz. conſ. 56. n. 3. & eſt proprie caſus noſter. Quia pars aduerſa ex hactenus deductis non potuit iuſtificare conditionem Breuis circa familiaritatem Alphonſi. Vltra nec potius ſuper exequutione obtinere ſententiam. Ideo caute fecit hęc pars in petenda remiſſoria, & in præparanda ſua exceptione, & D. A. C. etiam prudenter iuxta theoricã Bart. eam decreuit ſine præiudicio & retardatione proceſſus exequutiui. Quia ſi priũs terminetur proceſſus, quam noſtra remiſſoria adueniat non admittit probationem, alias autem ſi prius terminetur proceſſus, quam noſtra remiſſoria aduenerit de ea habebit rationem. Quia tunc vere exceptio, & probatio deducitur in continenti, & exceptio quæ oritur ex ventre, & incontinenti affertur nunquam reiicitur gloſſ. in l. ſi de vi, in fine, verſic. Item quæro, & ibi Bar. n. 3. Caſtren. n. 3. circa fin. & ſeq. ff. de iudic. Bar. in l. vlt. in 2. oppoſit. & ibi Dec. num. 43. Zuccard. n. 321. C. de edict. diu. Adr. tollen.

Non

Non obſtat, quod in beneficialibus non detur remiſſoria poſſeſſori, niſi in vltima inſtantia, quia his non verſamur in cauſa beneficiali cũ non agatur de titulo, ſed de nuda poſſeſſione, Verall. dec. 99. prima part. Nec probationes in iſto iudicio faciendę, poterunt aliquod præiudicium generale in ipſa cauſa, vbi de petitorio, & titulo beneficij erit agendũ, Verall. dec. 82. incipien. in vna Ocſen. mannſcript. Put. deciſ. 171. erat commiſſa lib. 1.

Ex quibus &c.

Gabriel Falconius Aduocatus.

R. P. D. SERAPHINO.

Portuen. de Columna. Lunæ, 9. Aprilis 1576.

Domini pro maiori parte tennerunt remiſſoriam dari poſſe, ſed ſine retardatione, cum in materia iſta poſſeſſoria non ſoleat dari cũ retardatione, ex eo quod in huiuſmodi remedijs poſſeſſorijs non ſolent admitti exceptionis altiorem indaginem requirentes, nec illæ quæ in continenti poſſunt probari per ea, quæ deducuntur à Dominis aduocatis Illuſtriſsimi D. Iulij.

Nec obſtat quod regula ſit, quod in prophanis paſſim datur remiſſoria ſine fumo, & cum retardatione, quia procedit in iudicijs ordinarijs, & licet aliquando detur in poſſeſſorijs recuperan. & alijs executiuis, tamen procedit vbi exceptio proban. reſpicit poſſeſſorium, ipſum, non autem petitorium, ſed in caſu iſto exceptio propoſita contrauentionis non detrahit poſſeſſorio, niſi per viam petitorij, quod eſt ſuſpenſum; ideo non debet admitti exceptio percutiens petitorium & quę venit proban. in longinquis partib. cum in Saluiano non detur mixtura petitorij; & ita procedunt in contrarium allegata, an ſemper in omnibus poſſeſſorijs daretur remiſſoria ſuper articulis concernentibus petitorium, quod ſemper abſorbet poſſeſſorium.

R. P. D. DECANO.

Oſcen. Canonicatus. Lunæ 9. Martij 1592.

Fel. Rec. Greg. xiiij. prouidit de hoc Canonicatu D. Ludouico Vitto prætextu quod eſſet reſeruatus vigore regulæ octauæ per eum æditæ in qua reſeruat ſuæ diſpoſitioni omnia, & ſingula beneficia reſeruari ſolita, quæ a die obitus fæl. recor. Sixti V. prædeceſſoris ſuis, vſque ad diem aſſumptionis ſuæ ſanctitatis vacauerit, & adhuc vacant deque illis per quoſcunque ordinis collationes, vſque ad diem prædictæ aſſumptionis diſpoſitum non fuerit vigore di.

& gratiæ obtinuit expediri litteras in forma Breuis de capienda poſſeſſione nomine cameræ directas A.C. cum clauſula, vt conſtito quod Ioannes poſſeſſor de menſe Octobris obiiſſet, & per ordinariũ collatorem vſq. ad diem aſſumptionis ſuæ de eo menſe diſpoſitum fuiſſet corporalem poſſeſſionem apprehenderet.

Huius Breuis vigore proceſſum fuit coram A.C. qui tollit ſententiam declaratoriam contra Martinum de Santolana prouiſum à Capitulo Oſcen. quod prætendit ex quadam concordia antiqua habere ius conferendi Canonicatus dictæ Eccleſiæ pro tempore vacantes. Ab hac ſententia fuit appellatum, vt me adiuncto d. A. C. videretur an eſſet locus exequutioni Breuis, & quatenus illi locus eſſet, vt ego procederem in cauſa appellationis. Ideo emanauit dubium, an ſit locus exequutioni in caſu de quo agitur per huius reſolutionem diſcuſſum fuit. An exceptio Martini dicentis de hoc canonicatu fuiſſe prouiſũ ante reſeruationem Gregorij legitima ſit & probata, exhibuit autem prouiſionem d. canonicatus ſibi factam à Capitulo ſub die 6. Nouembris 1590. quæ præcedit reſeruationem per menſem, & Inſtrumentũ poſſeſſionis captæ tertia Decembris eiuſdem, nec non ad docendum de iure Capituli produxit quoddam tranſumptum ſtatuti Eccleſiæ editi anno 1445. In quo cauetur vt collatioes, & prouiſiones canonicatuum, & præbendarum ſpectent ad Capitulum, produxit etiam nonnullas collationes per Capitulum factas, & dedit articulos ad probandum effectuationem, & obſeruantiam, quæ tamen iura, & teſtes non fuerunt admiſſi per ſententiam declaratoriam, de cuius exequutione agitur.

Domini tenuerunt non eſſe locum exequutioni Breuis, ſed eſſe in cauſa appellationis cum in actis conſtet de prouiſione Capituli, quæ præcedit reſeruationem, quæ licet per ſe, ſi nihil aliud doceretur non impediret exequutionem litterarum Apoſt. vt per Sarn. in alleg. quæſtione 37. de triennal. tamen cum doceatur de iure capituli contrarium eſſe ſtandum.

Non obſtat, quod dicitur non probari concludenter iſtam conuentionem, ſeu ſtatutum ex quo nõ eſt in forma probanti, quia in hoc A.C. grauauit Martinum ex quo non admiſit eum ad proban. ſuam exceptionem, quæ omnino admittenda erat, cum orietur ex ventre ipſius Breuis. Bar. in l. 1. §. & parui verſ. 5. quod ſi aut clauſulam, Caſſa. dec. 10. de reſeru. n. 2. Fab. dec. 36. lib. 1. Sarnen. in compen. ſig. num. 84. Maximè cum hoc Inſtrumentum fuiſſet formiter productum, & verificabatur ex forma, & extractione, & productione de eo facta in alia cauſa Oſcen. iuriſdictionis in Rota, & in omnem euentum debebat concedere dilationem ad illud formiter extrahendum.

Neque obſtat, quod cum dicta concordia non fuerit confirmata ex pirauit morte illius Epiſcopi cum quo fuit inita, quia præfata concor

dia

dia ſuit ſacta nomine dignitatis ſucceſsorum, ideo potuit a ſucceſſoribus obſeruari, prout de obſeruantia hoc caſu datur maximum argumentum, q in hac eadem vocatione vacarent ſimul ex eiuſdem perſona dignitas, & Canonicatus Epiſcopus prou dit de dignitate, Capitulum vere de Canonicatu. & dati fuerunt etiam articuli ad probandum obſeruantiam, qui erant admittendi, cum ex ea tribuatur fides ſcripturæ, quæ alias non eſt in forma probanti, vt per Bald. conſil. 400 lib. 3. Aymon. conſil. 101, num. 4.

R. P. D. PENIA.

Salamantina, & Abulen. Beneficij. Mercurij 9. Iun. 1599.

ROta cenſuit Don Ferdinandum Mexia de Mendozza non fuiſse familiarem bo. me. Card. de Mendozza ad effectum, vt beneficia per eius obitum vacantia remanſerint reſeruata, nam cum ad iſtũ effectum requirantur menſa, & dens Sarnen. in reg. de impetran. benefic. vacan. per obitum familiaris Cardinalis q. 13. & ex qualitate perſonæ receptione, & intentione ſeruien. colligatur quis ſit vel non ſit familiaris in caſu proprio, hęc omnia excludebant familiaritatem.

Primum, qualitas perſonæ Ferdinandi, qui cum eſset Nepos Cardinalis ex ſorore nobiliſſima progenię, licet cum Cardinali conuerſaretur, non tamen morabatur in eius palatio tanquam familiaris ſeruiẽs, vel tanquam Nepos, & ſanguine Cardinali coniunctus. Neque Ferdinandus prætendebat D. Cardinali inſeruire tanquam familiaris, Sarnen. d. q. 13. Franch. in c. fin. de verb. ſign. nu. 14. lib. 6.

Receptio etiam excludebat familiaritatem, quia Ferdinandus non fuerat receptus in palatio Cardinalis, vt ſeruiret, ſed vt ſtuderet, & ꝓpterea deputatus illi fuerat Magiſter, qui eum in litteris humaniorib. inſtrueret, ſicut quotidie actu inſtruebat. Vnde cum intentio Cardinalis recipientis non fuiſset, vt Ferdinandus deputaretur ad aliquod honeſtum ſeruitium Cardinali impendendum, ceſsabat familiaritas cum ille dicatur familiaris in hac materia, qui deputatur ad aliquod honeſtum ſeruitium impendendum, Franch, in d. cap. fin. num. 14. de verb. ſignif. lib. 6. Mandoſ. in regul. de impetran. per obitum famil. Card. quæſt. 10. num. 3.

Denique intentio recipientis, & recepti familiaritatem penitus excludebant, nam notum erat Cardinalem non recepiſse Ferdinandum vt ſibi inſeruiret, ſed vt litteris operam daret, & ſtudia virtutum amplecteretur, & hanc Cardinalis intentionem probabat tractatus, & reputatio, quia neque Cardinalis tractabat Ferdinandum tanquam familiarem, neque Ferdinandus communiter reputabatur tanquam familiaris, vt teſtes aſserebant, quod ſufficit ad excludendam familiaritatẽ

Simonet.

Simone t. tract. de reſeru. quæſt. 24. Bellamer. deciſ. 612.

Reſpectu Ferdinandi recepti ſatis probatū erat, eū non acceſsiſse ad palatiū Cardinalis tanquam familiaris, ſed tanquam Nepotem.

Neq. prædictis obſtabant deducta per informātes pro Ioāne Gaetano. Quod Ferdinandus eſset commenſalis Cardinalis, & viueret il lius expenſis, & quædam eiuſdem Cardinalis impetrata exequeretur & coram eodem Cardinali ſtaret capite operto, & ſimilia. Quia reſpō detur primo, quod ceſsante animo vtriuſq. recipientis, & recepti iſta omnia non operantur familiaritatem Sarnen. d. q. 13.

Secundo reſpondebatur Ferdinandum iſta omnia præſtitiſse non tanquam familiarem, ſed tanquam Nepotem, atque ex his reſpondebatur ad dicta teſtium pro contraria parte examinatorum quamquā non admodum vigerent.

Hiſpalen. Archidiaconatus, & Canonicatus.

R. P. Vel eſt ſignanda commiſſio, vel eſt ordinandum, vt D. Doh Franciſcus reponatur a decreto remiſſionis. Quia in execu tiuis non datur reo remiſsoria etiā ſi petatur ad probādum exceptionem, quæ de natura iudicii exequutiui admittitur, quia intelligitur ſi talis exceptio admiſſibilis incontinenti probetur, & ideo ſtylus curię emanauit, quod decernatur mandatum, niſi infra tres probetur d. exceptio admiſſibilis. Quia ſtylus curiæ arbitratur id eſse incontinenti, Galleſ. in ſua oblig. cam. ad 4. p. q. 1. n. 17. & 18. cum ſeq. Ratio vero remiſsoriæ non eſt probare infra tres, nec incontinenti, ideo bene ſequitur, quod in exequutiuis non detur remiſsoria.

Et idem eſt in iudicio adipiſcendæ, in quos reus non admittitur ad probandum exceptionem admiſſibilem, niſi in contineti probetur, gl. viden. in l. 2. in verb. quamuis, C. de edict. diu. Adr. toll. & ibi Doct. omnes, & ſingulariter Iac. de ſancto Georg. n. 6. & 7. qui dicit eſse in con tinenti, quando probaretur infra tempus, intra quod cauſa expediretur ſi talis exceptio non fuiſset oppoſita. Dec. viden. in l. fin. C. de edict. diu. Adrian. toll. ſub n. 43. verſ. non omitto. Menoc. de adipiſc. remed. 4. nu. 730. & ſeq.

Et ita in terminis, ꝙ in poſſeſſorio adipiſcendę non detur remiſſoria cum retardatione. Quia non admittitur exceptiones altiorem indaginem requirentes, fuit reſolutum coram Seraphino in Portuen. de Columna 9. Aprilis 1575. cuius cōpia datur in ſumm. n. 1.

Nec obſtat, quod eadem deciſio dicat, quod aliquando fuit data remiſſoria in poſſeſſorio recuperand. quando exceptio probāda reſpi cit poſseſſionem: quia procedit quando nulla probatio eſt facta ex parte actoris, ſi vero ex parte actoris aliqua probatio etiā ſemiplēna

eſt

eſt facta denegatur remiſſoria reo etiã in poſſeſſorio recuperãdę, quia non permitten. reo petere remiſſoriã in iſtis materijs, poſtquã actor ſaltem ſemiplene in curia probauit. Caſſad. dec.2. de dilat. num.2. Dominus vero Don Franciſcus non ſolum ſemiplene, ſed etiam plene reſeruationem probauit.

Et eſt clarum, quia etiam ſi exceptio reſpiciat ipſum poſſeſſorium non admittitur reus ad illam probãdam, niſi offeratur probatio in cõtinenti. Rota dec.11. de reſt. ſpol in antiq. Put. dec.197. lib.3. qui nu.4. dicit, quod omnis exceptio reſpiciens poſſeſſorium admittitur, & nu. 6. & 7. dicit id eſſe verum ſi in continenti probetur, & non alias, & nõ eſt quidem probare in continenti petere remiſſoriam, quia id requirit altiorem indaginem, vt dicitur in d. deciſ. Portuen.

Deciſio igitur Portuen. intelligitur in poſſeſſorio recuperan. in ꝙ proceditur ordinarie per tres ſententias de iure canonico, & nihilominus non datur remiſſoria ſi actor ſaltem ſemiplene probauit in poſſeſſorio, aut adipiſcendæ, quod eſt remedium exequutiuum nunquam datur, præſertim poſtquam actor probauit. Quia non admittitur reus ad probandum, niſi velit in continenti probare etiam ſi exceptio poſſeſſorium reſpiciat ad Rotam, & Put. vbi ſupra, & ad glo. in d. l. 2. C. de edict. diu. Adrian. toll. cum alijs ſup. alleg.

Non obſtat, ꝙ ſoleat dari remiſſoria cum clauſula, ſine retardatione, quia procedit quando iudex iudicij exequutiui eſt quoque cõpetẽs iudicij ordinarij, quia tunc datur ſine retardatione probationis fiẽdæ vigore remiſſoriæ, quæ poſſit ſeruire iudicio ordinario. Neque refert ſi dicatur, quod poterit eſſe, quod A. C. ſuperſedeat in expeditione cauſæ donec remiſſoria exequatur, & ad curiã tranſmittatur. Quia iam, vt ſupra dixi, non poſſe dari talem remiſſoriam cum tali intentione differendi expeditionem, quia reus non admittitur ad probandum niſi in continenti probet ad prææallegata.

Maximæ ex quo ex datione d. remiſſoriæ reſultaret aliud maximũ incõueniẽs, videlicet, ꝙ pars aduerſa haberet remiſſoriã in beneficialib. nam poſtquã non poteſt dari in iudicio exequutiuo neceſſario illius effectus erit cõferendus in tempus qñ cauſa futura eſt beneficialis, in quibus beneficialibus non datur remiſſoria, neque in petitorio neque in poſſeſſorio, niſi cum promiſſione de ſtãdo vnicę ſentẽtiæ & poſito beneficio ſub ſequeſtro. Herc. Senerol. de remiſs. c.17. n.2.

Addo, quod aduerſarius non eſt legitimus contradictor, ideo nõ auditur appellando, vel excipiendo, ſed ſufficit, quod non amoueatur ab intruſione ipſo non citato, vt producat titulum ſi vult haberi pro legitimo contradictore, vt fuit reſolutum in ſignatura Iuſtitiæ, coram Carreto, qui deciſionẽ de ordine ſignaturæ extendit, & in Rota corã Seraphino in Pient. beneſ. cuius copia datur in ſumm. n.3. ideo tanto minus eſt danda remiſſoria Quare, &c. *Gyneſius Froÿda Aduoc.*

R. P. D.

R. P. D. SERAPHINO.

Pientina beneficij. Veneris 13. Aprilis 1576.

FVit reſolutum, neque Fuluium, neque Nicolaum impedire poſſe quo minus procedatur exequutiue ad immiſſionem, non quidem Fuluius, quia per aſſignationem amiſit ius, & poſſeſſionem, itaque nõ eſt legitimus cõtradictor in hoc iudicio, neque etiam Nicolaus, quia eo citato fuit proceſſum ad ſententiam, & a qua regulariter non datur appellatio, & non impedit exequutionem articuli immiſſionis. Neque obſtat, quod poſt ſentẽtiam fuit a Nicolao productus titulus Apoſtolicus, quia ad effectum impediendi exequutionem non releuat productio tituli poſt ſententiam, vt per Bar. in l. final. n. 19. per totũ. C. de edict. diu. Adr. coll. niſi per huiuſmodi titulum appareret de bono iure edentis, quod non applicatur caſui iſto, in quo potius detegitur contrarium, cum ſit poſterior tituli R.P.D. Martij, vltra multa alia, quæ in facto deducuntur, ex quibus detegitur non ius Nicolai illud, quod tradunt Doct. & præcipue Felyn. in cap. fin. de præſumpt. Domini intellexerunt procedere, vbi contradictor, qui poſſidet, & exhibet titulum ante ſententiam, non autem poſt ſententiam, maxime in caſu iſto, in quo non reperitur cauſa appellationis, imo videtur per reſignationem denegata, cum mandet procedi ad vlteriora legitimam exequutionem, & poſtquam ſignatura, ſeu Princeps cauſa cognita, ita reſcribit, non poſſumus a forma reſcripti recedere, vt in ſimili deciſum fuit, die 12. præſentis menſis in vna Lucana Canonicatus coram R.P.D. Bubalo, &c.

Hiſpalen. Archidiaconatus.

R. P. Non conſtat de titulo aduerſariorum in actis, ideo non poteſt dici, quod ſint legitimi contradictores, & licet citati nõ ideo per citationem fuerint effecti legitimi contradictores, quia fuerunt citati tanquam intruſi, ex quo nemo poteſt remoueri ab intruſione non procedente prius citatione, cap. licet Epiſcopus, de præb. in 6. Ideo cum non conſtet de titulo, non ſunt admittendi ad probandum nedum extra curiam per viam remiſſoriæ, verſ. neque in curia, vt dixi.

Nec eſt verum in facto, quo Cardinalis habeat indultum beneficiorum familiarum Cardinalium. Et quod iſta exceptio non reſeruationis ſit admiſſibilis in iſto iudicio non applicatur, quia in primis debebant aduerſarij oſtẽdere titulum, id eſt probare ſe eſſe legitimos contradictores, vt admitterẽtur ad probandum exceptionem admiſſibi-

ſibilè: ſecundo debet exceptio admiſſibilis probari incontinenti, ideo cum remiſſoria ad partes non ſit probare in cótinenti non erat dáda.

Non obſtat doctrina Bart. in l. ſi is à quo, num. 3. ff. vt in poſſ. legatur, per quam dicitur ex aduerſo, quod poteſt dari remiſſoria antequam familiaritas probetur, quia Bart. id non dicit, ſed dumtaxat dicit, quod antequam actor probet, poteſt admitti in exequutiuis reus ad probandum infra tantum temporis, infra quod veriſimile ſit, quod actor probare poterit ſuam intentionem.

Ex tribus igitur doctrina Bart. non ſolum applicatur, verum etiam facit contra partem aduerſam.

Primo, quia nos dicimus noſtrum principalem iam probauiſſe ſuã intentionem, & petimus expeditionem cauſæ, & citauimus ad ſententiam, quam non curauimus habere, quia R P.D. Locumtenens decreuit remiſſoriam cum clauſula, ſine retardatione, & ſufficit nobis dixiſſe, quod probauimus, vt ordinarius non admittatur, quia ſi non probauimus poterit iudex dare abſolutionem aduerſariis, & ſic ſine remiſſoria habebunt eorum intentum, ſed quia probauimus aduerſarii petũt remiſſoriam, qua non egerunt ſi non probauiſſemus.

Secundo, quia quis dixit parti aduerſæ, non egemus tantum tẽpus ad proban. quantum eſt neceſſarium pro exequẽda remiſſoria in partibus: hoc enim eſt abſurdum, & ſi egeremus probationibus illas hic in curia poſſemus infra quatuor dies facere.

Tertio, quod ſufficit non ſolum probauiſſe, ſed etiam ſemiplene, vt reo non detur remiſſoria, vt dixi in informatione.

Non obſtat, ꝙ remiſſoria ſequuta coram A.C. faceret fidem in Rota, quia id procederet ſi fuiſſet exequuta antequam pronunciaſſet, ſed ſi prius pronunciat remanet ſine iuriſdictione, ideo non facit fidem, nam deciſiones exaduerſo allegatæ loquuntur de probationibus factis coram exequutore dum lis penderet coram eo, quæ coram eo nó pendente, non poterit examinari amplius.

Et quia vtcunque ſit remiſſoria non debet dari, tum quia non datur in exequutiuis, tum quia non datur in beneficialibus, niſi poſito beneficio ſub ſequeſtro, & aliis adimpletis, de quib. in informatione.

Non eſt verum, quod cauſa ſuper poſſeſſione beneficii ſit prophana: quia eſt beneficialis ad effectum, vt tanquam talis ſit ſummaria, ſicut cæteræ beneficiales, addit. ad Veſt. in prax. lib. 5. c. 1. de cauſ. ſum. ſub n. 3. & ita ſeruatur, quoq. nec in poſſeſſorio, neque in petitorio datur remiſſoria in beneficialibus, nec Verall. ex aduerſo allegatus applicatur, quia non loquitur ad iſtum effectum vltra, quod in exequutiuis non datur, vt dixi remiſſoria.

Quare, &c.

Gyneſius Proÿda Aduocatus.

SIGNATVRA IVSTITIAE.

R.P.D. RVEDA PROPONENTE

Hiſpalenſis Archidiaconatus, Canonicatus, & beneficiorum.

PRO

Ill.D.Cam.Apoſt.Cõmiſsario,&D.Franc.deArguna pro eius intereſse

CONTRA

DD.Hieronymum de Leyua, & eius litis Conſortes.

Iuris cum copia deciſionum, Reſolutio Signaturæ A.C reponat.

DE EADEM EXEQVVTIONE BREVIS. Cap.X.

Modus formandi inſtrumenti declaratoriæ contra Capitulum, ſeu Vniuerſitatem, vel Collegium, & aliqua alia de fructuum liquidatione.

HAEc exequutionis Breuis Apoſtolici materia eſt ſatis grauis, & propterea erit aduertendum, quod ſi contra Capitulum, Vniuerſitatem, aut Collegium ſententia declaratoria fertur, debeat ferri cũ modificatione apponendo ſemper, niſi infra 15. dies a die intimationis præſentis noſtræ ſententiæ declaratoriæ, ſeu inſtrumenti eis facien. computan. realiter, & cum effectu ipſi ſententiæ paruerint ex nunc, prout ex tunc ſuſpenſionis a diuinis, interdicti, ingreſſus Eccleſiæ, aliasq. Eccleſiaſt. ſententias, cenſuras, & pœnas in eiſdem literis contétas ob illarum non paritionem, & fructuum non traditionem damnabiliter incidiſse, & incurriſse, quo vero ad intruſum habes formam de qua in quarto libro quodque in hoc caſu non ſufficiat, verbalis dimiſſio habetur in deciſione inferius ſcripta.

R. P. D. LITTA.

Pampilonen. de Ianzi. 14. Decembris 1590.

EPITOME.

NE detur declaratoria non ſufficit verbalis, ſed requiritur realis, & effectualis dimiſsio poſseſsionis.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria poteſt dari niſi infra certum tempus paruerit.*

V *Fruſtra*

2 *Fruſtra condẽnaretur niſi ſequeretur cõpulſio paritionis rei iudicatæ*
3 *Dimiſſio verbalis non ſufficit, ſed facta deſiſti debet.*
4 *Factum magis quam verba expectantur.*
5 *Pro fructibus non liquidatis non datur declaratoria.*
6 *Pro expenſis quando poſſit dari non obſtante appellatione.*

1 DOmini cenſuerunt poſſe dari declaratoriam contra Antonium, niſi infra certum tempus paruerit, quoad realem, & effectualem dimiſſionẽ poſſeſſionis beneficii de quo agitur ea motiratione, quia
2 fruſtra quis condemnaretur niſi ex poſt facto omnis iuris remedio condemnaretur cum effectu parere iudicato
3 Nec ſufficit in hoc caſu verbalis dimiſſio, quã fecit Antonius ſtãte ꝙ in partibus non deſiſtit facto, & per interpoſitas perſonas, vt ex litteris miſſiuis conſtat probare impedimentum ne dictæ ſententiæ Rotales exequutionis demandarentur, quo fit, vt hoc in caſu magis
4 factum expectari deberi, quam verba, quæ malitioſe, & ad elidendũ Rotæ iudicium proferuntur, ad tex. in l. 1. & per tot. titulum. C. plus valere, quod agitur.
5 Quod ad fructus, in quibus idem Antonius fuit condemnatus. DD. tenuerunt non poſſe dari declaratoriam, ex quo non ſunt adhuc liquidati, vt fuit tentum in vna Salamantina profeſſionis 16. Iun. prox. præteriti coram Decano.
6 Quo verò ad expenſas, in quibus Antonius ipſe, & vniuerſitas ſimul condemnari fuere cenſuerunt DD poſſe dari declaratoriam cõtra vtrumq. non obſtan. quod fuerit appellatum ab exceſſiua taxatione dictarum expenſarum. Tum quia clare conſtat ex actis taxationẽ in aliquo non eſſe exceſſiuam. Tum etiam, quia infra annum non fuit citata pars aduerſa ad dicendum contra commiſſionem cauſę appellationis quo fit, vt tanquam deſerta appellanti ſuffragari non poteſt. Caſtel. dub. 37 tract. in prax. lib. 7. c. vlt. n. 9. & 10.

AMplius huic articulo liquidationis fructuum videtur etiam videndum qualiter in vna coram Chiroga 18. Decemb. 1556. pro Capitulo de Duebla contra Clerum, fuit dictum, ꝙ poſt rem iudicatam erat commiſſa cauſa liquidationis fructuum, & erant datæ exequutoriales tam pro exequutione ſententiarum qua pro fructibus liquidatis, & à ſententia liquidationis fructuum erat appellatum, & dubitatũ an vigore commiſſionis ex eo, quia non fuiſſet legitime interpoſita appellatio eſſent decernendæ exequutoriales, & fuit reſolutum, quod appellatio erat legitime interpoſita, quia cauſa commiſſa ſuper liquidatione fructuum eſt effecta noua cauſa: vnde ſententia eſt diffinitiua à qua datur appellatio ex late deductum in eadem deciſione, & alia Imolen. Caſtri coram Chiſanen. 10. Maii inter Comitem Imolen. & DD de Campegiis in qua erat lata ſentẽtia reſtitutoria poſſeſſionis

Caſtri

Caſtri in fauorē DD.de Cāpegijs cū condēnatione fructuū,& expenſarū, & petebatur, ꝙ vigore Egidianæ ea exequeretur in qua fuit dubitatū an eſset locus Egidianę, & fuit reſolutū illi locū eſſe etiā in Caſtro per deciſ.Putei 1.2. & 3.de Aegid.& fuit dictum non obſtare condemnationem fructuum, quia quoad illos appellatio datur, quæ non impeditur Egidiana, & ſimiliter non obſtat,ꝙ in illo iudicio videatur etiam appoſita exceptio dominij,&ſic cauſa videatur mixta propter productionem tituli ex quo in Caſtris de neceſſitate eſt probandus titulus ideo cauſa non eſt mixta ex ibi deductis.

Quomodo autem ſit facienda probatio ſuper illorum liquidatione habetur per Puteum deciſ.9.lib 1.in princ.vbi hāc liquidationem dicitur poſſe fieri per teſtes deponentes, ꝙ fructus poſſunt valere tantū ſingulis annis,fertili cum ſterili computo, & deductis oneribus,& impenſis aſsignando bonam rationem vt ibi,ſed de his hactenus,& licet hic aliqualiter tranſgredi videamur, tamen vtcunq. ſit attenta grauitate rei,de qua infra dicetur,hæc quoque pauca de excommunicatione, & abſolutione tanquam de materia ſatis quotidiana viſa ſunt referenda,vt puta,ꝙiudex,a quo poteſt appellantem a ſe iniuſte excōmunicatū abſoluere.Lancel.in 2.p.c.12.de attent.appel.pend.lim.16. n. 6.alleg. DD.in c. qua fronte, ſecundum vnum intellectum,præſertim Franc.ibi,ſub n.9.& melius ſub nu.27.de appel.& idem Lancel.limi. 23.nu.5.eodem tit. vbi quod ſicut excommunicatio etiam iniuſte lata,tamen ligat, ita etiam talis abſolutio licet ſit iniuſta, tamen debet ſoluere cum abſolutio, & excommunicatio paribus paſſibus ambulant,vſque adeo, quod affixio cedulonum contra eum, qui fuerit excommunicatus fieri non poteſt, vt in cap. 12. limit. 21. num. 42. eodem titulo.

DE TERMINO REMISSORIAE. Cap. XI.

Aliqua de termino remiſſoriæ,

NOn videtur prætereundum, quod licet regulariter terminus remiſſoriæ currat a die conſignationis portioni, vt ſupra meminimus,tamen in hoc A.C.tribunali a pluribus annis citra non ita fit, prout antiquitus fieri conſueuit, ſed cum hac diſtinctione, videlicet aut conceditur reo illam detenti, vt plurimum ad differendam cauſæ expeditionem, & tunc quia videtur calumnioſe peti terminus,qui præfigitur incipit currere a die decreti remiſſoriæ, aut vero actori conceditur, & tunc,quia cum ex longiori dilatione,nihil deperiat reo præfigitur terminus a die præſentationis iudici faciendæ remiſſoriali, ꝙ non videtur rationi conſonum, cum actor quoque debet venire cum

ſacco parato, & etiam quia in iudicijs ſemper æqualitas ſeruetur, & præſertim circa media iudicij actori ſicut reo fauetur propterea ab antiqua practica cenſeo non eſſe recedendum, quando auté conſtaret iudici dilationem a reo petitam fore calumnioſam, quia tunc ea pendente præuia illius reuocatione valide ad expeditionem cauſæ procedet, vt per Gabr. concl. 2. lib. 2. ſub num. 23. de dilationibus.

De exequutione litterarum apoſtolicarum in forma gratioſa expeditarum, & fulminatione proceſſuum ſuper illis. Cap. XII.

1 *Proceſſus in exequutione litterarum Apoſtolicarũ in forma gratioſa antiquitus ſeruari ſolitus.*
2 *Proceſſus fulminati in hoc negocio non conceduntur in ampla forma, vt ſuperius. & conceſſi non exequuntur.*
3 *Monitorium in hoc iudicio neceſſarium.*
4 *Quare modus expediendi breue pro exequutione litterarum Apoſtolicarum adinuentus.*
5 *Quo pacto Auditor Cameræ ad exequutionem litterarum huius modi procedit.*
6 *Exceptiones rei in hoc iudicio niſi ex litterarum ventre oriantur, non admittuntur.*
7 *Si reus aliquid prætendit petitorio agit.*
8 *Committat reus petitorium in Rota dum cauſa poſſeſſorij pendet.*
9 *In beneficialibus quocunq. iudicio agitur titulus requiritur, & quãdo*

1 IN exequutione litterarum Apoſtolicarum in forma gratioſa expeditarum ſolebant antiquitus pro poſſeſſionis aſſequutione proceſſum fulminatũ ab Auditore Cameræ, vti quarumcumq. Apoſtolicarũ litterarum exequutore, licet in illis nõ eſſet iudex nominatus, vel per officium Archiuii Ro. Curiæ obtinere. Qui proceſſus erat nimium rigoroſus, & iudices in eo eligebantur ſubexequutores in partibus arbitrio promſi, qui licet in eiſdem litteris fuerit appoſita clauſula (vocatis vocandis) (quo caſu iudex pro illarum exequutione deputatus tenetur obſeruari formam iudicialem, vt per Abb. in c. exhibita, n. 6. de iudiciis. Imo etiam exequutor datus cum iſta clauſula, non eſt merus exequutor, ſed mixtus, & cõſequenter tenetur aſſumere partes iudicis, vt in c. exhibita, & ibi Abb. n. 6. Fel. n. 4. de iud.) tamen cenſuras ſtatim fulminabant, & ad alios actus valde præiudiciales procedebant, non vocatis, neq. auditis intereſſe habentibus, nec illorum iuribus conſideratis.

2 Quamobrem proceſſus denegati fulminati iſti ita fuere, nec ita paſſim concedũtur, & ſi fuerint alicui intruſo intimati, non datur illis

exe-

exequutio, vt prius ſolebat. Cõſueuerat enim antiquitus abſq. aliqua perſonali citatione, ſed tantum per contradictas ſeruato proceſſu, ad exequutionem illarum procedi, & procedentibus terminis ad docen. ſe paruiſſe 1. pro 1. 2. pro 2. 3. pro 3. & 4. pro quarta declaratoria
3 concedebatur, vt in c. 1. in princ. præſentis libri retulimus, qui omnes ſupradicti termini ſingulatim, vnus ſucceſſiue poſt alterum neceſſario ſeruandi ſunt, vt tenuit Rota in vna Carthaginen penſionis, in qua ego fui procurator coram S.D.N.PP. tunc Rotæ Auditore 4. Februar. 1584. Modo autem in exequutionem litterarum prædictarũ monitorium A.C. requiritur ad hoc, vt reus citatus certum habeat iudicem, & notarium, coram quo comparere, & iura ſua deducere poſſit. Verũ
4 quia ad exequutionem ſimilium litterarum Auditorem Cameræ, tanquam ordinarium iudicem, & potius ſua ordinaria, quã delegata procedere olim videbatur, & ſuper appellatione concedenda dubitabatur, & aliquoties conceſſa fuit cautiores facti negotiatores expeditionem breuis in litterarum fauorem procurarunt, quo A.C. iniungitur,
5 vt conſtito de litteris expeditis, prouiſum in poſſeſſionem immittat. Et ſtante hoc Breui A.C. eſt iudex exequutor delegatus, & nihil aliud habet agere, quam a Papa in breui commiſſa exequi: Monitorium ſcilicet ad partes viſis litteris, & verificata clauſula, conſtito, concedere, & ſubinde aduerſus intruſum procedere modo de quo in proximo
6 præcedenti capitulo loquuti fuimus. Nec ſolet reus in ſuis proponendi exceptionibus audiri, niſi illæ ex litterarum ventre forſitan
7 oriantur, Caſſador. dec. 10. de reſcri. Gomeſ. in reg. 73. Quæ exceptio impedit illarũ exequutionem, & etiã clauſulã ſine retardatione, Gomeſ. in comp. vtriuſq. ſign. confirm. Caſſad. vbi ſup. Et ſi aliud aliquid reus prętendit, in petitorio agat, litterarum exequutione non retar-
8 data, aut beneficii poſſeſſione dimiſſa. Prudentes rei procuratores, qui vident iudicium hoc exequutiuum retardare non poſſe, cauſam ſuper petitorio in Rota committi, & ad illius expeditionem pari paſſu deuenire curent, vt cum ſententia in poſſeſſorio lata fuerit, in petitorio pariter feratur; & ſic actor breui ſententia ſua in poſſeſſorio lata gaudet: quia ſimul ac ſententia in petitoriã fertur ſequeſtrum ſuper fructibus beneficii conceditur.
9 Notandum eſt amplius, ꝙ huiuſmodi cauſis beneficialibus, & ſpiritualibus titulus ſaltem coloratus concurrente alio poſſeſſore cum titulo eſt probandus, ſiue hoc iudicio poſſeſſorio adipiſcendæ, ſiue retinendæ, aut recuperandæ, Aegid. dec. 17. Rota 21. de reſtit. ſpol. in no. Guidopap q. 85. Dec. in l fin. col. 5. de edict. diu. Adr. toll. Aym. conſ. 258 n. 9. verſ. 1. quoties lib. 2. late Menoc. in 15. remed. recup. poſſ. n. 458. & ratio, quia tales beneficiati non dicuntur domini bonorum ſpiritualium, ſeu Eccleſiaſticorum, ſed in his habentur loco adminiſtratorum, qui prius omnibus obligantur oſtendere mandatum

l.ſi quis inficiatus,ff de depoſ. in tantum,quod ſine titulo præſumitur intruſio,c.de reg.lib.6.

Amplius dicen.videtur,quod iſtud iudicium exequutionis litterarum Apoſtol. in forma gratioſa expeditarum in quibus A. C.eſt exequutor deputatus,poteſt exemplificari interdicto immittendæ, vbi q̄ exhibitis literis,illiſq.ſummarie,& extraiudicialiter verificatis ſi poſſeſſio beneficii vacua fuerit datum mandatum de immittendo prouiſum Apoſtolicum in illius poſſeſſionem præmiſſa citatione per proclama contra quoſcunque intereſſe putan.

Si vero poſſeſſio plena erit,tunc fiet monitorium contra intruſum de dimittendo poſſeſſionem prouiſo Apoſtolico, cuius formam habes inferius in quarto libro.

De Executione executorialium Rotę, et aliarum ſententiarum. Cap. XIII.

1 *Exequebantur antiquitus executoriales Rotæ, nullo præcedente monitorio.*

2 *Contrarium hodie ſeruatur.*

3 *Sententias extra Curiam latas Auditor Cameræ non exequitur, niſi vigore commiſſionis.*

4 *Secus ſi debitor reperitur in curia, & quomodo tunc procedatur.*

1 EXecutoriales Rotę legitime intimatæ ſolebant antiquitus exequi more literarum Apoſt.nullo prędedente monitorio, ſed tantum per contradictas,ſeu publicum edictum, ſeruatis quatuor termi-
2 nis ad docen. ſe paruiſſe literis executorialibus 1.2.3.& 4. Attamen, quia in S gnatura fuit ſuper hoc pluries diſputatum, & executionem eiuſmodi non niſi prę io monitorio,concedendum eſſe aſſertum; cū reus certum non habet iudicem coram quo ad executionem impediendam comparere deberet(quod tamen intellige, quatenus poteſtas exequendi non fuerit Auditori Rotæ ſpecialiter commiſſa, quo caſu idem Auditor non poteſt ſe in illarum executione intromittere, vt in vna Gueſual. coram Guidobono 12.Iun.1553.)Aud.C. a multis annis citra ſe ab huiuſmodi executione abſtinuit, nec eam concedere voluit niſi præuio legitime exequuto monitorio.

3 Præterea dictum fuit, Auditorem Cameræ non executorem ſententiarum extra Ro.Curiam latarum,quas alias ſua ordinaria auctoritate exequi ſolebat,& ideo niſi fuerit ei vigore commiſſionis iuriſdictio attributa,ad hanc executionem non procedere.

4 Si autem debitor, contra quem eſt procedendum in curia reperiatur,exhibetur illa ſentētia,ſeu mandatū de partib.ad docen.de credito,ad effectū aſſecurationē iudicii petendi,vel alias ad effectū iurium

non

non autem exequendi, niſi vt ſupra dixi, ſeu alias, niſi iudex de partib. a quo ſimile mandatum emanauit per ſuas litteras hortatorias implo ret officium ipſius Auditoris, quia tunc Auditor ad illius exequutionem procedere conſueuit, vt magis late, & diſtincte inferius explicabimus. Iudex enim de partibus, licet nullam habeat iuriſdictionem in Ro. Cur. tñ poteſt requirere alterius iuriſdictionis iudicem, vt eius ſẽtentiam exequatur, vt per Hyp. de Marſ. in ſing. 138. in verbo iudex vnius territorii. Idq. ſine difficultate procedit ad litteras, & preces iudicis proferentis ſententiam. Paul. de Caſtr. in l. cum quædam, ff. de iu riſd. om. iud. n. 5. alias no. Bar. in l. cum vnius, §. non, ff. de bon. aut. iud. poſſ. Caſtr. cóſ. 39. n. 3. vol. 2. & ſi nolit exequi primus iudex quid facere teneatur, dicit Iaſ. in l. cum quidem, ff. de iuriſ. omn. iud. n. 19. & 20. vide tamen limitationem de qua per eundem Marſ. eod. ſing d. n. prope fi. verſ. tenementi. Secus ſine litteris hortatorijs, vt in l. properandum. §. ſin autem, C. de iudic. Et idem dicendum erit de citatione facienda contra ſubditum exiſtentem extra ſuum territorium. Solet enim tunc mitti nuncius citantis, vt impetret veniam a iudice illius loci cum literis citantis, vt ſolet ſcribere litteras hortatorias ad illum iudicem, vt illum citet, ſeu citari mandet, per Marant. de ordin. iudic. in tit. citat. 1. memb. 6. p. n. 40. & ſeq. In quo articulo videtur pro clariori intellectu diſtinguendum, aut petitur exequutio litterarum remiſſorialium, compulſorialium, vel ſimilium, & tunc A. C. ſine difficultate ad illorum preces illam concedere ſolet. Aut vero petitur exequutio mandatorum exequutorialium, citationum, intimationum, interpellationum, & ſimilium ad effectum cum illis euocandi ad eos ſuos ſubditos, & alios in Ro. Cur. exiſtentes, & tunc licet de iure ex ſupra, dictis ad illarum exequutionem procedi poſſit, tamen quia principales iudices, a quibus dictæ litteræ emanarunt in illorum partibus ſimiles expeditiones Ro. Cur. præſentari non permittitur, & pro illis exequendis ad eos tutus non patet acceſſus, pari ratione dicendum erit, quod alteri non ſit concedendum, quod nobis denegatur, iuxta l. ſi quis iniquum, ff. quod quiſque iuris. His tantum adde, quod iudex requiſitus in cauſis ciuilibus, non debet cognoſcere de iuribus ſententiæ iudicis requirentis. Iaſ. in d. l. properandum, §. ſin autem, eod. titulo, ad pract. Papien. in form. exequut. ſentent. nu. 13.

DE MODO PROCEDENDI AD EXEQVVTIONEM litterarum compulſorialium, ſeu requiſitorialium. Cap. XIIII.

1 *Citatio pro exequutione compulſorialium.*
2 *Quid agendum ſi iura ſint penes tertium.*
3 *Alia citatio ad videndum claudi proceſſum.*

4 *Modus procedendi ad executionem remiſſorialium.*
5 *Citatio ad videndum mandari aperiri neceſſaria eſt.*

1 PRocurator ad executionem literarum compulſorialium, ſeu requiſitorialium a iudice de partibus A.C. pro iuribus, & ſcripturis Romæ extrahēdis directarum, procedi inſtans, illas Auditori exhibet & citationem ab eo decerni obtinet contra aduerſarium (ad dicendū contra litteras requiſitorias a Regia Curia Granaten. emanatas, & in actis notarii exhibitas, videndumq. iurare teſtes ſuper illarum recognitione, quatenus opus ſit, necnon mandari procedi ad dictarum litterarum executionem, & pro earum executione mandari extrahi, collationari, & auſcultari iura, inſtrumenta, partitas, litteras, ſcripturas, & alia quæcunq. iura, & munimenta in eiſdem requiſitoriis literis ſpecificata, vel in citationis termino ſpecificanda apud acta Notarii, vidēdumq. iurare, & examinari mandari teſtes ſuper illorum recognitione, & illorum examen notario committi, dictæq. exactioni, collationi, & auſcultationi intereſſendum quatenus intereſſe velit, pro die, & hora per D. aſſignandis, alias videndum mandari fieri per notariū ſine eius interuentu.) In cuius citationis termino iudex mandat fieri dictam extractionem, ac auſcultationem, & recognitionem die, & hora certis in officio notarii cū intimatione. Sed ſi iura penes aliquem
2 mercatorem notariū, & aliā tertiā perſonā reperiantur, præmittitur contra eos citatio, ſeu monitoriū iuxta perſonarum qualitates (ad exhibendum ſub mandati executiui pœna, & in ſubſidium excommunicationis, libros, ſcripturas, partitas, litteras, inſtrumenta, & munimenta in actis Notarii ſpecificata, apud eos exiſtētia.) Qui tertius ſic monitus, ſeu citatus, cōpulſus metu mandati executiui, libros, inſtrumenta, & ſcripturas exhibet, illiſq. exhibitis fit alia citatio modo ſupra in capitis principio expreſſo, & inductis examinatiſq. teſtibus ſuper ſcripturarum recognitione, notarius ad ſcripturarum ipſarum extractionē, auſcultationēq. deuenit, deq. his omnibus in publicatione, & ſubſcriptione proceſſus teſtimonium dicit. His peractis fit alia cita-
3 tio (ad viden. mandari claudi, & obſignari proceſſum, & ad partes Hi
4 ſpaniarum iudicibus cauſæ tranſmitti.) Si vero ad litterarum remiſſorialium procedere vis executionem aduerſarium cita (ad dicen. contra literas remiſſoriales, &c. ac viden. committi iuramenta, & examen teſtium not. infraſcripto, ad hoc deputato ad primam diem, & poſtquam commiſſum fuerit, videndum dictos teſtes iurare in eorum vel notarii domibus, aut vbi reperti fuerint per totam illam, & ſex, vel decem ſequentes dies, & poſtquam iurauerint, ad dandum interrogatoria, ſi quę dare voluerit, alias viden. teſtes ipſos mandari examinari ſine, ad eandem primam diem) Et deinde præcedentibus iuramentis teſtium, quæ de ſtylo curiæ ſaltem per diem ante illorum exa

men præcedere debet. Notarius illos examinat ſeruata litterarũ remiſſorialium forma. Examinatiſq. teſtibus, ac in ſcriptis redactis, lapſoq. termino reprobatorio in eiſdem litteris aſſignato, citatur pars (ad videndũ claudi, & obſignari proceſſum, & ad partes iudicis cauſæ mitti, ac portiori (ob eam deputandum conſignari.) His factis, clauditur proceſſus, obſignatur, & portiori, qui illum ad partes iudicis deferat, traditur, vt ſuperius late poſuimus in 6.c. præſen.lib. De cõpulſorialiũ, & remiſſorialiũ exequutione tractãs his breuib. me expedire volui. cũ de his Veſtr. in c.8.9.& 10.lib.5. & magis late dixerit in c.1. n.12. cũ ſeq. lib.6. vbi docet modũ citãdi pro eis, ad litteris remiſſoria lib. obtinẽdis, ac etiã modũ agendi, & procedẽdi ad illarũ exequutionẽ, ad quem pro illorũ ſcitu recurre. His tñ addo, ꝙ ſi notariũ cauſæ pro recipiendis, & examinandis teſtib. ad partes trãſmitti contingat, tunc præcedente ſolita citatione ad dicen. contra articulos in forma ſolita, ac debito præcedente iudicis decreto ſuper illorũ admiſſione ac notarij deſtinatione, ſucceſſiue citatur pars, ſeu illi intimatur qualiter notarius cauſæ, die Mercurij, quæ erit 20 præſentis menſis, vel alia certa die accedat ad Ciuitatẽ N. & illius diœceſim, ſeu caſtrũ N. pro examinandis teſtibus iux. formam iudicis decreti, & propterea citatur idem ad viden. examinari d. teſtes, quorum iuramenta, & examẽ notario iam commiſſa fuerunt, & quatenus opus ſit illa denuo committi ad primam diem, & poſtquam commiſſum fuerit, videndum dictos teſtes iurare in eorum, vel notarii domibus, aut alias, vbi in partibus reperti fuerint per totam illam, & decem ſequen. dies, & poſtquã iurauerint ad dandum interrogatoria, ſi quæ dare voluerit, alias videndum teſtes ipſos per notarium tranſmitten. mandari examinari ſine, ad eãdem primam diem. Quibus per actis not. accedit ad partes, & ibi receptis iuramentis teſtium coram ſe adducendorum quæ vt ſup: dictum eſt, examen præcedant, demum not. deuenit ad illorum examen, quorum depoſitiones ſecum reportat, & iudici defert, ex quib. merita cauſæ cognoſcere, & eãdem pro iuſti decedere valeat, & quod
5 neceſſaria ſit citatio ad viden. mandari aperiri, atteſtatur Specul. in ſ. quid ſit officium eius, verſ. vtile cenſemus 2. par. antiq. impreſſionis, de remiſſionibus.

DE EXTRACTIONE IVRIVM, ET INSTRVMENTORVM parte non citata. Cap. XV.

1 *Iuribus extractis parte non citata fides non adhibetur*
2 *Secus ſi non opponitur.*
3 *Iura non recognita parte non opponente probant.*
4 *Aliqua alia de admiſſione iurium, & articulorum poſt ſententiam.*

Nec

1 NEc videtur prætermittendus modus traditus in proximo præcedenti capitulo de extractione iurium loquen. Quoniam iura & inſtrumenta exemplata præſertim a perſonis priuatis parte non citata, & non ſeruatis ſeruandis eis fides adhibenda non eſt. Socin. Dec. & Purpur. in authen. ſi quis in aliquo, C. de eden. Alex. conſ. 119. vol. 1. & conſ. 20. vol. 6. Puc. deciſ. 152. lib. 3. n. 2. intellige tamen, quoad plenam fidem adhibendam, ſed ad faciendam præſumptionem. Doct. ſuperius allegati prædicta exempla admittunt concurrentibus alijs adminiculis, vt per Bart. in authen. ſi quis in aliquo eod. tit. Rip. in l. admonendi, num. 151. ff. de iureiuran.

2 Secus ſi indiuiduo non opponitur nec dictum generalia contra, quia tunc talis defectus opponi non poteſt, vt in vna Caſalen. Parochialis S. Victoris die 10. Maij 1541. coram Mareſcotto.

3 Hæc quoque pauca dicenda ſunt de iuribus non recognitis an eis ſit fides adhibenda parte non opponente, & in hoc articulo viſum eſt non ſuperflue adducere deciſionem factam alias de menſe Maij 1556 coram Chiroga in vna Salamantina Cappellaniæ. in qua fuit reſolutũ ſententiam fuiſſe validam, licet iura producta non fuiſſent recognita, quoniam parte non opponente non eſt neceſſaria recognitio. Aegid. dec. 140. & quod ſemper poſſunt recognoſci, in qua etiam fuit dictum non obſtare, quod copia citationis non fuerit data parti, quia ex quo ipſe comparuit in cauſa, & conſtat de ſcientia citationis, ideo proceſſus ſuſtinetur ex ibi adductis.

4 Et licet in hoc meo præſenti libello plura fuerint ſparſa, & relata circa iurium admiſſionem poſt latas ſententias, ſiue interloquutorias ſiue diffinitiuas, tamen antequam illi finem imponam non inutile hæc addenda fore cenſui. Quod licet iuris eſſe videatur, vt poſt concluſionem in cauſa iura produci non poſſint, c. cum dilectus, de fide inſtr. vſque adeo, quod ſi de facto admittuntur videtur tunc iudex reuocare concluſionem, Abb c. quoniam contra, de probat. n. 17. cuius diſpoſitio procedit, vt ibi in ſententia interloquutoria, ſecus in diffinitiua, tamen quicquid ſit, ſeu eſſe de iure videatur de conſuetudine contrarium ſeruatur, quod ſcilicet etiam poſt diffinitiuam modo tamen non fuerit diffinitiue pronunciatum cum cedula a iudice ſubſcripta. Idem iudex, vel de facto, vel ex æquitate, aut ex gratia tam iura, quã articulos non obſtante lapſu termino ad articulandum, & producendum omnia etiam poſt concluſionem cauſæ illa, & illos eius arbitrio admittit fretus, vt cenſeo auctoritate ſuarum facultatum ſummarie procedendi Aegid. conc. 447. Articuli de probatio. Aduertatur tamẽ quod iudex non debet ſecundum ea iudicare, niſi in eiſdem actis notarij ſint admiſſa, & producta, & admiſſa parte citata ad d cendum contra, quia tunc dicuntur eſſe de actis. Gomeſ. de reg. Cancel. inq. 4. littera C.

DE

De Modo procedendi in cauſis diſcuſſionis bonorum. Cap. XVI.

1 Requiſita circa modum procedendi in cauſis diſcuſſionis bonorum.
2 Graduatio creditorum quomodo fiat.
3 Prior in tempore potior in iure.
4 Quomodo præſtetur cautio creditoribus in exactione eorum crediti.
5 Quando obligatio caſſata reuiuiſcit.
6 Inter creditores chirographarios non attenditur prioritas temporis
7 Creditor agens ad ſubhaſtationem, & deliberationem pignorum regulariter non tenetur de euictione.

1 VErum cum plura dixerimus de modo procedendi in cauſis executiuis ordinariis, & extraordinariis etiam pluſquam a me ſuſceptum onus requirat, ideo non inutile viſum eſt pauca hęc referre, ſi non profeſſis ſaltem tironibus profutura, circa modũ procedẽdi in cauſis diſcuſſionis bonorum decocti præſertim mercatoris, qui ſtatũ ſuum in deterius mutauit. Vnde ſi aliquis particularis, ſeu mercator decoctus fuerit, ſtatim comparent illius creditores corã A. C. tanquã iudice competente, & præuio iudicis decreto fit deſcriptio, ſeu inuẽtarium omnium ſuorum bonorum, librorum, & ſcripturarum domi, & alibi exiſtentium deponen. penes aliquẽ fide, & facultatibus idoneum depoſitarium conſignantur ad omne mandatum Domini, & cui Dominus mandauit. Quo facto, dicta vel alia die conueniunt inſimul omnes creditores d. decocti, & cum decreto iudicis, vel ſine, faciunt deputatos, cum pleniſſima facultate procedendi ad venditionem, & diſtractionem dictorum bonorum per viam curię, aut alias ex decreto iudicis, ac quacunq. credita, res, & bona a quibuſuis illius debitorib. & bonorũ detentoribus exigendi, recuperandi, ſequeſtrandi, & de eis ſoluẽtes quietãdi, & iura, ac actiones in fauorẽ ſoluentiũ cedendi, & transferendi cũ clauſulis opportunis eundem confirmando, vel aliũ eorum arbitratu faciendo depoſitariũ, cum prædicta, & alia amplioři & ampliſſima facultate conſtituen. etiam vnũ, vel plures procuratores ad lites, vel melius pro maiori, & celeriori expeditione, ac vtilitate eorundem creditorum a iudice, coram quo compareant obtineant deputationem curatorum, ſeu curatoris idonei, bonis iacentib. ſeu abſentis ſub forma quã in fine lib. 4. ſcripſimus. In quib. cauſis, vt plurimum poſt hęc ſupradicta inchoatur iudicium vigore cõmiſſionis, ex qua ad inſtantiã creditorum decocti committitur cauſa diſcuſſionis bonorum illius, ac prioritatis & potioritatis vniuſcuiuſq. eorũ crediti cum præfixioni termini etiam peremptorii facienda ſingulis creditoribus, ad docendũ de eorum credito. Qua cõmiſſione in actis Notarii prę̃ſentata præuia termini præfixione, quo elapſo, ſeruatis

ſub-

ſubinde terminis ſubſtantialibus de more, & ſtylo curię ſeruari ſolitis; demum præmiſſa citatione ad viden. illos reiterari, & ad ſententiā in forma ſolita faciendā, demum iudex ad eam ſeruatis ſeruan. deuenit. in qua declarat vnūquemq creditorem in ea quantitate, & qualitate cuiuſq. eius crediti, q̃ in ſententia nominatim exprimitur, & ſin
2 gulariter ſingulos graduando, & locum aſſignan. quoniam prior in tē
3 pore, potior eſt in iure. Bar. in l. 1. n. 2. C. de priui. dot. & ſubinde ſingu-
4 lis creditoribus iuxta illorum prioritatem, & potioritatē ei ſatisfieri mādat, data tamē per ſingulos idonea cautione in forma depoſiti de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus ad omne mandatū Domini, iuxta formam facultatum eiuſdem A. C. de quo in c. 27 per modum prouiſionis, & ad conſulendum indemnitati aliorū creditorū abſentium, & in hoc iudicio non vacatorum. Nec te fugiat, q̃ licet
5 creditor fuerit ſolutus de eius credito, facta ab eo quietantia, & caſſata ſua obligatione, tñ in euentu reſtitutionis pecuniarum exactarum reuiuiſcit creditoris obligatio, quia reus non dicitur ſoluta, qñ nō durat ſoluta, vt p Iaſ. in l. ſi damus, §. de euict. ff. de leg. 1. n. 5. Afft. deciſ. 16. n. 3. circa med. Bal in l. electio. §. abſente, ff. de noxa. n. 2. Deinde ſa
6 tisfiūt depoſita, & poſtmodū creditores chyrographarij, & librarij, in quibus non attenditur prioritates temporis, ſed inter eos ad ſolidis & liberam fit reſolutio. Bar. in l. in operis n. 3 ff de locato, & conducto data nihilominus per eos ſimili cautione de reſtituendo, vt dictū eſt, & de contribuēdo, cum alijs creditorib. æqualia iura habentib. vt per eundem Bar. in l. procuratoris, §. plane, ff. de tributoria actione, vbi q̃ creditores habentes perſonales actiones vocantur in tributum, realis vero in egrum ſuum creditū conſequuntur, & creditores accipientes caueant vt ſup. ſe reddituros alij creditorib. emergentib. vt ibi. Qui-
7 bus addo, quod licet creditor, qui pro ſuo iure obtinet ſubhaſtationē & deliberationem pignorum regulariter non tenetur de euictione, vt tenuit Rota in vna Romana contrauentionis in dec. diuer. 381. p. 2. n. 33. coram Robuſterio, vide tamen limitationes, de quibus in dicta deciſione in facti contingentia recurre,

DE CLAVSVLIS MONITORIALIVM. Cap. XVII.

1 *Clauſulæ apponendæ per Notarium in fine monitorij, & illorum vtilitas quæ ex eis habetur.*

1 ANtequam huic tertio libello extremam manum apponam non inutile dicendum arbitror, quod in fine cuiuſcunque matrimoni ſiue in curia, ſiue extra eam decernendi laudabile, & vtile erit ante clauſulam, & ſi ſenſerit ſe, &c. addere attento, quod fuit pro parte dicti inſtantis cōpartitum, & allegatum prædictam domum ab eo tam

ex

ex deductis, quam alijs ſuis loco, & tempore deducendis, iuſto, & legitimo titulo poſſideri, & in, & ſuper ea, illiuſq. poſſeſſione, ac fructuum perceptione a d. B. nec alia quauis perſona licite moleſtari nō potuiſſe, neq. poſse ipſumq. B. condemnandum fore, & eſſe ad deſiſtendū ab omnibus moleſtijs iactationibus, & impedimentis quibuſcumq. tā iudicialiter, quam extraiudicialiter ei præſtitis, & in, & ſuper illis nullū ius eidem B. aduerſus inſtantem competiiſse, neq. competere, ac ius, & iuſtitiam ei miniſtrari debere officium iudicis deſuper implorando prout implorat, non ſolū modo, & forma præmiſſis, ſed etiam omni alio meliori modo, &c. & ſi ſenſerit ſe. &c. compareat, &c alioquin. &c

Ad hæc etiam nota, quod ex dictis quotidianis clauſulis, vt puta ius, & iuſtitiā miniſtrari, ac præmiſso, & omni alio meliori modo, &c. vt ſupra ſcriptis poterit actor probationes ſuas facere, illaſq. ac iura ſua quæcunq. deducere ſuper petitorio, & poſseſsorio aut petitorio tm̄, aut poſseſsorio tm̄ coniunctim, vel diuiſim, copulatiue, vel alternatiue, & vtrunq. iudicium complecti, & demū petere per iudicem pronunciari in petitorio, ſeu poſseſsorio, prout natura cauſæ ſuadet. & illi magis cō ueniat præuia tamen ſuſpenſione petitorii ſi opus fuerit, vt ſupra me minimus de interdictis poſseſsoriis, quod atteſtatur Iaſ. in tit. de actio nibus in §. omniū, n. 149. dicens hoc eſse perpetuo notan. etiā quoad illam clauſulā, omni alio meliori modo, &c. quæ eſt valde vtilis ad ſuſtinendum libellum cum monitoriū illius loco inſeruiat, & interpretandū eo modo quo fauorabilius poterit iuuari intentio actoris, vt ibi ſub n. 151. & quid operatur d. clauſula tam deductis, quā deducēdis 5 dec. Genuen. 91. n. 5. Ang. conſ. 25. Iaſ. in l. petens ex ſtipulatione, n. 6. in ver. item, C. de pactis, & propterea non te fugiat has ſimiles clau ſulas repetere, tam in præſcripta, quam aliis monitorium formulis in Romana Curia, & extra eam decernen. iuxta ſubiectam materiam ſingula ſingulis congrue referendo, & debite adaptan.

R. P. D. LVDOVISIO.

Fulginaten. Nullitatis exequutionis. 30. Martii 1601.

EPITOME.

Contra tertios non poteſt procedi via exequutiua.

SVMMARIVM.

1 *Contra tertios non poteſt procedi via exequutiua.*

2 *Et præſertim facta per aduerſarium proteſtatione ne exequutio fieret in bonis per ipſum poſſeſſis.*

3 *Volentibus facere exequutionem incumbit onus probandi de iure ſui debitoris bonorum, ſuper quibus exequutio fieri debet.*

Fuit

FVit concluſum ſententiam A.C.eſse confirman.iuſte enim reuo-
4 cauit exequutionẽ factã contra Peteſios, contra quos vti tertios non potuit procedi via exequutiua. Aret. conſ. 36.in fi. Alex.in l.a diuo Pio,§.ſi ſup reb.n.28.verſ. pro hoc bene facit, ff.de re iud.Galleſ. ad form.obl.cam,p.2.q.2.n.3. & fuit dictum in vna Rom.com put.18.
2 Mart.1594.coram Mellino, præſertim quia proteſtati fuerunt ne exequutio fieret in bonis per ipſum poſseſſi ſecundum cautelam,de qua per Ang.in d.§. ſi ſuper reb in l.eo.tit. vbi etiam Caſtren.n.2.propter quam proteſtationem tanto magis reddebatur nulla exequutio poſtea facta. Bal.in l.ob meritorum, n.5. verſ. quæro nunquid pendente proteſtatione,C.ne vxor pro marito. Alex.in d.§.ſi ſuper rebus, nu.9. verſ.addatis,quod Bal.& Iaſ.n.9 ad fin. Non obſtat decretum de exequen.&c.niſi ipſi de Peteſiis docuiſsent de eorum titulo.

Quia fuit notorie iniuſtum, ex quo enim ipſi poſſidebant, onus in-
3 cumbebat volentibus facere exequutionem, docere de iure ſui debitoris ſuper d.bonis Bar. Bal. & alii in d.l.ob meritorum. Bar. in d.§. ſi ſuper rebus,n.4.Ang.ad fi. Paul. de Caſtr.n.8. Alex.n.9.Iaſ.nu.9.Paul. de Caſtr.conſ.143.ſub n.3.verſ.ſi quæritur,lib.1.

R. P. D. LITTA.

Imolen.ſeu Fauentina Bonorum. Die 25. Iun. 1593.

EPITOME.

Subhaſtatio habita fide de pretio nulla eſt.

SVMMARIVM.

1 *Subhaſtatio nulla eſt habita fide de pretio.*
2 *Conſuetudo non præſumitur, & ab allegante debet pobari.*
3 *Conſuetudo iuri contraria debet concludenter probari, & in ſpecie.*
4 *Quando mandatum eſt relaxatum cũ intimatione de ea debet cõſtare, alias exequutio, & ſubhaſtatio, & omnia inde ſequuta ſunt nulla.*

DVbitaui an exequutio, & ſubhaſtatio ſuſtineri poſsent in caſu ad effectum, de quo agitur.
1 Et Domini reſoluerunt ſubhaſtationem fuiſse nullam. Primo, quia fuit facta habita fide de pretio,contra tex.in l.a diuo pio,§.ſed quid ſi emptor, vbi oportet res captas pignori,& diſtractas præſenti pecunia diſtrahi,ff.de re iudicata,vbi Alex. hoc notat ſub n.5.Ang. n.2. & Iaſ. n.5.&fuit alias deciſum in illa Tiburtina Caſtri Sambuci 27.Ianuar. 1578. coram S.D.N.Papa, tunc Rotæ Auditore.

Nec

2 Nec obſtare dixerunt Domini aſſertam conſuetudinem allegatam exaduerſo, quia illa vt in facto conſiſtens non præſumitur, ſed ab allegante probari debet, l. preſcriptione, vbi gloſ. C ſi contra ius, vel vtil. publ. Bar. in l. de quibus, in fin. ff. de leg. cum aliis per Aym. conſ. 234.
3 n. 2. verſ. ſimiliter ex conſuetudine. Imo cum agatur de conſuetudine iuri contraria debet concludenter probari, & in ſpecie, vt alias fuit dictum in illa Ciuitatis Caſtelli bonorum 27. Iun. 1578 cor. Lauretano
4 Secundo, quia mandatum fuit decretum cum intimatione: vnde cũ de ea non conſtet ex actis, merito, & exequutio, & ſubhaſtatio, & omnia inde ſequuta ſunt nulla, Put. dec. 174. lib. 1. Tanis dec. 108.

R. P. D. MILLINO.

Romana Computorum. Veneris 18. Mart. 1594.

EPITOME.

EXequutio non poteſt fieri contra bona tertij poſſeſſoris, quando fuit actum actione perſonali.

SVMMARIVM.

1 *Non poteſt relaxari mandatum exequutiuum contra bona poſſeſſa per tertium poſſeſſorem quando actum fuit actione perſonali.*
2 *Sententia non præiudicat ei, qui ius ſuum in iudicio non deduxit, & non poteſt contra eum fieri exequutio.*

1 FVit reſolutum mandatum executiuum non eſſe relaxandum contra bona poſſeſſa per Pomponium, quia fuit actum actione perſonali. Ideo exequutio fieri non poteſt contra tertium poſſeſſorem. Ruin. conſ. 87 n. 1. & ſeq. lib. 4. Bero conſ. 47. n. 6. Lib. 1.
2 Non obſtat, quod Pomponius fuit citatus, ideo ſententia lata contra Franciſcum ei præiudicat. Quia hoc procederet ſi ius ipſius fuiſſet deductum in iudicio, ſed cum non fuerit deductum in iudicio, non poteſt contra eum fieri executio. Alex. in l. ſępè, n. 6. ff de re iud. Gozad. conſ. 103. num. 12.
3 Non obſtat, quod fuit actum in vim obligationis Cameralis, quia non poteſt agi obligatione camerali contra tertium poſſeſſorem, non obſtat formula nouella Galleſii, quia illa non obſeruatur, ſed antiqua.

R. P. D. LITTA.

Romana Pecuniaria. Die 28.Iunij 1593.

EPITOME.

PRo mutuo exequutiue procedi non poteſt etiam in vim obligationis Cameralis quando ante fuit intentatum iudicium cedulæ inſtrumenti cum monitorio.

SVMMARIVM.

1 *Quando actor ab initio pro mutuo intentauit iudicium cum monitorio non poteſt variare, nec procedere via exequutiua.*

2 *Lite ordinaria pendente ſuper contrauentione alicuius inſtrumẽti nõ prohibetur actor vigore eiuſdem inſtrumenti exequutiui agere ad illius obſeruantiam.*

3 *Agendo ad obſeruãtiam videtur renunciatũ cõtrauentioni intentatæ*

4 *Actor habens viam ordinariam, alteram extraordinariã exequutiuã intentando ordinariam cenſetur renunciare extraordinariæ.*

DVbitaui an D.Euangeliſta potuerit pro ſcut.500. mutuatis exequutiue conueniri in vim obligationis Cameralis, in caſu, & ad effectum de quo agitur.

1 Et Domini tenuerunt, ꝙ non ex quo D Franciſcus Cencius mediãte monitorio occaſione cedulæ mutui eorum inſtrumenti ſolidationis haben.&c.obligationem cameralem in curia Capitolii pro d.ſumma aduerſos D.Euangeliſtam mouerat iudicium de anno 1581. Inde, & poſt non potuit conuolare ad viam exequutiuam, cum per talem electionem ſibi præiudicauerit ad Galleſ form.cam.3.p.q 2.not.gl in l.proinde, la ſeconda, ff.ad l.aquil. Bal.in l.diffamari 2.col. C.de ingen. & manumiſ. Aret.in §. omniũ.n.13. inſt.de act. Marant.de ord.iud.6. par.num.24 & alias fuit deciſum in vna Romana donationis 4. Maii 1598. coram Alex. Iunio, & in vna Romana pecuniaria 9.Octobris 1562. coram Caputaquen. vt refert Modernus de attent.in 2.p.c.41. tit.de attent.lit.pend. declar.1. limit. vlt. Quia licet dixerit articulum eſse dubium, & Rota in alia Romana obſeruationis concordiæ 23. Maii 1561. coram Oradino tenuerint contrarium, tamen re vera di-
2 cta deciſio non repugnat cum tantum in ea dicatur, quod lite ordinaria penden. &c.ſuper contrauentione alicuius inſtrumenti non prohibetur actor vigore eiuſdem inſtrumenti exequutiui agere ad illius obſeruantiam ex quo agendo ad obſeruantiam contrauentioni intenta-

3 tæ videtur renunciaſſe, & ita non loquitur in terminis quæſtionis propoſitæ. Cætera autem, quæ pro D. Cencio adducebantur per informantes pro Domino Euangeliſta optime tolli cenſuerunt D. Lancell. de attentat. lit. pend. limit. 70. & vltra fol. 162. Gabriel. de act. concluſ. 4. num. 9.

4 Quod actor habens duas vias agen. &c. vnam ordinariam, & alteram extraordinariam exequutiuam intentando ordinariam cenſeatur renunciare extraordinariæ, tenet etiam Grammat. cauſ. ciuil. conſ. 95. num. 28. poſt Rom. conſil. 153. ex quo enim eligeret ibi in addition. Mandoſ. verſ. ſummarie, in littera F.

R. P. D. IVSTO.

Romana Spolii. Lunæ 21. Februarii 1600.

EPITOME.

Decretum factum vltra debitum eſt nullum.

SVMMARIVM.

1 *Decretum vltra debitum, & conſequenter ex falſa cauſa factum eſt nullum.*
2 *Etiam ſi ſit interpoſitum pro vera, & partim pro falſa cauſa.*
3 *Decretum eſt indiuiduum.*
4 *Exequutio facta in vim decreti nulli nulla eſt.*
5 *Subhaſtatio, & deliberatio nulla eſt.*
6 *Iudex nulliter procedens dicitur agere vt priuatus, non vt iudex.*
7 *Iudex non rite, & recte procedens ſpoliat, & intrat ſpolium.*
8 *Iudicis auctoritas non eximit ab incurſu pœna ciuilis.*
9 *Decretum annullatur etiam ſi excedat in minimo.*
10 *Ratio aſſignatur.*

DEcretum exequutionis A.C. in fauorem D. Tiberii Ceuli contra
1 D. Maluicinum fuit nullum tanquam factum vltra debitum, & conſequenter ex falſa cauſa ſecundum Doct. Bart. in l. fulcimus, §. prætor, ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat. cum allegat. per Ruin. conſ. 160 nu.
2 26. vol. 2. quod procedit etiam ſi ſit interpoſitum, partim vera, & par-
3 tim pro falſa cauſa. Quia eſt indiuiduum, Bart. Caſtren. & alii in l. ſi nó ſortem, §. ſi centum. ff. de condit. indeb. & hanc ſententiam paſſim ſecuta eſt Rota, vt dicitur in deciſione Bubali Salamantina petitionis 9. Maii 1583. in qua aliæ deciſiones allegantur, & vltimo loco reſolutú fuit coram Oradino in cauſa Aſſiſien. ſubhaſtationis 15. Nou. 1596.

4 Ex quibus patet in conſequentiam nullam eſſe exequutionem, ac deinde ſubhaſtationem, & deliberationem, tanquam venien.a radice infecta quoniam omnia proceſſerunt de facto, & non de iure cum iu
5 dex nulliter procedens dicatur agere vt priuatus, & non vt iudex.
6 Card. in clem 1. in § ſi de celebr. miſſ. cum additis per Aym. conſ. 352. n. 3 verſ. & in iſto caſu, ex his concluſerunt Domini intrare ſpolium
7 ad effectum, vt Maluicinus reſtituatur ad priſtinam poſſeſſionẽ, quia iudex non rite, & recte procedens ſpoliat. c. conquerente, de reſtit. ſpoliat. Oldr. con. 223. & influit in quemcunque accipientem poſſeſſionẽ
8 prætextu decreti nulli, quia iudicis auctoritas non eximit ab incurſu pœnę ciuilis. Bar. conſ. 91. n. 4 lib. 1 Anchar. conſ. 133. & conſ. 270. n. 5 Socin. conſ. 158. n. 19 lib 2. Fel. in c. cum cauſa. n. 3. de off. deleg. & eſt materia tex. in l. meminerit, & ibi Doct. C. vnde vi, & idcirco, vel Tiberius teneretur ad reſtitutionem ſi in deliberatione interpoſita eſſet perſona Rubertina, quæ eadem reputatur. l. libertus, ff. ſi quid in fraud. patron. vel reſtituere tenetur ille Rubertus tertius poſſeſſor Fulgoſ conſ. 136. n. 1. & 172. et 190. in fine.

Non obſtat, quod exceſſus videatur eſſe in parua ſumma, cum enim prætenderentur ſc. 1232. fuit obtentũ decretum cũ inde ſequutis pro ſcutis 2236. Quoniam omiſſis pro nunc quæ deducuntur per Maluici
9 num, contra prætenſum creditum, reſpondetur decretum annullari, etiam ſi exceditur in minimo, in allegatione deciſ. Aſſiſien.
10 Et ratio eſt, quia non ſolum conſideratur exceſſus, ſed damnum, ꝙ prouenit debitor ex nulla, et iniuſta deliberatione, et adiudicatione.

Et in hoc caſu tanto magis moti fuerunt Domini, quia fuerunt etiam capta mobilia, et reſiduum pretii deliberationis vltra prætenſã quantitatem, d. Tiberius propria auctoritate recipit de manu curſoris præſupponens aliam crediti cauſam, ex quo patet ſemper de facto proceſſiſſe, et non de iure.

Quicquid autem ſequutum fuit ex decreto nulliter interpoſito etiam facto Maluicini eſt nullum tanquam factum vltra debitum, metu decreti. Alex. in l. a diuo Pio §. in venditione, n. 5. et ibi Iaſ. n. 12. ff. de re iud. et ita fuit deciſum.

R. P. D. CORDVBA.

Beneuentana pecuniaria. Veneris 25. Iunij 1599.

EPITOME.

INſtrumentum non eſt exequendo quando per ſententiam iudicis fuit declaratum nullum.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentũ per iudicis ſententiã nullum declaratũ non debet exequi*

Appel.

2 *Appellare licet ab hac ſententia reo, & actori.*
3 *Cauſa ſemel effecta appellabilis, ſemper remanet appellabilis.*
4 *Non debet exequutioni demãdari inſtrumentum per ſententiam vulneratum, licet cauſa ſit commiſſa cum facultatibus A. C.*
5 *Non vu neratum inſtrumentum conſtito euidenter de iniuſtitia.*
6 *Ad hoc vt dicatur tranſactũ ſuper errore calculi requiritur ante trãſactionem fuiſſe motam quæſtionem ſuper dicto errore.*

1 ROta cenſuit inſtrumentum non eſſe exequendum, quia cum iudex declarauerit nullum fuit per ſententiam vulneratum A, qua
2 cum licet actori appellare, reo etiam a contraria reuocatoria prioris permiſſa eſt appellatio A.C. inde cauſa ſemel effecta appellabilis, ſem
3 per remanet appellabilis, vt fuit reſolutum coram Cantuccio 27. Iun. 1580. in vna Romana Cenſus.
4 Nec oberat, quod eſſet commiſſa cum facultatibus A.C. quia ex deductis ſatis liquebat ipſum quoque non valere exequutioni demandare inſtrumentum per ſententiam vulneratum.
5 Minus obſtat, quod cum ſententia ſit euidenter iniuſta detecta iniuſtitia proceden. &c. ſit exequutiue, quia tunc non vulneratur inſtrumentum ex deciſionibus allegatis, nam dixerunt Domini de tali iniuſtitia non conſtare, quatenus enim ad illam oſtenden. opponebatur non potuiſſe dari de errore calculi, ſuper quo fuerat tranſactũ, & renũciatũ ex l. 1. C. de error. calculi cum ibi notat. Vltra, quod ex aduerſo prætendebatur dictas rationes non fuiſſe legitime redditas cum exhibitione librorum exactis partitis, ſed in confuſo contra Villantiũ tranſ-
6 miſs &c. Huius difficultatis reſolutio pendebat ab eo, An ante tranſactionem fuerit mota quæſtio ſuper d. errore, & illa poſtmodum ſubſequuta prout requirebatur ad effectum, vt diceretur tranſactum ſuper errore calculi, ſecundum gl. in d. l. 1. et plures alleg. in Rom. Bibliotheca 4. Martii 1598. coram Decano, de quo cum non appareat non poteſt dici ſententia notorie iniuſta, vt inſtrumentum non cenſeatur vulneratum per dictam ſententiam, prout fuerat alias tentum coram me in illa Elboren. penſionis 9 Iun. 1591. et ita concluſum, &c.

R. P. D. PAMPHILIO.

Ciuitatis Caſtelli bonorum. Mercurij 8. Nouembris 1589.

EPITOME.

MAndatum de manutenendo concedendum eſt ei, de cuius poſſeſsione conſtat tempore litis motæ, vel paulo ante.

SVMMARIVM.

1 *Datur mandatum de manutenendo ei, de cuius poſſeſſione conſtat tempore litis mota, vel paulo ante.*

2 *In omnem euentum eſt attendenda poſterior poſſeſſio.*

3 *Interdicto ne quis lite pendente in ſua poſſeſſione turbetur tanquam iudicio ſummariſſimo requiritur ſola detentio, & ſtatus tempore litis mota.*

4 *Prædo eſt manutenendus donec diſcutiatur de iuribus ſuis.*

1 DIxerunt Dñi dandum eſt mandatum de manutenendo Heremitas, quia conſtat de eorum poſſeſſione tempore litis motæ vel paulo ante, §. retinendæ, inſtit. de interdict. cum ibi not. Bar. in l. 1. §. fi. ff. vti poſſidetis. Adeſt enim inſtrumentum publicum poſſeſſionis captæ, l. prædia, vbi Bar ff. de acquir. poſſ. cum recognitione colonorum, ac actuali fructuum perceptione. Affl. dec 325

Non obſtat anterior poſſeſſio DD. de Vitellis, quia præter id, quod nõ fuerunt expulſi coloni, neq. adeſt aliqua recognitio, prout requiritur Bal. conſ. 330. n. 6. li. 1. Alex. l. qui vniuerſas, § quod per colonum, de acq. poſſ. Put. dec. 460. n. 5. lib. 2. cum alijs alleg. quia fuit reſponſum quod ipſi habuerunt ſe pro ſpoliatis, vt deducitur per informantes pro Heremi-
2 tis, & in omnem euentum eſt attendenda poſterior poſſeſſio actualis monaſterij, quia cum vertemur in iudicio ſummariſſimo interdicto,
3 ne quis lite pendente in ſua poſſeſſione turbetur reſpicitur ſola detẽtio, & ſtatus tempore litis motæ. Caſtr. lib. 2. conſ. 3. n. 2. Couar. pract. quæſt. c. 27. n. 5. etiam quod alias poſſeſſio eſſet ſpoliatiua. Caſtr. in l. A-
4 quilius regulus, n. 5. de donat. quia donec diſcutiatur de iuribus ſuis etiam prædo eſt manutenendus. Palæot. dec. 120. & late deductũ fuit 16. Decemb. 1588. in cauſa Romana Palatij coram Penia.

De tutela teſtamentaria. Cap. XVIII.

1 *Forma tutela teſtamentaria.*

2 *Requiſita qua ante adminiſtrationem tutela accedunt.*

3 *Tutor teſtamentarius non tenetur ſatiſdare.*

4 *Tutor quando eſt liberatus à teſtatore quõo eſt dicẽdus in illius tutela*

5 *Aditio hæreditatis paterna, quomodo ſit ſcribenda.*

6 *Tutor non debet adire hæreditatem ſine pupillo.*

1 COnſtitutus coram Magnifico Domino N. Iudice, &c. A. qui eidem Domino Iudici expoſuit nuper B. vita occobuiſſe condito ſuo teſtamento manu N. notarii publici ſcripto in quo M. & N. eius filiis ipſus A. tutorem reliquit: propterea ipſe A. petiit ab eodem iudice

iudice tutelam ipſam ſibi decerni eodem ·ig tur iudice tutelam ipſam decernente, & confirmante idem A. promiſit mihi notario ſtipulanti, & recipienti vice, & nomine dictorum pupillorum, & corporaliter iurauit tactis, &c. ad Sancta Dei Euangelia vtilia ipſis pupillis facere, & inutilia prætermittere, ipſorumq. res, et bona, ac perſonas ad commodum, et vtilitatem ipſorum bona fide cuſtodire, et ſaluare inuentarium de rebus eorum conficere, et adminiſtrationis ſuæ rationem tempore debito reddere cum integra reliquorum reſtitutione, &c.

2 Hæc omnia prædicta requiſita probatur in l. qui tutor repertoriũ, ff. de adminiſtr. tut. Guido pap. q. 330. n. 2. & 3. & ſeq. ſcilicet, quod ante quam tutor accedat ad adminiſtrationem tutelæ omnia prædicta re-
3 quiſita faciat, exceptio, quod cum tutor teſtamentarius ſit non tenetur ſatiſdare, quia illius fides approbata eſt a teſtatore, vt in §. hoc nõ eſt perpetuum inſtit. de ſatiſd. tut. et cur. et ibi Ang. Aret. ſub nu. 1. Hoc amplius nota, ꝙ ſi teſtator liberauit, et abſoluit tutorẽ a redden
4 da ratione, tunc non fecit eũ iurare de reddẽda ratione, ſed poteſt illa verba, inuentariũ de rebus eorũ facere rationẽ vero adminiſtrationis reddere, cũ ab ea fuerit abſolutus a teſtatore non aliter, quam de iure debuerit teneatur, & ꝙ teſtamentarius tutor non teneatur præſtare ſi de iuſſionẽ vltra prædicta habetur per ſpecul. in §. ſi tutor in 3. p. lib. 1 tit. de tutore, cautus etiam debet eſſe notarius, ꝙ in aditione hęredita tis facienda per pupillũ, ſiue illius tutorem: ſiue ſimpliciter, ſiue aliter
5 adeatur, ne ſcribat M. & N. ſcientes hæreditatem patris eis delata hę reditas dicitur quã quis adeũdo conſequi valeat, l. delatã, ff. de verb ſi gnif. & fil. famil. non poteſt adeundo acquirere patris hæreditatem cũ dominus cenſeatur etiã viuo patre, et adminiſtratio ſola tranſire videtur in filiũ, ſed ſcribat notarius, ꝙ M. et N. & filii B. ſcientes patrẽ defunctũ, et ipſos ſuos hæredes eſſe hæreditati paternæ ſe immiſcuerũt. Iaſ. in l. qui putat, ff. de acquir. hæred. n. 20. licet Bal. in l. potuit q. 7. C. de iur. delib. dicit hoc eſſe ridiculũ, quoniã verba impropria accipien da ſunt, vt actus valeat. Ad tollen. igitur oẽm dubietatẽ remediũ eſt ꝙ poſt verbũ adiuit, ſeu adiuerunt adiiciatur, & ſe immiſcuit, ſeu immiſcuerunt, nam propter hoc verbũ, ſubſtinebitur, vt patet ex dictis, per
6 Alex. conſ. 126. Viſo proceſſu, lib. 9. Supereſt etiam dicere, ꝙ ſolus tutor non debet adire hæreditatem ſine interuentu pupilli, cum vtriuſque voluntas, & conſenſus requiratur, vt per eundem Iaſ. in l. pro hærede, n. 10. ff. de acquir. hæred. An autem iudex poſſit dare tutorem etiam rebus extra ſuam prouinciam exiſtentibus, vide Bar. in l. propter §. qui ſe n. 2. ff. de exc. tut. & in l. 1. n. 9. ff. de tut. & cur. dan.

Alia forma legitimæ tutelæ.

MAgnificus D. Iudex donnam A. matrem B. pupilli filii q. T. in ipſius præſentia conſtitutam eiuſdem B. tutelam petentem, & affectan-

tem, cum eadem tutela ſibi ſecundum iuris ordinem deferatur,& ipſa ſit in ea cęteris præferenda, eidem B. pupillo tutricem conſtituit, et deputauit, illiuſq. perſonę, et bonorum adminiſtrationem decreuit dicendo eidem, et ter replicando eſto tutrix d. B. vtilia pro eo facito, et inutilia prætermitto, et ita eadem donna A. facere promiſit, ipſiuſque res, et bona ad commodum, et vtilitatem ipſius pupilli bona fide cuſtodire, et ſaluare inuentarium de rebus ipſius fideliter conficere, et adminiſtrationis ſuæ rationem tempore debito cum integra reliquorum reſtitutione reddere, et pro eo quod ſic faciet ibidem præſens N qui ſciens, &c. ſpõ:e, &c. pro d. dõna A. acceſſit, et promiſit vti principalis, principaliter, et inſolidũ acceſſit, quẽ præſentẽ eadem donna A. promiſit releuare indemnem, ita quod, &c. alias, &c. pro quibus omnibus, &c. renuncians d. donna A. ben. ſen. conſ. velle, & ſecundis nuptijs et omni alii legum auxilio, de quibus iuribus, et ll. auxilijs præfata donna A. fuit per eundem D iudicem ad plenum certificata, ſuper quibus præmiſſis præfatus D. iudex ſuam, et dictæ ſuæ curiæ, auctoritatem interpoſuit, ſuppletis, &c. ſuper quibus, &c. Actum, &c.

De tutela quæ datur ad inſtantiam Matris. Cap. XIX.

1 *Alia forma tutelæ, quæ datur ad inſtantiam matris ſecundo nubentis*
2 *Mulier, quæ tranſiuit ad ſecunda vota an per mortem ſecundi viri recuperet tutelam.*

1 CОram, &c. iudice, etc. perſonaliter conſtituit ſe d. A et inſtanter B. et C. filiis ſuis habitis ex q. I. ſuo viro, dari P. proteſtando ſe velle nubere, et tutelam deferre, qui magnificus D. iudex, etc. inquiſitione præmiſſa, d. P. promittente, et iurante mihi notario nomine dictorum pupillorum ſtipulanti vtilia agere, et inutilia prætermittere, et pupillaria bona ſaluare, atque defenſionem legitimam facere, et ſine mora ſuſcipere dictam tutelam decreuit, ac ipſum tutorẽ cõſtituit. Reliqua extende vt ſupra, excepta dicta renunciatione mulieris.

2 Quid ſi mulier per tranſitum ad ſecunda vota amiſerit tutelam, et mortuo ſecundo viro velit eam recuperare, quæritur an poſſit, et videtur quod ſic, re integra, ſcilicet ſi pueri tutorem non habeant. ſecus ſi tutorem habent, quia iura ſemel perdita iterari non debent, vt per ſpecul. in §. nunc dicendum de anomalis tutoribus in 3. par. lib. 1. de tutore, ſuo anomalis tutoribus.

De anomalis tutoribus. Cap. XX.

1 *Aliqua referuntur de anomalis tutoribus.*

Mater

2 *Mater, & Auia non coguntur tutelam ſuſcipere.*
3 *Nec admittuntur ad tutelam niſi præuia confirmatione iudicis.*
4 *Promiſſio tutoris de ſuſcipiendo defenſionem pupilli neceſſaria videtur*

1 CVm aliqua dixerimus de tutoribus teſtamentarijs legitimis, & datiuis, nunc aliqua dicenda erunt de anomalis tutoribus, pro quorum intellectum dico, quod tutela anomala, ſeu extraordinaria eſt, ſcilicet matris, aut auiæ dicitur autem anomala, quia non eſt teſtamentaria, neque legitima, neque datiua teſtamentaria nō eſt, quia lex prohibet feminam dari tutricem in teſtamento, vt ff. de teſtam. tut. iure noſtro, cum ipſa cognata non autem agnata dicatur, cum ſit per femineum ſexum coniuncta; ergo non eſt legitima, vt ff. vnde cognati l. 1. in tantum, quod ſi eſt data non habet ius conſtituendi actorem, nec vide-
2 tur poſſe adminiſtrare: ſi enim dari poſſet, cogeretur inuita tutelam ſuſcipere, ſed ei permittitur ſi vult, vt C. quando mulier tut. off fun. aut matri, aut auiæ, in tantum, quod mater, vel auia, vt dixi, dari non po-
3 teſt à marito tutrix in teſtamento filio, vel nepoti, cū ſit vtile officiū, vt ff de tut. l. tutela, & propterea requiritur, quod ſit confirmata, ſeu decreta a iudice, vt in l. fi C. de cur. fur. & in l. fi. C. de confirm. tut.

Illud quoque non eſt prætereundum in hac tutelę materia, quod tutius eſt apponere, prout appoſui, quod tutor promittat defenſionem pu-
4 pilli, ſeu pupillorum ſine mora ſuſcipere, vt tenet Bar. in l. legitimus, circa finem prin ff. de leg tuto. vbi dicit, quod per hoc vidit iam multas tutelas caſſari eo, quia in inſtrumento non erant appoſita illa verba obligatoria ſuſceptionis d. defenſionis, tamen Bal. in d l. legitimos in §. omnem tenet, quod non ſit neceſſarium, quod formaliter apponantur dicta verba, ſed ſufficiunt æquipollentia, per quę in effectu promittitur ſpecialis defenſio pupilli, ſed quo ſufficiant illa verba obligatoria de vtilia faciendo, vt per Iaſ. in l. prætor ait ff de ope. no. nun. n. 9. quia iura magis conſiderant effectū, quam formam verborū, tñ ex dictis Iaſ patet, quod dec Bart. eſt cōiter approbata, vt ibi in fi ex rationibus ibi relatis, ſcilicet quod talis promiſſio explicite eſt de forma: ex quo nota, quod vbicunque lex aliquo actu, pro forma requirit aliquod expreſſum verbis, quod non ſufficit illud adimplere verbis generalibus, quamuis videantur æquipollentia, vt ibi num. 10 in princ. quod volui hic dixiſſe ad rememorandum notariis, quod ad tollendum cauſam dubitandi clauſulam, ſeu promiſſionem hanc omittant.

De conſtitutione actoris.

1 *Forma conſtitutionis actoris.*
2 *Tutor non poteſt conſtituere actorem ante conteſtationem litis.*

Secus, aut minor cum præſentia tutoris, & decreto Iudicis. Cap. XXI.

1 CORam, &c. Tutor P. cuius negocia impeditur agere, quia abeſt, debet, vel infirmus ſit, ſponte, &c fecit, & cõſtituit B. actorem, & defenſorẽ ad gerendũ, & ad miniſtrãdũ negocia d. P. pupilli in iudicio & extra, & ſpecialiter in cauſa quam d. pupillus habet cum N. vt eius periculo adminiſtret, recipiat, & exerceat actus omnes, & quicquid p eum factum fuerit firmum, & ratum perpetuo fore promittit, ad quæ omnia iudex interpoſuit decretum, ſuamq. interpoſuit auctoritaté. Et
2 licet tutor ſeu curator nõ poſſit in cauſis pupilli, vel adulti procuratorẽ, ſeu actorẽ ad lites conſtituere ante litis conteſtationem, vt per Specul. in §. contra actorem, in 3. p. lib. 1. nu. 4. de acto. conſtit. tamen bene poſſunt ipſi minores cum tutoris auctoritate hoc facere, vt ibi. Si autem tutor infirmitate, vel alia iuſta cauſa impeditus tutelam adminiſtrare nequit: vt fortunarum ſuarum periculum euitet, iudicis decreto actorem conſtituat, iux. tex. in l. ſi actor. C. de app.

De inuentario conficiendo a tutoribus. Cap. XXII.

1 *Tutores inuentarium conficere tenentur.*
2 *Forma inuentarij.*
3 *Requiſita in confectione inuentarij.*
4 *Conſuetudo attenditur in confectione inuentarij.*

2 TVtores ſiue teſtamẽtarii, ſiue datiui ſit, antequã legitime adminiſtrare valeãt, inuentarjũ rerũ, & bonorũ hæreditatis conficere tenẽtur, vt p Bar. in l. tutor qui repert. ff. de admin. tut. cuius forma talis eſt.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amẽ. &c.

1 TVtor conſtitutus, & decreto iudicis confirmatus Seio pupillo, & hæred. q. B. vt patet inſtrumento eiuſdem tutelæ manu mei notarii ſcripto, cum ob doli culpam euitandã, omniſque fraudis ſuſpicionem tollendam, & ne bona pupillorũ, vel minorum lapſu temporis depereant, tutores de bonis ipſorum inuentariũ conficere teneantur ſecundum legitimas ſanctiones. Ideo in Dei nomine præſens inuentarium, mox poſtquam fuit conſtitutus, & confirmatus, de rebus creditis, & debitis, atque nominibus debitorum hæreditatis dicti q. B. & ipſius pupilli ſub anno, & c. die, & c. præmiſſo venerabilis ſanctæ crucis ſignaculo fecit. In primis dixit & aſſeruit, ſe in hæreditate prædi-

cta inueniſſe duo ſcrinia, tot vegetes, tot men ſuras bladi, & tot vini, ſecundo immobiles, puta domos, & poſſeſſiones, terras, per loca quæ deſignentur, tertio, & vltimo credita, & debita dicens, & proteſtans idem tutor, ꝙ quæcunq. alia de cætero, & de bonis d.q.B. ſeu ipſius pupilli ad ſuam notitiam peruenerint, omnia illa manifeſtabit, & huic inuentario per meã, vel alienam manum faciet fideliter inſcribi; Formã alterius inuentarii rerum, & bonorum hæreditatis, quæ aditur cũ beneficio l. & inuentarii, habes in meo libello praxis iudicialis A. C. ad quam recurre, & melius ad Specul. in 2. p. lib. 2. §. dicto, nu. 21. de edition. inſtrum. & magis ple ne habes per Bal. de qua infraſcripta forma cuius requiſita ſingulatim, pro maiori illorum intellectu hic enume-
3 ro. Primo ſcilicet, quod inuentarium inchoetur infra triginta dies, à die ſcientiæ hæredis hæreditatem fuiſſe delatam. Secundo, quod perficiatur infra ſexaginta dies, quando res ſunt in eodem loco. Tertio, quod deſcribantur res mobiles, & immobiles, & perfecto inuentario hæres faciat proteſtationem, quod hæres in inuentario faciet deſcribere reliqua bona, prout in ſupradicto inuentario dicitur. Quarto, quod inuentarium ſcribatur manu publici notarij. Quinto, quod creditores hæreditarii citentur ad videndum fieri inuentarium pro certis die, loco, & tempore. Sexto, quod hæres ſe ſubſcribat, & quod omnia legaliter fecit ſine dolo. Septimo, quod in principio ponatur ſignũ Crucis. Octauo, requiritur præſentia teſtium. Nono, quod teſtes co-
4 gnoſcant hæredem (licet hæc omnia de iure requirãtur) tamen de cõſuetudine non ſeruantur tot ſolemnitates, alias vix poſſet fieri inuentarium, cum tot, & tantis iuris requiſitis. Ideo ſufficit inuentarium fieri ſecundum conſuetudinem loci notariorum, in quo fit inuentarium, vt tradit Iaſ. in l. ſumus iam. C. de iure delib. per totam, quoniam ſi de conſuetudine regionis ſit, quod non fiat inuentarium, cum tot iuris requiſitis, non videtur in culpa conſuetudinem ſeruans. Specul. lib. 2. in §. dicto. ſub num. 8. de inſtrum. editio.

De Aditione hęreditatis. Cap. XXIII.

1 *Forma aditionis hæreditatis cum benef. l. & inuentarij, vna cum inuentario, de qua in tractatu Bal. de Peruſio.*

2 *Vtilitas qua habetur ex confectione inuentarij.*

1 CONſtitutus Lucius Caij ciuis Peruſinus coram ſapienti D. Ioanne Baptiſta iudice Communis Peruſij ſuper his, & aliis legitimis actibus conſtituto per D. Epiſcopum pro tribunali ſedente in tali loco in qua ciuitate, & territorio ſunt facultates, & bona, & maior pars hęreditatis d. Caii, dixit, & expoſuit, dictum Caium dęceſſiſſe condito teſtamento ſcripto manu Alexandri notarii, in quo teſtamento

ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit prædictū Luciū. Vnde cū cognoſcat, ad eū d. Caii hæreditatem ex teſtamento inſolidum deuolutā, dubitans an dicta hæreditas ſit ſoluendo, nec ne, nolens prædictam Caii hæreditatem inconſulte, ſed legis conſilio ipſam hæreditatem quærere; ne creditoribus, & legatariis vltra vires hæreditarias teneatur, cum benefic. legis. & inuent. ipſam hæreditatem acceptauit, & ipſi hæreditati ſe immiſcuit, & ad hoc, vt inuentarii beneficium à iure cóceſſum, & illæſum, & integrū reſeruetur, petiit vocari, & citari omnes & ſingulos creditores, & legatarios, & omnes quorum intereſt, vel intereſſe etiā poteſt. ꝙ ſi eſt aliquis, vel aliqui, qui credant ſui intereſſe, ꝙ certo termino arbitrio d. D. Iudicis moderando debeant corā d. iudice in d. loco cōparere, ad viden. inuentarii inchoationem, & eius perfectionem, & confectionem ad opponen. & contradicen. quicquid volunt, & poſſunt, quare dictum inuentarium fieri non debeat, vel nō poſſit, etiam peremptorie; alias à d. termino in antea præcedēti ad inchoationem, & perfectionem d. inuentarii, eorum, & cuiuſq. ipſorū abſentia, & contumacia non obſtante, & ſpecialiter. & nominatim petiit citari A, B, C, D. creditores, quatenus in d. termino, & peremptorie compareāt legitime ad omnia & ſingula ſupradicta; alias procedetur vt ſup. Qui d. iudex, viſo d. teſtamento, & d. aditione hæreditatis, & audita petitione d. hæredis, cōmiſit tali nuncio præſenti; & intelligenti, quatenus in d. termino, et peremptorie ex ſui parte, et mandato citet dictos A. et B. legatarios, et dictos C. et D. creditores, et quemlibet eorum ſpecialiter et nominatim perſonaliter. ſi eos perſonaliter inuenerint, alioquin ad domum eorum, et cuiuslibet eorum ſolitæ habitationis, et generaliter omnes qui ſe opponere voluerint, et ſua putauerint intereſſe, quatenus in d. loco, die tali debeant per ſe, vel ſuos procuratores, et legitime, et peremptorie comparere, alias procedetur ad inchoationem, et confectionem d. inuentarii eorū, et cuiuslibet eorum contumacia non obſtante, et ſchedulam portet, et dimittat, et d. D. iudici referat more ſolito. Die tali, etc. d. nuncius iens, et rediens retulit ſe viuo mandato d. D. iudicis citaſſe prædictos ſuperius nominatos, videlicet A, et B, perſonaliter C, et D. eorum domui ſolitæ habitationis, et in contumacia d. Caii teſtatoris, et in aliis locis publicis d. ciuitatis Peruſii, et generaliter omnia alia feciſſe. et dixiſſe, quæ habuit in mandatis, et hæc ad petitionem d. Lucii præſentis, et petentis. Die tali, etc. in termino ſupradicto d. Lucius comparuit coram d. D. iudice, vt ſup. pro tribunali ſedente, præſentibus honorabilibus viris B. Steph. et Am. ciuibus d. ciuitatis notis, et honeſtis, et immobilia poſſidentibus, et omni exceptione maioribus adhibitis, vocatis, et rogatis loco creditorum, et legatariorum abſentium, et DD. Franciſ. et Iac. omnibus teſtibus adhibitis, vocatis, atq. rogatis per d. hęredem, et ſcripti inuentarii ſint teſtes, et petiit primo interrogari per d. D. iudi-

Iudicem d.teſtes ſuo iuraméto: ſi poſſideant idoneam ſubſtantiam in d.ciuitate Peruſina,& ſi cognouerat d.Caium teſtatorem,&ſi cognoſcunt præfatum hæredem, et ſi ſunt locupletes,fide digni,bonæ conditionis, et famæ. Qui D.Iudex d. petitione audita, interrogauit dictos teſtes, prius eis delato,et præſtito iuramento ſuper præmiſſis, qui teſtes,et quilibet eorum de ſeipſo,et de aliis conteſtib.aſſeruerūt agnouiſſe d.teſtatorem, et cognoſcere d.hæredem, et ſe poſſidere immobilia,et eſſe bonæ conditionis,et famæ,et habuiſſe notitiam de facultate teſtatoris. Poſtquam immediate d.D.Iudex interloquendo pronunciauit dictos teſtes fore idoneos ad viden.inchoationem,proſequutionem,et perfectioné d. inuentarii, et hoc ad petitionem d.heredis præſentis, et petentis, et non comparentium contumaciam primitus, et ante omnia legitime accuſantis. Poſtquam immediate d.hæres volés ad inchoationem d. inuentarii procedere,et pro principio,et præambulo d.inuentarii fecit propria manu venerab.le ſignum ſanctæ Crucis:Item dixit ſe eſſe, et inueniſſe in d. hæreditate res infraſcriptas. In primis vnam domum confinatam, et item vnam cultricem de ſerico, et alia reliqua,&c. et hoc præſentibus, et videntibus, ac intelligentibus dictis teſtibus adhibitis, et rogatis, D. Iudex mandauit dictis teſtibus, ꝙ debeat intereſſe, vſq. ad conſummationem d.inuentarii.Poſtquam incontinenti P.legatarius coram prefato D. Iudice comparuit, et proteſtatus fuit,ꝙ ſuum legatum ponatur in inuentario. Item comparuit N.creditor, et proteſtatus fuit ꝙ ſuum creditum ponatur in inuentario,et hoc præſente d.hærede et dicente, et proteſtante d.legatario,et creditori,ꝙ oſtendant iura ſua,et ꝙ eſt paratus ponere in inuentario, quatenus de iure poni debeant,alias non. Principiato itaq. inuentario(elapſo primo menſe) duo menſes ſunt ad perficiendū:Modus ergo illius perfectionis eſt iſte. Exiſtés d.Lucius hæres coram d. D.Iudice pro tribunali ſedente,vt ſupra volens d.inuentarium proſequi,et finire,petiit vocari, et citari creditores,et legatarios d.Caii,et generale proclama fieri, ꝙ ſi eſt aliquis,vt ſupra. Die tali &c.in dicto termino comparuit d.Lucius,et citatorum non comparentium contumaciam accuſauit Poſtquam immediate infraſcripta bona tanquā hereditaria hereditatis d. Caii d. hæres inſeruit. Talem vineam, item vnum inſortiatum,et reliqua,&c. Proteſtans,ꝙſi qua per errorem poſuit non ponenda, ex nunc eleuat in d. inuentario, et ſi qua per erroré omiſit ponere,cum ad notitiam eius peruenerint, ponet, et hoc præſente d.D. Iudice,et dictam proteſtationem admittente in quantū de iure teneatur, et debeat, poſtquam incontinenti d. Lucius ſe ſubſcribat,ſi ſcit literas,ſi autem neſciat,dicat ſe neſcire.Subſcriptio heredis hæc eſt:Ego Lucius heres ex teſtamento Caii patris mei,cum beneficio l. inuentarii predictum inuentarium incepi, et perfeci bona fide, et ſine fraude, teſte mihi exiſtéte venerabiliſſimo ſigno S.Crucis, ꝙ pro-

propoſui ſuper ſcriptis,& ſubſcriptis teſtibus,& a me adhibitis,& rogatis ſecundum formam iuris,ſi hęres neſcit ſcribere,alius ſubſcribat pro eo in prima, vel in tertia perſona modo prædicto.Subſcriptio teſtium hæc eſt.Ego Mar.teſtis vocatus,adhibitus, & rogatus a d. Lucio hærede, & a dicto D.Iudice, vt ſupra ſedente,in locum maxime creditorum,& legatariorum abſentiũ ſubſcribo me,&iuramento pręſtito corporaliter ad Sancta Dei Euangelia,&per dictum venerabilē ſignum crucis iuro,dictum inuentarium ſecundum conſcientiam meā eſſe inceptum,& perfectum a d.hęrede me pręſente bona fide,& ſine fraude,& me omnia vidiſſe, a principio vſq.ad finem, & non eſſe conſcium alicuius malignitatis (ita iuuet me Deus) & hæc ad ſancta Dei Euangelia,&aſſero me cognouiſſe dictum teſtatorem,&dictum hæredem,& me immobilia poſſidere. & eadem forma cæteri ſe ſubſcribāt, & ſi omituntur illa verba in locum,&c.& non eſt vis,quia præſumũtur coram iudice omnia ſolemniter acta.Quibus omnibus,& ſingulis ſic peractis,dictus D. Iudex(vt ſupra) pro tribunali ſedens ſuam,& d. ſuæ curiæ auctoritatem, & decretum interpoſuit. Et ſi vis quod nihil obijci poſsit, citentur de nouo citandi ad veniendum,& opponendũ, quare non debeat pronunciari inuentarium legitime confectum ,& quare non debeat ſuper eo interponi decretum. Quo facto iudex pronunciet inuentarium legitime confectum.Argum.l tutor a patruo, ff. de confir. tuto. Sequitur videre de ſubſcriptione notarij hoc modo. Ego N. notarius, &c. & nota,quod vbi ſunt duo notarii, non videtur neceſſarius aliquis teſtis pro reſcripto,§.ſi vero abſunt,in auct.de hæred.& falcid.ſed tres teſtes loco creditorum, & legatariorum abſentium ſemper ſunt neceſſarii.

2 Vtilitates autem, quæ habentur ex aditione hæreditatis,& confectione inuentarii,ſingulatim enumerātur per Iaſ.in l.fi.§.& ſi præfatā C.de iure delib. ad quem pro illarum intellectu recurrere poteris.

De repudiatione hæreditatis.

Forma repudiationis hæreditatis.

ARnoldus filius q.B.coram ſpectabili viro D.N.Iudice conſtitutus,qui hæreditatem d.q.B.ſui patris ſibi ex paterno teſtamento delatam, vel ad ſe ab inteſtato ſpectātem ſibi veriſimiliter credit eſſę damnoſam , ne a creditoribus ipſius hæreditatis pulſetur in aliquo, ſeu grauetur,omnimodo ſe ab eadem hæreditate abſtinuit, & eam,ac omne ex ea,commodum, & incommodum penitus recuſauit. Si vero extraneus hæres , eam repudiat , ſic dices .

Arnoldus filius P. hæreditatem B. ſibi ex teſtamento ipſius B. delatā veriſimiliter exiſtimat ſibi fore damnoſam . idcirco conſtitutus corā

Magni-

Magnifico D. Iudice,&c. ipſam hæreditatem omnino repudiat, ac omne ex ea commodum, & incommodum penitus recuſauit, & recuſat.

Nota, quod abſtinere, & immiſcere eſt proprie ſuorum hæredum. Repudiare autem, & adire eſt extraneorum, vt inſtit. de hæred. qualit. & diffe. §. in extraneis, C. de iure delib. ſuper rubrica.

De curatore dato in teſtamento.

Forma confirmationis curæ datæ in teſtamento.

IN Dei nomine, Amen, &c. Coram, &c. Hieronymus, &c. qui expoſuit eidem D. Iudici (vt ſupra) pro tribunali ſedente, qualiter diebus proxime elapſis vita occubuit q. Stephanus, &c. ſuo condito teſtamento in quo ſibi hæredem inſtituit Danielem eius filium legitimum, & naturalem in pubertatem conſtitutum, cui reliquit curatorem ipſum Hieronymum, prout continetur in teſtamento manu publici notarij rogato, ad effectum validitatis ſibi commiſſæ curæ, & omnium per eũ gerendorum, petiit ab eodem D. Iudice, vt ſupra, pro tribunali ſedente dictam eius curam ſibi confirmari, & quatenus opus ſit, eam de nouo decerni, offerens ſe paratum dictam curam, & defenſionem perſonæ, & iurium ipſius Danielis ſuſcipere, aliaſque, & alia facere ad quæ de iure tenetur. Qui Magnificus Dominus Iudex, vt ſupra, pro tribunali ſedens, habita plena informatione de tenore teſtamenti dicti q. Stephani, in quo idem Hieronymus fuit curator deputatus dicto Danieli, ipſum quidem Hieronymum in curatorem confirmauit, & quatenus opus ſit dictam curam perſonæ, & adminiſtrationem bonorum d. Danielis decreuit, dicendo eidem Hieronymo, & ter replicando eſto curator, & alias prout in ſupradicta forma tutelæ datiuæ, quam reaſſumere poteris, & ſequere de verbo ad verbum, prout in ea mutatis mutandis.

De Curatore dando ventri. Cap. XXIIII.

1 *Forma curæ datæ ventri vxoris.*
2 *Mater an ſit admittenda ad curam filij.*

1 SI vero datur curator ventri vxoris, & bonis, ſeruetur formæ tutelæ, quæ datur ab inteſtato, præuia expoſitione facienda coram D. Iudice, vbi mulier narret virum ſuum deceſſiſſe ab inteſtato ipſa relicta prægnante, prout ex apparentia corporis videre eſt, & vt informanti poteſt ipſe iudex ab obſtetrice, & aliis mulieribus ibidem præſentibus, & prædicta vera fuiſſe, & eſſe affirmantibus

&

& ne bona relicta per dictum ſuum virum, damnum patiantur defectu legitimi adminiſtratoris, & etiam pro conſeruatione iurium ipſius vxoris, ne ex negligentia ſibi in aliquo præiudicetur, petit ventri ſuo decerni curatorem.

Qui Magnificus D. Iudex intellectis, & auditis ſuperius expoſitis per ipſam d. mulierem conſtit, ſibi expoſita per eam vera fuiſſe, & eſſe, tam per apparentiam corporis ipſius, quam per informationes ibidem receptas a tali obſtetrice, necnõ à B. & F. affinibus ipſius mulieris ibidem præſentibus, & ſuo iuramento per eas præſtito in manibus ipſius d. Iudicis, dictum curatorem, ſcilicet N ibidem præſentem, & onus huiuſmodi in ſe ſua ſponte ſuſcipientem, eidem ventri, & bonis prædictis deputauit reliqua extende prout in alia tutela, quę ſuperius habetur ab inteſtato: ſed numquid Mater ad curam filij vocari, cum

2 ad illius curam vocetur, & videtur, quod non; quia officium virile eſt, vt C. quando mu. tit. off. ſu. poteſt, l. 1, vnde cum ſola tutela his mulieribus concedatur, non debemus ei concedere curam, argum. extra de transl. inter corpor. extra de deci ſed dic contra, vt per Specul. in ſi. cum autem, col. 2, eod. tit. verſ. ſed numquid.

DE CVRATORE DANDO BONIS FILII FAMIL.

Forma curæ quæ datur bonis filij fam.

IN Dei nomine, Amen. &c. Coram, &c filius Frãciſci dixit, & expoſuit eidem D. Iudici, vt ſupra, pro tribunali ſedenti, ꝙ licet ipſe Iacobus plura, & diuerſa bona habeat ad ipſum diuerſimode ſpectantia, quorũ adminiſtratio de iure ſpectat, & pertinet eidem Franciſco ſuo patri, tamen ipſe Franciſcus ea negligit, nec conſeruare permittit, neque ea ſtudioſe (vt bonum docet patrem fam) gubernare intendit, in maximũ ipſius Iacobi, & bonorum prædictorum detrimentum; Qua propter inſtanter petiit, & requiſiuit ab ipſo D. Iudice, vt ſup. pro tribunali ſedente, quatenus velit, & debeat d. bonis dare curatorem, ſcilicet Chriſtophorum patruum ipſius Iacobi germanum fratrem dicti Franciſci ne bona ipſa tendant in ſiniſtrum. Qui D. Iudex, vt ſup. pro tribunali ſedens, attendens requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & rationi conſonam, vocato prius ad ſe d. Franciſco, qui pręuia Iudicis interrogatione reſpondendo, dixit, & penitus recuſauit coram ipſo, & omnibus aliis ibidem aſtantibus dicta res, et bona prædicti Iacobi: ad illius, et bonorum ſuorum indemnitati conſulendum, et ei de opportuno remedio prouidendum, eundem Chriſtophorum ibidem præſentem, et onus huiuſmodi ſponte ſua ſuſcipientem, in curatorem d. bonis dedit, conſtituit, et deputauit, ac adminiſtrationem dictorũ bonorum ei decreuit. Qui Chriſtophorus ſic vt ſupra deputatus promiſit eidẽ D. Iudici

dici, & ipſi Iacobo præſenti,&c.d.bona cum ea qua decet conuenien tia gubernare, & adminiſtrare,illaq. & illorum iura,ac ipſum Iacobũ indefenſa, & indefenſum non derelinquere,illorumq.inuentarium fideliter,& ſine dolo conficere,aliaſque,&alia facere,ad quæ de iure tenetur,& pro eo,quod ſic faciet ibidem præſens extendantur reliqua prout in ſupradictis,& aliis formis, mutandis mutatis.

Et cum plura dixerimus de tutoribus, & curatoribus ſupradictis, aliqua alia etiam viſum eſt referre de deputationibus curatorum,& actorum ad lites agitandas, quæ licet in mea iudiciali praxi,ſub c.52. lib.1.ſatis diffuſe explicata fuerint,tamen non inutile, pro minori partium diſpendio,& labore hic repetere cenſui.

DE DEPVTATIONE CVRATORVM, ET ACTORVM ad lites. Cap.XXV.

1 *Citatio pro obtinẽda exequutione in bonis debitoris,qui in curia obijt nullis relictis hæredibus qui citari poſsint.*
2 *Decretum in huius citationis.*
3 *Poſt primam citationem ſit alia ſimilis citatio per duos curſores.*
4 *Poſt hanc ſecundã citationem fit citatio per affixionem,iuxta formã decreti.*
5 *In termino citationis quarto ꝓ quarta dilatione, curator hæreditati iacenti deputatur.*
6 *Deputato creditore, contra eum,æque ac contra principalem proceſſus firmatur.*
7 *Si eſt inſtitutus certus hæres in teſtamento defuncti,qui abſit ab Vrbe proceditur modo antedicto,ſed curator illi hæredi certo,non autem hæreditati iacenti deputatur.*
8 *Quomodo procedendum erit contra hæredem minorem.*
9 *Si hæres eſt infans, non poterit citari, & quare.*
10 *Qui citari debent, quando hæres infans eſt, & quomodo.*
11 *Infanti proximior aliquis in actorẽ eligitur, & plura requiſita circa hanc deputationem.*
12 *In omnibus prædictis caſibus mandatum contra bona defuncti decernitur.*
13 *Si curator non eſt generaliter deputatus ad omnes cauſas,alij creditores proceſſum contra eum formare nequeunt.*
14 *Deputatur aliquando curator furioſo, & quomodo; & quæ neceſſario verificanda ſunt.*
15 *Deputatio curatoris bonis mercatoris decocti.*

1 SI quis habet debitorem,qui hic in Romana Curia decedat, nullis relictis hæredibus, qui citari poſſint ad effectum habendi exequutionem

tiorem contra bona, ita proceditur. Citentur hæredes ſint, velineq. D.N. ad comparendum legitime, & acceptandum, vel refutandum hę reditatem prædicti q. N. alias videndum deputari curatorem illius hę reditati iacenti primo pro prima dilatione ad primam diem. Citatio hęc datur curſori, qui facta diligentia de reperiendo hęredes domi in qua d. q. N. mortuus fuit in vicinia, & alijs locis publicis, & de hoc re
2 latione facta, iudex committit hanc diligentiam per duos curſores fa-
3 ciendam; quo facto fit alia ſimilis citatio, & traditur eidem curſori, qui vna cum alio curſore diligentiam facit; & ſubinde ambo referunt feciſſe diligentiam, & non inueniſſe, vt ſupra; ſequuta hac diligentia per duos curſores, iudex decernit proceſſum per affixionē ad valuas Curiæ, & domicilij defuncti, ſi illud habebat, ſin autem per affixionē ad valuas curiæ, & acie Campi Floræ. Poſt hæc fit alia citatio in hunc
4 modum. Citentur per affixionem ad valuas Curiæ, & aciei Campi Florę, ſeu domi ſolitę habitationis q. N. hęredes, ſi qui ſint, &c. ſequere ad vnguem, vt in citatione ſuperius poſita. In cuius citationis termino iudex mandat citari ad idem pro ſecunda dilatione, & fiunt alię tres citationes ſimili modo pro ſecunda dilatione, & fiunt alię tres citationes ſimili modo pro ſecunda, pro tertia, & pro quarta, & ſuperabbundanti dilatione interpellate vna die pro alia, & præuio iudicis decreto. In termino vltimæ citationis, quæ fit pro quarta, & ſuperabbundanti dilatione comparet creditor & curatorem hæreditati iacē
5 ti deputandum, ac fideiuſſorem pro eo conducit, quem curatorem iu-
6 dex deputat ſub forma de qua ſupra. His præmiſſis citatur curator ad
7 omnes actus requiſitos, ac ſi eſſet principalis. Verum ſi debitor in Curia Romana moritur condito teſtamento, & in eo relicto certo hærede qui ab Vrbe abſit, præcedentibus diligentiis modo præmiſſo faciēdis, curator, ſeu defenſor hæreditati, & bonis defuncti, non autem hæreditati iacenti deputatur, cum certus adſit hęres, contra quem iudicium (vt natura cauſæ ſuadet) formatur pro ſatisfaciendis creditorib. hæreditariis, quibus creditoribus hæreditariis ſatisfiet, vt per Socin. iun. in l. 1. tit. de leg. 1. n. 327. Dec. conſ. 109. curator etiam datur bonis ad inſtantiam illius, qui ſperat ſuccedere ab inteſtato, & qui id po
8 ſtulat; quia ſua intereſt bona conſeruari. Ang. conſ. 108. col. 1. Alexan. conſ. 4. n. 4. lib. 2. ſed ſi mortui debitoris hæres minor ſit, modo tamen maior ſit ſeptennio, ad comparendum legitime, & alias videndum ſibi deputari curatorem, ſeu actorem ad lites, primo pro prima dilatione Et ſeruatis modo antedicto quatuor terminis, actorem ad lites, vel curatorem iudex deputat, cum quo fit legitimus proceſſus, vt ſupra diximus. At ſi hæres infans eſt minor ſeptennio, non poteſt ad cauſam citari, cum non habeat velle, neque nolle; ſed citatur tutor teſtamen-
9 tarius, ſi eſt, ſin autem mater tanquam neceſſaria, & legitima tutrix, & adminſtratrix ſui filii, ſeu agnati, & cognati, ſin minus citantur ij, in

quo.

quorum eſt poteſtate ad comparendum in iudicio coram D. et minorē defendendum, ac petendum ei curatorem, ſeu actorem ad lites deputari alias videndum illum per dominum ex officio deputari. Afflict. deciſ. 262. num. 2. et ſeq. et præceden. ſupra narratis dilationibus per Iudi-
10 cem actor ad lites, ſiue curator aliquis proximior, aut aliquo modo attinens deputatur, ne infans indefenſus remaneat, vt habetur in ſuperius allegata dec. per totū, vbi habetur, quod proceſſus factus cum curatore aliter quam ſupradicto modo deputato, eſt nullus, quia iudex daret curatorem infanti, qui non poteſt petere curatorem ſibi dari, quia illa ætas quicquid videt ignorat: curator autem ad lites non datur niſi pe-
11 tenti, Alex. conſ. 22. in fi. Bal. in cap. 1. de milit. vaſſal. qui contu. eſt, ſic
12 ergo proceſſus modo præmiſſo, et mandatum contra bona defuncti tā
13 tum conceditur, ſi ſuperuenerint alij creditores, et citent curatores, vt ſupra deputatos, proceſſus non ea validus, niſi deputatio ſe extēdat ad omnes alias minoris cauſas. Deputatur nonnunquam curator furioſo,
14 ſeu mente capto ad illius proximiorum inſtantiā, examinatis teſtibus ſummarie, et extraiudicialiter, ſuper eo, quod N. eſt mente captus, hiſq; examinatis, Iudex perſonæ, et bonis prædicti N. curatorem in gradu proximiorum, cum ſolita cautione de vtilia faciendo, et inutilia prętermittendo, ex officio deputat, nec requiritur ſup hoc plenaria cognitio, ſeu inquiſitio, ſed ſufficit, quod aliqualiter conſtet de furore, vel adhibere medicos, qui hoc cognoſcant, vt in lege obſeruare, ff. de curat. fu. et pro citata per Alex. conſil. 86. verſic. verum eſt, quod cauſæ cognitio num. 5. et ratio, quia talis deputatio curatoris non cauſat præiudicium ei, cui deputatur. Item deputatur curator prodigo (vt habetur per Spec. in lib. 1. par. 3. in tit. de curatore) cui prodigo Iudex ex officio poteſt etiam interdicere adminiſtrationē ſine alicuius citatione vt per Marant. de ord. iudic. in 6. par. de citatione 1. memb. iudicijs ſub num. 31. Deputatur etiam curator bonis defuncti, ſeu decocti, inſtantibus creditoribus quorum requiſita ſatis diffuſe explicaui in c. 54. lib. 1. eod. tit. cuius inſtrum. deputationis curat. bonis decocti
15 formā, tanquā non ſemel occurrentis, hic cōſcribere volui. Et hæc eſt. In nomine Dñi Amē, &c. āno, &c. Cōparuerūt corā R. P. D. Matthęo Buratto I. V. D. vtr. ſign. S. D. N. Papę Referēdario Illuſtriſ. et reuerēd. D. Auditoris Camerę in ciuilibus Locumtenen. meque Notario, etc. mag. D. D. N. & N. deputati à creditoribus D. N. olim mercatoris in Vrbe, et pro omni eorum priuato, et particulari intereſſe, et dictis nominibus reſpectiue ſtante notoria decoctione, et fallimento dicti N. petierunt ad inſtantiam, et commodum, ac vtilitatem dictorum creditorum, et vt celerius eis de eorum reſpectiue creditis ſatisfiat aliquem in curatorem bonis iacentibus dicti N. deputari, qui curator ad eorundem creditorum vtilitatem, et vt celerius eorum credita conſequi poſsint, et valeant, omnes, et ſingulas actiones mouere,

pertractare, agere, defendere, proſequi, et expedire in iudicio, et extra poſſint, et valeant, et confiſi præfati dd. N. & N. nominibus, quibus ſupra de fide d.A. petierunt eundem A. in curatorem bonis d. N. vt ſupra deputari omni meliori modo, etc. Qui Reuerendiſſimus D. Locumtenens attendens requiſitionem huiuſmodi fore iuſtum, et rationi conſonam dictum D.A. ibidem pręſentem, et onus huiuſmodi in ſe ſponte ſuſcipiētem in curatorem bonis præfatis, ad effectum omnes, et ſingulas actiones contra quoſcunque monendi, et quaſcunque motas actiue, & paſſiue pertractandi agendi, defendendi, et proſequendi in iudicio, et extra necnon pecunias, et credita quæcumque exigendi, et recuperandi ad effectum, vt beneficio dictorum creditorũ deponantur penes aliquem campſorem, fide, et facultatibus idoneũ, per ſupradictos DD. deputatos deputandũ, et de exigendis, et recuperandis quoſcunque quietandi, ac iura, et actiones ſi opus fuerit cedendi, cum clauſulis ſolitis ad lites, et cum omnibus facultatibus, et auctoritatibus talibus curatoribus dari ſolitis, et conſuetis, et de iure requiſitis, et in ſimilibus neceſſariis, et opportunis deputauit; Dicendo eidem curator eſto, et vtilia pro dictis creditoribus, et bonis facito, et inutilia prætermittito, et qua facie t præfati DD. N. & N proprii, et priuatis nominibus, ac vti principales principaliter, et inſolidum, ſcientes ſe, etc. ſponte, etc. pro dicto A. fideiuſſerunt, et promiſerunt, quos DD. N. & N. ſic promittentes, præſentes, etc. dictus D. A. à fideiuſſione, et promiſſione huiuſmodi indénes penitus, et ſine dãno releuare promiſit, ita quod etc. alias etc. de quib. etc. Pro quib. præmiſſis, etc. Super quib. omnibus idem R.P.D. Locumtenens, vt ſupra pro tribunali ſedens ad petitionem, & inſtantiã dictorum Dominorum Deputatorum auctoritatem ſuam qua fungitur et dictę ſuę curię decretum interpoſuit, ſupplendo omnes, et ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan in præmiſſis, interuenerint, omni meliori modo, etc. ſuper quibus, etc. Actum, etc. præſentibus teſtibus, etc.

Deinde, et in continenti coram eod. R.P D Locumtenente, in loco vbi ſupra, pro tribunali ſedente, meque Notario, etc. comparuit idem D. A. curator, vt ſupra deputatus, cũ præſentia, decreto, et auctoritate dicti R.P.D. Locumtenentis conſtituit eius, et dictorũ bonorum dicti N vel eius creditorum, et deputatorum prædictorũ actoré dominum B. in Romana curia cauſarum procuratorem, præſenté, et onus huiuſmodi in ſe ſponte ſuſcipientem, ad omnes, et ſingulas dictorum bonorum, ſeu illorum creditorum dicti N. lites, et cauſas, ciuiles, et criminales, prophanas, meras, et mistas, motas, et mouendas, actiue et paſſiue contra quaſcunque perſonas, etc. in quocunque foro, ſiue iudicio, atq. inſtantia, et coram quibuſcunque dd. Iudicibus comparendum, agendum etc. cum clauſula ad lites, et generaliter, etc. Promittens, etc. releuans, etc. ſuper quibus omnibus idem d. A. curator petiit à pręfato

R.P.D.

R.P D Locumtenente auctoritatem ſuam, et dictę eius Curiæ decretum interponi. Qui R.P.D. Locumtenens, vt ſup. pro tribunali ſedens cauſa cognita, ſuam, et dictæ ſuæ curiæ decretum interpoſuit, ſuppletis etc. Actum Romæ etc. præſentibus, etc.

Nec præſcriptas formulas prætereundas, ſed hic omnino tanquam nedum in A.C. verum etiam omnibus aliis vrbis, et aliorum locorum ciuitatum tribunalibus, neceſſarias, conſcribendas fore cenſui, quoniã eueniẽte caſu decoctionis alicuius mercatoris, qui timore carcerum ſtatim fugam arripuit relictis quãpluribus bonis, iuribus, et actionibus, in quibus ſuccedunt illius creditores, qui ad effectum eorum credita conſequendi, et eorum actiones contra quoſcunque in iudicio, & extra experiendi, pro validitate proceſſus deſuper faciendi, curant ad præſcriptam deputationem deuenire, cuius formam tanquam huic rei conuenientem ſuperius ſcripſi.

Alia de deputatione actoris. Cap. XXVI.

1 *Actor ad lites conſtituitur periculo actoris.*
2 *Actor ad lites non conſtituitur niſi poſt litem conteſtatam.*
3 *Et quando valida ſit illius conſtitutio.*
4 *Forma inſtrumenti conſtitutionis actoris.*

Ad hęc nota, quod ſępiſſime conſtituitur actor à tutore, ſeu curatore ad lites, eorum periculo, vt inſt. de cur. §. fin. C. de procur. et
1
2 conſtituuntur tantũ poſt lit. cont. non ante ſine decreto Iudicis, vt d. C. de proc. ſi ergo tutor fuerit monitus, vel ditatus ad hoc, vt valida ſit conſtitutio actoris præceden. negatione, vel litis cõteſtatione per ipſumet facienda. Subinde illius conſtitutionem valide facere poterit inſtrumentum, ergo actoria facta à tutore, ſeu tutrice ſic conficitur D. A mater, et tutrix B. filii q. T. coram d. Iudice pro tribunali ſeden. ac in mei notarii perſonaliter conſtituta: quia propter debilitatem ſexus, et perſonę, et quia etiam nimis eſt à foro iudiciali remota, et ob alia legitima impedimenta perſonaliter intendere, et aſſiſtere nõ valeat cauſis quas ipſa nomine dicti pupilli habet, vel habere intẽdit ſpecialiter cũ d. N. & generaliter contra quacunq. aliam perſonam quauis de cauſa, et occaſione, tam in agendo, quam in defendendo. Idcirco confiſa de idoneitate, et integritate d. P. ibidem præſentis ipſum fecit, cõſtituit, et deputauit actorẽ in d. litibus peragendis, pertractãdis, et proſequẽdis coram quocunq. Iudice, & in quacunq. inſtantia comparen omniaque alia facien. gerẽ. & exequẽ. in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna, et prout ipſamet tutrix facere poſſet ſi præſens, et perſonaliter interesset, cui actui legitimo idem Iudex, vt ſupra pro tribunali ſedẽs ſuã auctoritatẽ interpoſuit, & decretũ ſuper quibus, etc. actũ, etc. teſtib. etc.

Plura alia requiſita in deputatione curatoris dandis in bonis iacentibus ad inſtantiam creditorum.

Cap. XXVII.

SI autem curator datur hæreditati iacenti, ſeu vacanti vltra iam dicta, viſum eſt etiam pro validitate proceſſus, & ad hoc vt legitime præueniri poſſit ad dationem dicti curatoris plura videtur requiri. Primum quod detur ad inſtantiam creditorum, & quod in hoc concurrat maior pars ipſorum, Specul. de curatore, §. cum autem verſic. opponitur, ſecũdum quod nominatim citentur hi, quorum eſt prima cauſa ſucceſſionis, & quod non ſufficiat generalis citatio Bart. in l. ſi diu, ff. quib. ex cau. in poſſeſſ. ea. Alex. conſ. 107. 5. vol. tertiũ ꝙ præmittatur citatio ad deliberãdum, an velit acceptare hæreditatem, & ſi hæres extraneus ſit non ſtatuatur tempus ad deliberandum minus 100. dierum dicit idem Bart. in d. l. ſi diu, & in l. ſi quis conſtituatur, §. 1. & ſi eſt deſcendentibus annus. quarum, quod curator facere debet inuentarium, Specul. eodem titulo de curatore dicto §. cum autem, verſ. in certis caſibus. Quintum, quod curator ſatisdet, de quibus requiſitis Vide Angel. in conſ. 193. incipien. pro deciſione 3. col. & Are. in conſil. 109. 1. col. ſed prædicta requiſita potius procedere videntur ex ſubtilitatibus, & apicibus iuris quem ex conſuetudine, quæ præmiſſis contrariatur ex paucis infradicendis. Nam quo ad primum requiſitum de maiori parte creditorum ſatis ſufficit apparere de maiori parte eorum, qui in proceſſu agunt. Quoad ſecundum quod debeant citari nominatim procedit quando hæredes ſunt certi; ſed ſi incerti fuerint, ſufficit quod ad eos præmittatur generalis citatio per proclama. Quoad tertium de certo tempore ſuperius dicto ſtatuendo dicitur, quod Iudex poteſt illud diminuere, & prorogare arbitrio ſuo. Quoad quartum de inuentario id verum fieri debet, ſed in illius confectione attenditur conſuetudo loci, vbi inuentarium fit, vt alias dixi, & probaui. Quo vero ad quintum requiſitum circa ſatiſdationem ea non videtur ſuperflua, ſed omnino neceſſaria, tam ex iuris, quam conſuetudinis diſpoſitione, & Iudex nunquam interponit decretum ſuper curatoris deputatione niſi cum dicta ſatiſdatione quæ parum refert, quod tunc, vel poſtea præſtetur, modo tamen præſtetur, antiquam cum eo iudicium agatur, & ita vt ſupra dictum eſt circumſcriptis tot. iuris requiſitis de conſuetudine, & obſeruantia eiuſdem A. C. tribunalis atteſtor.

DE

De Modo procedendi pro reſtitutione rei venditæ ex remedio l. 2. de reſcind. vendit. Cap. XXVIII.

1 *Requiſita obtinendi in hoc remedio reſciſſionis venditionis.*
2 *Modus in eo procedendi & ferendi ſententiam.*
3 *Quod diſpoſitio d. l. procedit etiam quoad bona ſubhaſtata.*
4 *Et etiam quoad bona mobilia, & quomodo de eis fiat petitio.*

1 CVm iſte proceſſus reſciſſionis ex d. remedio l. 2. ſatis ſit quotidianus, & in omnibus vrbis, & orbis tribunalis frequentatiſſimus. Ideo omiſſis infinitis illius quæſtionibus relatis à doctiſſimis viris, qui exprofeſſo in his ſcripſerunt, hæc tantum pauca quoad modum procedendi viſa ſunt breuiter referenda. Quod ſcilicet tale remedium intentans tria in monitorio, quod ſeruit loco libelli, neceſſario exprimere debet, primum quod res de cuius reſtitutione agitur tam tempore illius celebrari contractus venditionis quam etiam ante, & poſt res erat maioris pretii, & æſtimationis. Secundum quod venditor offerat ſe pretiũ reſtitutum. Tertium quod venditor fuit deceptus, aut errore deductus ad vendendum rem viliori pretio, & propterea tanquam læſum vltra dimidiam iuſti pretii eandem venditionem ex dicta lege remedio reſcinden. fore, & eſſe, vt hæc omnia narrantur in monitorio, cuius formã habes inferius libro quarto.

2 Quo monitorio contra partem aduerſam legitime executo, & in actis per curſorem iudicialiter relato exhibitoq. & producto d. venditionis inſtrumento ad effectum illum inpugnandi, & reſcindendi contentis in monitorio articulatis, illiſq. ſufficienter probatis, repetitoq. ſtatuto vrbis de læſione, quatenus ei in caſu de quo agitur locus ſit, de quo in c. 154. libro primo, debitisq. terminis de more, & ſtylo Curiæ ſeruari ſolitis ſeruatis, illiſq. reiteratis. Demum fertur ſententia, in qua iudex
3 pronunciat venditionem reſcindendam fore, & eſſe, & emptorem condemnat ad reſtituendum rem emptam venditori recepto ab eo pretio oblato, vel parte petente poterit condemnare emptorem ad ſupplendam iuſtum pretium declarandum præuia æſtimatione peritorum, cuius l. 2. diſpoſitio, probata dicta læſione, procedit etiam quoad vendita, ſeu deliberata per viam curiæ præuia illorum ſubhaſtatione, vt, in quæſt. huius remedii l. 2. tradit Cagnol. qui atteſtatur de communi tam Canon. quàm Legiſtarum, ſub num. 160. Et etiam procedit,
4 quoad bona mobilia ſi extant, ſin autem ad reſtituendum iuſtum illorum pretium modo præmiſſo æſtimando, vt ibi, & licet in hoc l. 2. remedio plura alia hic referre potuerimus, tamen cum illius quæſtio ſatis ſit diffuſé ſcripta à tot, & tantis viris doctiſſimis, qui in

hoc ex profeſſo ſcripſerunt, de his actenus. Huic prædicto remedio poterit applicari remedium l. ſi quis maior. C. de tranſaction. & modo præmiſſo formare monitorium, addendo tantum in fine oblationem inſtantiæ de reſtituendo acceptum; iuxta terminos d l. ſi quis ma or, mutatis mutandis, ſingula ſingulis congrue referendo, ac debite adaptando.

Notandum eſt etiam quod hoc l. ſecundæ, de reſcind. vend. remedium habet etiam locum in diuiſionis contractu cum ſit bonæ fidei contractus, & propterea ſiue ex ſororis infelicitate, ſiue dolo alterius partis læſio fuerit intolerabilis, & valde læſiua, debet in melius reformari, & in hoc officium iudicis implorari, tam ex prædicto remedio l. 2. quam ex remedio l. 3. C. communia vtriuſque iudicii, obtinendo monitorium contra partem ledentem, vt debeat diuiſionem bonorum in melius reformaſſe, & ad debitum, & iuſtum modum reduxiſſe, vel ſuppleuiſſe id, quod immoderate, ſeu doloſe, ac indebite factum fuit, ad hoc vt partes illorum magis melius adæquentur, & vnuſquiſque ipſorum ſuam debitam portionem (prout iuris eſt) debite conſequantur, & in præmiſſis, & circa ea, ius, iuſtitiam miniſtrari vidiſſe, præmiſſo, & omni alio meliori modo, &c. cum clauſula Et ſi ſe aſſerit ſe, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

FINIS TERTII LIBRI.

SALLVSTII TIBERII A CORNETO.

DE MODIS PROCEDENDI IN CAVSIS, QVAE coram Auditore Cameræ aguntur.

Liber Quartus.

Citatio pro executione Cameralis obligationis extra Curiam.

PEtrus Paulus Creſcentius Prothonotarius Apoſt. vtriuſque Signaturæ S. D. N. Papæ Referendarius ac eiuſdem Sanctiſſimi, eiuſq. Camerarii, necnon cauſarum curiæ Cameræ Apoſt. generalis Auditor, Romanæq. Curiæ Iudex ordinarius: ſententiarum quoque, & cenſurarum in eadem Romana Curia latarum, ac litterarum Apoſt. quarumcunq. vniuerſalis, & merus exequutor ab eodem Sanctiſſimo ſpecialiter deputatus. Vniuerſis, & ſingulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Canonicis, Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, eorum Locatenentibus, Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, & non Curatis, cæteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcunque per ciuitatem, & diœceſim N. ac alias vbilibet conſtitutis, illiq. vel illis ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ litteræ peruenerint, ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, imo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Pro parte d. N. creditoris d. M. in ſcutis centum auri in auro occaſione totidem ſibi gratis mutuatorum, vt in inſtrumento per N. publicum Notarium recepto, & in actis infraſcripti noſtri Notarii exhibito habetur, principalis inſtanter requiſiti. Vobis omnibus, & ſingulis ſupra nominatis, & veſtrum cuilibet inſolidum harum ſerie committimus, ac ſub 500. ducatorum auri cameræ locis piis arbitrio noſtro applicandorum, & pro illis mandati executiui, & in iūris ſubſidium excommunicationis, aliiſq. Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis præcipimus, & mandamus; quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & ſimul, ac earum vigore fueritis, vel aliquis veſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra, imo verius Apoſtolica auctoritate, eundem ex aduerſo principalem in eius propria

perſona, ſi eum commode habere poteris, ſecus domi ſuæ habitationis præſentium copia dimiſſa citetis, vt nos etiam ipſum citamus: quatenus ſexta die, poſt præſentis citationis exequutionem ſi iuridica fuerit, alioquin prima die iuridica, poſt eam immediate ſequenti compareat in iudicio legitime coram nobis, ſeu R.P.D.noſtro in ciuilibus Locumtenente, per ſe vel procuratorem ſuum idoneum ad dicendum, et excipiendum quicquid verbo, vel in ſcriptis voluerit, contra inſtrumenta, et iura nomine prædicti N. creditoris, coram nobis producta, et repetita; videndum ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, teſtes induci, et iurare, obligationemque in forma Cameræ, in illis appoſitam iuxta Curiæ noſtræ ſtylum extendi mandari; nec non ſoluendum dicta ſcuta centum, per eum debita iuxta ſuę obligationis formam, aliaſque, et alia faciendum, et adimplendum. ad quæ ex forma dictę eius obligationis tenetur. Alioquin lapſo prædicto termino nos contra eum citatum, iuſtitię medio, ad omnes actus, et terminos opportunos, ac totalem, et finalem inſtrumenti Cameralis obligationis exequutionem, vſque ad integrum debiti ſatisfactionem, etiam per audentiam litterarum contradictarum, et alias, vt in ſimilibus obligationibus in forma Cameræ de more, et ſtylo Curiæ noſtrę fieri, et procedi conſueuit; procedemus, ipſius citati abſentia, ſeu contumacia in aliquo non obſtante. In quorum omnium fidem præſentes à Notario noſtro infraſcripto ſubſcriptas, et Cameræ Apoſtolicæ Sigillo munitas conceſſimus. Datum Romę in ædibus noſtris Anno à Natiuitate Domini 1607. Indictione ſexta, die vero decima Ianuarij, Pontificatus Sanctiſſimi D. Noſtri D. Pauli Diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno Secundo.

Monitorium de deſiſtendo à moleſtijs.

PEtrus Paulus, etc. Vniuerſis, etc. Perlatum eſt ad nos B. indebite A. ſuper prædio ſito, etc. quod ipſe poſt omnem hominum memoriam iuſto titulo poſſidet, moleſtare, vel iactaſſe. Nos igitur A. nomine de iuris opportuno remedio requiſiti. Vobis omnibus etc. committimus etc. quatenus ſtatim etc. ſub quingentorum, etc. moneatis prædictum B. exaduerſo principalem, vt nos etiam his litteris monemus, et requirimus; quatenus infra ſex dies, quarum duos pro primo, duos pro ſecundo, et reliquos pro tertio, et peremptorio termino, ac monitione Canonica aſſignamus, ſub quingentorum, etc. pœnis, debeat à quibuſcunque iactationibus, moleſtationibus, vexationibus, et impedimentis ipſi A. ſuper dicto prædio quauis de cauſa, non tamen iudicialiter præſtitis, ac illatis, ac inferri comminatis re ipſa, et cum effectu deſtitiſſe, ipſumque A. prædio huiuſmodi, fructuum, et prouentuum illius perceptione libere, ac pacifice vti, frui, et gaudere permiſiſſe. Alioquin prædictum ſic monitum, ſi in pręmiſſis ſe fore grauatum ſenſerit, citetis peremptorie, prout nos citamus, quatenus ſexta die poſt præſentium exequutionem, ſi erit iuridica, ſecus prima die iuridica poſt eam ſequenti

ti compareat Romæ in iudicio legitime coram nobis, ſeu R.P.D. in ciuilibus Locumtenente noſtro per ſe, vel procuratorem legitimum ad videndum in cauſa huiuſmodi ad omnes, et ſingulos actus, et terminos neceſſarios, vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiue, etiam lite non conteſtata procedi, aliaſque, et alia fieri ſuper his neceſſaria. Certificantes citatum, quod ſiue comparuerit, ſiue non, nos nihilominus ad hæc, et alia, quę iuſtitia ſuadebit eius abſentia, ſeu contumacia minime obſiſtente procedemus. Committimus vobis præterea ſub eidem pœnis quod quibuſcunque iudicibus Eccleſiaſticis, et ſecularibus, ordinarijs, et extraordinarijs, ac commiſſarijs quibuſcunque, et præſertim d. B. inhibeatis, vt nos etiam inhibemus, ne ſub eiſdem ſententijs, cenſuris, et pœnis prędictum A. ſuper interdicto prædio, illinſque poſſeſſione, et fructuum perceptione, ſeu alias quouis quæſito colore, ſeu prætextu directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe moleſtare, aut in iudicium alibi quam coram nobis trahere pręſumant. Et quod ſecus factum fuerit reuocabimuſ, et in priſtinum ſtatum reducemus. In quorum, etc. datū, etc.

Aliud pro ſolutione penſionum.

PEtrus Paulus, etc. vniuerſis, etc. Ex parte A. cuius alias annua penſio ſc. 100. ſuper Parochialis Eccleſiæ N. diœceſis N. fructibus, redditibus, et prouentibus Apoſtolica auctoritate reſeruata extitit, in Rom. Curia perſoluenda, vt in litteris Apoſtolicis, ſub plumbo, vt moris eſt, expeditis ſub datum, etc. nobis exhibitis latius continetur; principalis requiſiti; vobis, etc. committimus, etc. moneatis, etc. Reuerendum D.D. modernum dictæ Eccleſiæ rectorem, omneſq. alios pro tempore extituros, exaduerſo principales, quatenus infra ſex, etc. ſub quingentorum, etc. alijſque Ecleſiaſticis ſententijs, cenſuris, et pœnis etiam in prædictis Apoſtolicis litteris expreſſis, debeant de omnibus, et ſingulis dictæ annuæ penſionis terminis decurſis, et non ſolutis, ac in futurum decurrendis in loco, ac terminis modoque, et forma in dictis litteris expreſſis prænominato A. ſiue eius procuratori legitimo integre, et cum effectu perſoluiſſe, etc. Certificante, &c.

Aliud ſuper manutentione in poſſeſſione exigendi.

PEtrus Paulus, etc. vniuerſis, etc. nomine A. cui annua penſio ducatorum centum ſuper fructibus, redditibus, et prouentibus ſimplicis, perpetui beneficij Eccleſiaſtici etc. in Romana Curia perſoluenda, vt in ſupplicatione nobis exhibenda, licet litteris nondum expeditis, reſeruata Apoſtolica auctoritate extitit, et in cuius penſionis exigendi poſſeſſione extitit, principalis requiſiti, etc. moneatis, etc. B. modernum dicti beneficii poſſeſſorem, exaduerſo principalem; quatenus infra ſex, etc. ſub quingentorum, etc. debet eundem inſtantem in poſſeſſione, ſeu quaſi prædictam penſionem exigendi, in qua aſſerit ſe exiſtere manutenuiſſe, ac illi de eiuſdem penſionis terminis quibuſcunque decurſis,

& in poſterum decurrendis in loco, & terminis, ac modo, & forma in prafata ſupplicatione expreſſis integre, & cum effectu ſatisfeciſſe. Alioquin citetis, &c. compareat, &c. ad videndum decerni mandatum de manutenendo, & exequutiuum reſpectiue, ac in cauſa etiam lite non conteſtata, ad omnes effectus, & terminos, &c. certificantes, &c.

Aliud de reddendo adminiſtrationem.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, &c. requirente nos. Illuſtri D. A. Dño, & patrono Caſtri N. Vobis committimus, &c. moneatis, &c. B. olim d. A. agentem ſeu adminiſtratorem d. Caſtri, eiuſq. introituum, prouentuũ, & emolumentorum, exaduerſo principalem, quatenus infra ſex, &c. ſub quingentorum, &c. debeat prædicto inſtanti rationem, computum, & debitum calculum totius adminiſtrationis ſuæ ex illa die, qua adminiſtrare cœpit, reddidiſſe, omniaq. bona inſtrumenta, ſcripturas, libros, & computa quæcũque, penes eum exiſtentia, ad d. A. adminiſtrationemque prædictam, vtcunq. pertinentia reſtituiſſe, & conſignaſſe, necnon omne id, & totum, in quo cauſa d. adminiſtrationis eſt debitor, perſoluiſſe, ac debitam ſatisfactionem impendiſſe. Alioquin, &c.

Aliud vigore Eugenianæ Bullæ.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, &c. graues Deo, & Apoſtolicæ Sedi irrogantur iniuræ, cum eiuſdem Sedis officiales, aut quæuis aliæ perſonæ pro ſuis cauſis, & aut aliorum negotiis in d. Curia moram trahentes, ſeu ad ipſam confluentes, vel recedentes ab eadem in partibus per locorum ordinarios, eorumq. officiales, & commiſſarios, & alios quoſcunque, cuiuſcunq. dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, ſeu auctoritatis exiſtant, à quorum iuriſdictionibus ſunt exempti quacunq. ratione, occaſione, vel cauſa beneficijs eorum Eccleſiaſticis, ac fructibus, redditibus, prouentibus, & diſtributionibus ex eiſdem prouenientibus, boniſque, rebus alijs priuantur, & ſpoliantur, necnon litibus, & proceſſibus inuoluuntur, vexantur, impediuntur, moleſtantur, aut quauis occaſione in beneficijs, aut bonis huiuſmodi perturbantur, iniuriantur, & inquietantur, ad quas quidem temerarias, & illicitas vexationes, iniurias, perturbationes, moleſtationes, & inquietationes propulſandam dudum fel. rec. Eugenius Papa IIII. ex certis, iuſtis, legitimis, & rationalibus cauſis motus, etiam nonnullorum prædeceſſorum ſuorum S. R. E. ſummorũ Pontificum veſtigijs inhærendo, quaſdam ſuas litteras Apoſtolicas ad futuram rei memoriam edidit, atque conceſſit hmôi ſub tenore, videlicet.

Eugenius Epiſc opus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam. Diuina in eminenti Sedis Apoſtolicæ ſpeculo diſponente clementia conſtituti ad ea libenter intendimus, per quæ officiales prædictæ Sedis obſequijs eius ad quam veluti fidelium omnium matrem pro animarum ſalute quærenda, & iuſtitia conſequenda de diuerſis mundi partibus confluit multitudo, tutius, & quietius ſe promptiores valeant exhibere. Hinc eſt, quod nos ex certis rationalibus cauſis moti, & nonnullis præ-

de-

deceſſorum veſtigijs inhærentes diſtrictius inhibemus locorum ordinarijs, necnon commiſſarijs, ac delegatis eorum cæteriſq. vniuerſis, & ſingulis quacunque auctoritate, & facultate præfulgeant, cuiuſcunq. dignitatis gradus, vel preheminentiæ fuerint, ne contra officiales prædictos quocunque nomine nuncupentur in noſtris, & d. ſedis obſequijs, nunc, & pro tempore exiſtentes, necnon alios pro ſuis, vel aliorum cauſis, & negocijs proſequentes ad ſedem prædictam venientes, & in ea (durante negociorum, & cauſarum huiuſmodi proſequutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem procedere, aut in eos excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, aut priuationis officiorum, & beneficiorum, ſeu quamuis aliam ſententiam promulgare præſumant. Nos enim omnes, & ſingulos proceſſus, & ſententias contra tenorem, & mentem noſtræ inhibitionis huiuſmodi latas, & habitas, & in poſterum haben. & promulgan. & quæcunque inde ſequuta declaramus nulla, irritta, & inania nullius q. exiſtere, vel extitiſſe roboris, vel momenti, necnon quicquid in contrarium à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contingerit attentari etiam decernimus irritum, & inane. Et nihilominus in omnes, & ſingulos ordinarios, ac officiales, commiſſarios, & delegatos eorum, qui ſe dignitatibus, aut beneficijs Eccleſiaſticis quibuſcunque officialium, & negotia huiuſmodi apud dictam ſedem proſequentium prædictorum, eos illis forſan priuando, aut priuatos decernendo, vel declarando, ſeu cuiuſcunque priuationis prætextu illa perſonis alijs conferendo, ſeu de illis in eas quomodolibet intromittendo tam in dantes, quam in recipientes excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti latas ſententias promulgamus, quas volumus eos ipſo facto incurrere. A qua quidem excommunicationis ſententia abſolui nequeant, niſi à nobis, vel per nos deputando præterquam in mortis articulo conſtituti. Præmiſſa autem à die affixionis pręſentium ad valuas *Baſilicæ* Principis Apoſtolorũ de Vrbe, ex certa ſcientia quoſcunq. ligare volumus, & arctare. Non obſtantibus quibuſuis generalib. & prouincialib. & ſynodalib. concilijs editis conſtitutionib. ordinationib. Apoſtolicis, et decretis, ac priuilegijs, per quæ effectus præſentium impediri poſſet quomodolibet, vel differri etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus habenda eſſet in præſentib. mentio ſpecialis, et quæ præſentib. haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, cæteriſq. contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę inhibitionis, declarationis, conſtitutionis, et voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quadringenteſimo trigeſimo ſecundo, octauo Idus Martij, Pontificatus noſtri anno ſecundo. *S*ubſequenter nomine A. familiaris Eminentiſſimi, et Reuerendiſſimi

diſſimi D. Cardinalis N. curialis Romanam Curiam ſequentis, vineam ſitam, &c. ab hinc decennium, & vltra; vt ex eius verbis nobis ſignificatum eſt legitime poſſidentis; & cui B. aduerſus iuris debitum B. ſuper ea moleſtium inferre ſe iactat, principalis requiſiti. Vobis committimus, &c. moneatis, &c. præfatum B. omneſque alios moleſtatores, in exequutione præſentium nominando, exaduerſo principales, quatenus infra ſex, &c. ſub quingentorum, &c alijſque pœnis, &c. in præinſertis Apoſtolicis litteris contentis, & expreſſis, debeant ab omnibus moleſtationibus, impedimentis, & iactationibus per eos dicto A. vel eius colonis, ſuper dicta vinea, illiuſque poſſeſſione, ac fructuum perceptione illatis vtcunque, & præſtitis cum effectu deſtitiſſe, ipſumque A. vinea huiuſmodi, ac eius poſſeſſione, fructuumque perceptione, vti, frui, & gaudere permiſiſſe, dictiſque Apoſtolicis litteris, & præſentibus noſtris per omnia paruiſſe, &c. prętęrea inhibeatis. &c. alioquin, &c.

Aliud pro exequutione litterarum collationis beneficij.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, &c. præſentatæ nobis hodie fuerunt ad inſtantiam A. perpetui beneficiati ad altare Sancti N. in Eccleſia N. prouiſi Apoſtolici principalis litteræ Apoſtolicæ collationis dicti beneficij; ſub plumbo debitæ expeditæ huiuſmodi ſub tenore, videlicet, Gregorius, &c. inſerantur litteræ, Poſt quarum præſentationem pro earum exequutione legitima requiſiti. Vobis committimus, &c. moneatis &c. omnes, et ſingulos, ad quem vel ad quos tradito dicti beneficij poſſeſſionis, ac fructuum conſignatio ſpectat, in exequutione præſentium nominandos, quatenus infra ſex, &c. ſub quingentorum, &c. debeant prędictum prouiſum, ſine illius procuratorem legitimum in realem, actualem, & corporalem dicti beneficij, ac iurium, pertinentiarum, et annexorum ſuorum quorumcunque poſſeſſionem induxiſſe, inductumque aduerſus quoſcunque moleſtatores manutenuiſſe, & defendiſſe, et de omnibus fructibus illius redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus; et emolumentis eidem, ſiue eius legitimo procuratore decurſis, & in futurum decurrendis integre, et cum effectu reſponderi feciſſe, et mandaſſe, iuxta præinſertarum litterarum Apoſtolicarum tenorem, et formam, ac ad totalem illarum exequutionem proceſſiſſe. Alioquin, &c. Præterea inhibeatis, etc, ne audeant prædictum A. vel eius procuratorem in adipiſcenda poſſeſſione prædicta, fructuumque perceptione perturbare, aut alias impedire litterarum præfatarum legitimam exequutionem; et quod ſecus fiet, &c.

Aliud monitorium pro obſeruatione decreti Sacri Concilij Tridentini.

PEtrus Paulus, etc. vniuerſis, etc. Noueritis nuper fuiſſe comparitum coram nobis pro parte D. N. et exhibitum Decretum Sacræ Congregationis Eminentiſſ. et RR. DD. Cardinalium Sacri Concilij Triden.

dentini interpretum per Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. Alphonſum Cardinalem Vicecomitem, eiuſdem Sacræ Congregationis nomine ſubſcriptum, & eius ſolito ſigillo impreſſo munitum tenoris ſequentis, videlicet. Congregatio Concilij cenſuit, &c. Quoquidem præinſertum decretum, vt ad eorum notitiam ad quos ſpectat facilius deducatur, et per eos liberius obſeruetur. Nos pro parte dicti N. de opportuno fuimus iuris remedio requiſiti. Quare diſcretioni veſtræ, &c requiſiti, prçinſertum decretum RR. DD. Capitulo, & Canonicatus Eccleſia N. omnibuſque alijs, & ſingulis in exequutione præſentium nominandis intimetis, inſinuetis, & notificetis ac ad eorum notitiam deducatis, prout nos intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac etiam deduci volumus, & mandamus per præſentes. Et ſucceſſiue moneatis eoſdem RR. DD. Capitulum, & Canonicos dictæ Eccleſiæ N. omneſque alios & ſingulos in exequutione præſentium nominandos, ac cognominandos, quatenus infra ſex, &c. Sub 1000. ducatorum auri de Camera locis pij s arbitrio noſtro applicandorum, & pro illis mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium excommunicationis, & reſpectiue ſuſpenſionis à diuinis, &c. alijſque, &c. pœnis debeant, & eorum quilibet debeat, prout ad eos, & eorum ſingulos ſpectat, & pertinet, dictum præinſertum decretum in omnibus, & per omnia iuxta illius formam, & tenorem obſeruauiſſe, & quod omnino obſeruatur in ſingulis eorum Eccleſijs, & vbi & quando, ac quoties opus fuerit, illiuſque effectu etiam dictus inſtans gaudeat, & gaudere poſſit, libere, & omni ceſſante contradictione, & impedimento permiſiſſe, & ſic à quibuſuis moleſtationibus, perturbationibus, inquietationibus, & impedimentis per eos, & eorum quemlibet contra illius formam, & diſpoſitionem dicto D. inſtanti quomodolibet illatis, factis, & prçſtitis, ac inferendis, & præſtandis, & inferri, & præſtari comminatis, ceſſaſſe, et abſtinuiſſe, et tam dicto præinſerto decreto, quam præſentibus, &c. paruiſſe, deque, &c. et inſuper inhibeatis, prout nos inhibemus per præſentes dictis RR. DD. Capitulo, et Canonicis Eccleſiæ N. et quaruncunque Eccleſiarum Canonicis, et Capitulis, omnibuſque alijs, et ſingulis in exequutione præſentium nominandis, cuiuſuis dignitatis, ſtatus, gradus, conditionis, præeminentię, et auctoritatis, et quibuſuis etiam dd. Iudicibus, &c. in exequutione præſentium nominandis, ne exequutis præſentibus ſub eidem cenſuris, et pœnis audeant, per ſe, vel alium, ſeu alios, directe, vel indirecte, publice, vel occulte, ſub quouis prætenſo prætextu, colore, et ingenio exequutioni, et effectui dicti prçinſerti decreti opponere, nec ipſum inſtantem contra illius formam, et diſpoſitionem quandocunq. et quomodolibet moleſtare, perturbare, inquietare, vel impedire; nec ipſum inſtantem deſuper alibi quam coram nobis in iudicium trahere, nec aliquid aliud in præiudicium inſtant s, et præinſerti decreti, et præ-

ſentium

ſentium contentum innouare,ſeu attentare, Alioquin,&c. In quorum, &c. Datum, &c.

Aliud Vi Saluiani interdicti.

PEtrus Paulus,&c.vniuerſis,&c.ex parte A.in cuius fauorem per B annuum cenſuum ſcutorum octo ſuper domo ſita,&c.impoſitum,& pretium ſcutorum 100. vẽditum fuiſſe accepimus,principalis requiſiti, Vobis committimus,&c.moneatis N.d.domus detentorem,&poſſeſſo rem,quatenus infra ſex,&c.ſub quingentorum,&c. debeat ab occupa tione,&detentione d.domus iriumq.eius membrorum,&pertinentia rum re ipſa deſtitiſſe,eiuſq.poſſeſſionem dimiſiſſe, vacuamq. prædicto A.tradidiſſe,&relaxaſſe,per eundem A.retinendam,& vſufructuãdam, donec ei de omnibus, & ſingulis dicti annui cenſus terminis decorſis, et debitis,ac in futurum ſuis loco,et tempore decurrendis integre fue-rit ſatisfactum.Fuit enim pro parte ſupradictiA.comparitum coram no bis, et allegatum ſe velle in præmiſſis vti vtili remedio Saluiani inter-dicti,et alio quocunque,ſibi magis de iure proficuo,et competenti om ni meliori modo,etc, alioquin, etc.

Aliud ſuper ſpolio.

PEtrus Paulus etc,vniuerſis,etc.denunciatum Nobis eſt B.de facto A. prædio ſito,etc. per eum legitime poſſeſſo ſpoliaſſe. Quare pro eius parte vobis committimus,etc.moneatis,etc prædictum B. ſpolia-torem, ac illicitum, et indebitum detentorem exaduerſo principalem quatenus,etc.debeat à ſpolio per eum commiſſo,detentioneq.et occu patione dicti prędii ceſſaſſe, illiuſq. ac membrorum et pertinentiarum ſuorum quorumcunq.realem,et actualem poſſeſsionẽ dicto A. dimiſiſ-ſe,et relaxaſſe:ipſumq in priſtinam eius poſſeſſionem redintegraſſe,ac de omnibus, et ſingulis dicti prædii fructibus à die ſpolii perceptis, et qui percipi potuerunt,ac in poſterum vſque in diem dimiſſionis poſſeſ ſionis effectualis ſi extabunt,ſin autem,ad rationẽ quanti plurimi cum effectu, et integre ſatisfeciſſe.alioquin,etc.

Aliud ad perſonaliter comparendum.

PEtrus Paulus,etc.vniuerſis,etc.ſignificaui nobis graui cũ quærela non ſine animi noſtri moleſtia Ill. D. Proſper Farinacius I. V. D. S. D.N.Papæ,et Ca. Apoſtolicæ procurator fiſcalis A.in animę ſuę pręiudicium,ac Sedis Apoſtolicę contemptum certarum litterarum moni torialium per nos ad inſtantiam N. emanatarũ exequutionem impedi re non erubuiſſe cenſuras,et pœnas in bulla die Cænę Domini quotã nis legi ſolita temere incurrendo. Quare pro ipſius d.procuratoris fiſ-calis parte de opportuno iuris remedio requiſiti, conſtito nobis prius per iura quędam in actis exhibita,ac depoſitionem nõnullorum teſtiũ de mandato noſtro examinatorum pręmiſſa à veritate non diſcrepare vobis committimus,etc.moneatis dictum A.etc.quatenus infra decem dies,etc. Mille ducatorum auri Camerę et pro illis mãdati exequutiui

et in

et in iuris ſubſidium excommunicationis,priuationiſque quoruncunq. beneficiorum,et officiorũ,quę obtinet,triremium,ac perpetuę,notę & infamię alijſque cenſuris,et pœnis arbitrio noſtro augendis, et moderandis debeat in Romana Curia coram nobis, ſeu Magn. D. noſtro in criminalibus Locumtenente per ſe ipſum,et non per procuratorẽ, ſeu excuſatorem aliquem comparuiſſe,et præſentaſſe,et ſe à prædictis criminibus exculpaſſe. Alioquin,etc.

Aliud pro libertatis donatæ conſeruatione.

PEtrus Paulus,etc. vniuerſis,etc. Stetit hodie coram nobis A. et exposuit,quod cum ſub aſpero ſeruitutis iugo iamdiu permãſerit nouiſſime vero ad officium Illuſtriſſimi ſenatus almæ Vrbis illiuſq. Conſeruatores in Romano Capitolio confugerit libertatemq.acclamauerit,et ab eis ex diurno,et inconcuſſo hactenus inſtituto per plures Romanos Pontifices, et demum per fœl.record Pium Quintum confirmato,et approbato libertate conatus,ac liber homo effectus fuerit,prout in litteris patentibus illi ab eiſdem Illuſtriſſimi Conſeruatoribus conceſſis, ac ſigillo dicti Senatus munitis, per nos viſis, et perlectis latius apparet. Et idcirco in vim dictæ libertatis ſibi donatæ poſſit quonis gẽtium libere pergere,ac omnia facere,quę ſui iuris homines facere conſuere. Nihilominus ad omne tollendum impedimentum,quod ſibi indebite fortaſſe præſtari poſſet,nobis ſupplicauit,quatenus ſuę indemnitati conſulere quantum in nobis eſt dignaremur. Nos igitur huic ſupplicationi à ratione non diſſonę annuentes vobis cõmittimus,etc. moneatis,etc. omnes,et ſingulos,quibus præſentes noſtrę præſentabũtur, cuiuſcunq.nominis,cognominis,et patriæ fuerint, et quęcunq. perfulgeãt dignitate,auctoritate,& poteſtate,quatenus,etc. ſub mille ducatorum,etc. debeant ab omnibus moleſtationibus,et impedimẽtis, eidem A. ſuper dicta libertate, vt pręfertur,ſibi donata quomodocunq et qualitercunq.pręſtitis,ac in præſtandis omnino deſtitiſſe,pręfatumq. A. libertate ſibi conceſſa pacifice,et quiete frui, et vti quocunq. voluerit pgere,res,et bona ſua libere,et abſq. aliquo ſeruitutis obſtaculo adminiſtrare,emere,vẽdere,donare,contrahere.in iudicio, et extra,ſtare teſtamentum condere,et ea alia omnia facere,et exequi,quę quilibet ingenuus liber,et ſui iuris facere poteſt permiſiſſe,ac in libertate eiuſmodi manutenuiſſe,atq.manuteneri curaſſe. Præterea inhibeatis,etc. ne A. ſuper dicta libertate,rerũ,bonorumq.adminiſtratione, alijſq pręmiſſis moleſtare,perturbare,ſeu ĩpedire,aut aliquid contra pręſentes noſtras innouare,vel attentare quouis ſub prætextu,etc. Alioquin,etc.

Aliud pro exequutione litterarum reuocationis priuilegiorum, quod fructus primi anni cedant Capitulo.

PEtrus Paulus etc. vniuerſis, etc. Exhibitæ hodie nobis fuerunt ex parte A. cui nuper per obitum quondam N. de beneficio, etc. Apo ſtolica

ſtolica auctoritate prouiſum extitit, litterę Apoſtolicæ ſæl. recor. Pij Papæ Quinti reuocationis priuilegiorum, et ſtatutorum, quod fructus beneficiorum primi anni, aut alterius temporis cedant capitulo, vel alij loco, hoc ſub tenore. Pius, &c. inſerantur litterę. poſt quarum præſentationé requiſiti de iuris opportuno remedio nomine prędicti A. qui nobis expoſuit aſſertos prænominati quondam N. hæredes et creditores, ipſum ſuper integra, et libera fructuum dicti beneficij perceptione; contra litterarum præinſertarum formam impedire, et moleſtare velle ſeſe iactaſſe. vobis committimus &c. moneatis, &c. prędictos aſſertos hęredes, et creditores, omneſque alios, &c. quatenus ſex, &c. ſub mille, &c. debeant ab omnibus moleſtationibus, et impedimentis eidem exponenti; illiuſque agentibus, et procuratoribus ſuper integra, et libera fructuum, et redditium omnium dicti beneficij cuiuſuis ſtatuti, aut conſuetudinis prætextu, vel alio quouis quæſito colore illatis, vel inferri minatis, ac ab inferendis in poſterum omnino deſtitiſſe, illoſque libere percipere, et leuare permiſiſſe, prędictiſque apoſtolicis litteris, et noſtris huiuſmodi paruiſſe. Præterea inhibeatis, &c, alioquin. &c,

Aliud vigore breuis, de capiendo poſſeſſionem nomine Cameræ.

PEtrus Paulus, &c. Vniuerſis, &c. Nuper nobis ex parte Illuſtriſſ. D.N. Sanctiſſimi D.N. Papę, et Reuerendę Cameræ apoſtolicæ Commiſſarij Generalis, ac Reuerendi d.A. prouiſi apoſtolici pro ſuo intereſſe litteræ apoſtolicæ S.D.N. Clementis Papæ octaui in forma Breuis, ſub annulo Piſcatoris expeditæ pręſentatæ fuerunt hoc tenore a tergo. Dilectis filijs, &c. Intus autem Clemens, &c. Poſt quarũ receptionem, nomine dicti d. Commiſſarij, & d. A principalis de efficacis defenſionis præſidio, & iuris opportuno remedio requiſiti. Conſtito prius nobis per teſtes fide dignos, noſtro de mandato examinatos omnia præinſertis litteris contenta veritate niti. Vobis committimus, &c. quatenus ſtatim, &c. ſub mille, etc. prædictum Archidiaconum N. collegam noſtrum in realem, et actualem, et corporalem beneficij in prædictis litteris nominati, ac illi forſan annexorum, iuriumque, membrorum, et pertinentiarum ſuorum quorumcumque poſſeſſionem inducatis, et immittatis, per eum, prælibati Sanctiſſimi, ac Cameræ Apoſtolicæ nomine capiendam, et ſubinde prædicto A. ſi, et poſtquam apoſtolicas litteras prouiſionis eiuſdem beneficij, ſub plumbo legitime præſentauerit expeditas, conſignandam, inductumque manuteneatis, et defendatis, ac quoſcunque illius detentores, et in eo intruſus, ſeu intruendos, non tamen auctoritate apoſtol. prouiſos realiter, & cũ effectu expellatis, et reijciatis, vt nos etiam harum ſerie amouemus, ipſiq. Archidiac. de omnibus, et ſingulis fructibus, redditibus

ditibus, &c.d. beneficij, & annexorum, vt ſupra conſignandis, et tradendis in.egre per quos opus fuerit, reſpōderi curaſſe, et mandaſſe, et ab aliquo ſuper poſſeſſionis eiuſmodi adeptione, et fructuum perceptione minime moleſtari permiſiſſe, iuxta earundem Apoſtolicarum litterarum formam, et diſpoſitionem. Praeterea ipſarum executione nō tardata, et quatenus opus ſit moneatis, etc. omnes, et quoſcunq. in d. beneficio intruſos, et forſan intrudendos, et quoſcunque moleſtantes, et moleſtiam inferre velle iactantes, ac ad quos fructuum eiuſdem beneficii ſolutio, et traditio ſpectat, omneſq. alios, etc. quatenus infra ſex, etc. ſub eiſdem pœnis, etc. debeant ab huiuſmodi intruſione, et occupatione, ac moleſtationibus et impedimentis, eidem Archidiacono, collegæ noſtro præmiſſorum cauſa, vtcumque illatis, ac inferri minatis omnino ceſſaſſe, et de omnibus fructibus, etc. per eos, et eorum quemlibet ex dicto beneficio, et illi annexis quomodolibet perceptis, et qui percipi potuerunt, ac in futurum vſque in diem effectualis poſſeſſionis, dicti beneficii dimiſſionis, dicto Archidiacono ad effectum antedictum integre et nulla mora interpoſita reſpondiſſe, ſi extant, ſin autem de illorum vero pretio, et valore ad rationem quāti plurimi ſatisfeciſſe, præinſertiſq. apoſtolicis, et præſentibus noſtris litteris per omnia paruiſſe, et de paritione nos infra terminum infra dicendum legitime certiores feciſſe. Alioquin præfatos ſic monitos, et requiſitos, ſi mandatis noſtris huiuſmodi, et monitionibus in omnibus obtemperare diſtulerint, contradictoreſque omnes, rebelles, et moleſtatores; in exequutione præſentium nominandos, citetis, etc. quatenus quadrageſima die, etc. compareant, etc. ad videndum ſe excommunicationis, aliaſque ſententias, cenſuras, et pænas prędictas incidiſſe, et incurriſſe declarari, ac alias ad omnes, et ſingulos actus, et terminos neceſſarios gradatim vſque ad ſententiam, ac ſententiarum pœnarum, et cenſurarum prædictarum aggrauationem, et reaggrauationem, brachiiq. ſecularis inuocationē procedi, citatorum contumacia, ſeu abſentia in aliquo non obſtante. Abſolutionem vero à præmiſſis nobis, vel ſuperiori noſtro tantummodo reſeruamus. In quorum, etc.

Ad hanc clauſulam, alioquin, aduerte, quod ex rationibus in tertio libro relatis de exequutione breuis hæc monitoria ne dum ſub præſcripta forma contra intruſum concedi conſueuerunt, imo plus concedebantur mandatum de immittendo in poſſeſſionem prouiſum Apoſtolicum cum monitorio contra intruſum, qui quandocunque comparuiſſe non audiebatur niſi dimiſſa poſſeſſione, & refectis expenſis contumacialibus quatenus fuiſſet condemnatus, ea vt puto ratione, quia tunc ſimilia breuia paſſim concedebantur cum clauſula, conſtito ſummarie, & extraiudicialiter, etc. et ſic modo præmiſſo, clauſula conſtito, verificata, vt ſuperius dixi, procedebatur, ſed quia à multis annis citra ea amplius nó conceduntur cum dicta clauſula, conſtito ſummarie, et extraiudicialiter. Ideo intruſus munitus quandocunque comparuerit ex integro, auditur in tantum

quod monitorium, quod ſit iuxta præſentem iuſtitiam reſoluitur in vim ſimplicis citationis, et propterea mutando propoſitum crederem non erraſſe ſi dicerem, quod decreto in eiſdem monitorijs apponatur clauſula, ſi ſor e ſe grauatum ſenſerit, etc. ſaluo tamen, etc.

Aliud vigore Breuis in litterarum fauorem expediri.

PEtrus Paulus, etc. Reuerendiſſ. DD. Epiſcopo N. eiuſq. in ſpiritualibus, & temporalibus Vicario generali, omnibuſq. & ſingulis, ad quos traditio poſſeſſionis infraſcripti beneficij, & fructuum conſignatio pertinet: vniuerſis quoq. &c. litteræ apoſtolicæ Sanctiſſ. D. N. D. Clementis Papæ VIII. in forma Breuis ſub annulo Piſcatoris expeditæ ex parte eximij Il Doctoris Chriſtophori Caſtelletti Clerici Rom nuper nobis præſentate fuerunt huiuſmodi ſub tenore, videlicet. A. tergo Dilectis filijs &c. Intus vero Clemens Papa, &c. Poſt quarum præſentationem de opportuno iuris remedio, ac efficacis defenſionis præſidio verbis prænominati d. Chriſtophori prouiſi Apoſtolici requiſitis, exhibitis nobis litteris apoſtolicis ſub plumbo, vt moris eſt, expeditis, in præinſerti breuis fauorem, ac cõſtito nobis per teſtes fide dignos, de mandato noſtro examinatos, contenta in dicto breui vera eſſe Vobis committimus, &c. quatenus ſub mille ducatorum, &c. præfatum Chriſtophorum principalem, vel eius procuratorem legitimum, in realem, &c. beneficij, in præinſertis, litteris nominati, ac illi forſan annexorum, &c. poſſeſſionem inducatis, immittatis, immiſſumque manuteneatis, & defendatis, ac quoſcunq. illius detentores, & in eos intruſos, ſeu intrudendos; non tamen apoſtolica auctoritate prouiſos, expellatis, &c. ſequere, vt in præcedenti forma mutatis mutandis.

Inſtrumentum remiſſoriæ.

PEtrus Paulus, &c. Magnifico D Poteſtati terræ N. ſalutem in Domino. Cum A. in cauſa inter eum ex vna parte, & B. ex altera, ſuper domo ſita in Ciuitate N. coram nobis vertente, & in qua ad nonnullos actus citra tamen concluſionem, eſt proceſſum, teſtes aliquos iſthic degentes pro fundamenti intentionis ſuæ verificatione ſuper articulis, pro eius parte nobis exhibitis, examinari facere, ac certa iura extrahere intendat; ad illius inſtantiam prædictum B. ad dicendum contra ſupradictos articulos, & excipiendum quicquid voluerit, videndumq illos ad probandum iſthic admitti, remiſſoriamq. deſuper concedi, necnon iudicem, coram quo, & locum in quo, & loci locum, ac terminum infra quem negotium remiſſionis huiuſmodi expediri debeat, ad certum terminum citari mandauimus. Quo audiente in contumaciam prædicti B. citati, & non comparentis, ad vlteriorem ipſius A. inſtantiam articulos præfatos ad iſthic probandum admiſimus, teque Poteſtatem N. in Iudicem, corã quo, & terram N. pro loco in quo, & palatio tuæ reſidentiæ in locum loci, ad præm[illegible] expediendа deputauimus, inſtrumentumq. remiſſoriis conceſſimus

ceſſimus, vt deputamus, & concedimus harum ſerie. Quocirca tibi committimus, &c. quatenus, &c. omnes & ſingulos teſtes, litteras, ſcripturas, inſtrumenta, & alia quæcunq. probationum genera, quę ex parte dicti A. coram te produci contigerit ſuper poſitionibus, & articulis reſpectiue, quos tibi ſub ſigillo noſtro huius remiſſoriæ titulo incluſos tranſmittimus infra duos menſes poſt harum tibi faciendam pręſentationem. in dicta terra N. in prędicto palatio fideliter recipias, ac teſtes ipſos iuxta interrogatoria, ſibi nomine B. exhibenda, ſecus ſi iuxta diſcretionem tuā diligenter examines, aut per Notarium publicum, & fidelem, & à te deputandum examinari cures. Si vero B. teſtes reprobare voluerit, teſtes ſuper reprobatione huiuſmodi coram te inducendos infra alium méſem poſt dictos duos, modo ſimili, ac vb. ſupra, iuxta interrogatoria, ſi quę A. exhibuerit, alioquin ſecundum prudentiā tuam examines aut examinari mandes. Teſtiumque vtriuſq. partis depoſitiones, & dicta clauſula, & ſigillo tuo munita, vna cum inſtrumentis, iuribus, & alijs ſcripturis quibuſcunq. in publicam formam redactis, ad nos tranſmittas. Teſtes ſe examini ſubijcere, ac ſcripturas exhibere nolentes per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, & pecuniarias, appellatione poſtpoſita cópellendo. In quorū fidé, &c.

Rotulus remiſſoriæ.

ROtulus remiſſoriæ in cauſa coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſ. D. Petro Paulo Creſcentio. &c. ſiue eius R. P. D. Locumtenente, inter A. agentem ex vna, & B. ſuper, &c rebuſque alijs, &c. partibus ex altera pendente, citato præfato B. ad inſtantiam A. decretę. In quo articuli pro parte dicti A. exhibiti inferius inſerti ſunt, videlicet. Poſitiones, &c.

Inſtrumentum prorogationis termini remiſſoriæ.

PEtrus Paulus, &c. Magnifico Domino Poteſtati terræ N. ſalutem in Domino. Non te fugit, nos dudum inſtrumentum remiſſoriæ pro examinandis iſthic nonnullis teſtibus, in cauſa coram nobis inter A. agentem ex vna, & B. ex altera parte, ſuper domo. &c. pendente ſuper articulis tibi per nos tranſmiſſis ad inſtantiam prædicti A. conceſſiſſe, & te in iudicem coram quo, ac terram N. in locum, in quo, & palatio tuæ reſidentiæ in loci locum cum termino duorum menſium ad negotium remiſſionis huiuſmodi exequendum deputaſſe. Hodie vero, cum ob feſtorum Paſchatis Reſurrectionis Domini ſuperuenientiam, ac alia legitima impedimenta (vt verbis prædicti A. ad nos eſt allatum) ad examinis, et remiſſoriæ expeditionem deueniri nequiuerit ad vlteriorem A. inſtantiam citato B. et contumace reputato ex cauſis antedictis, ac alijs animum noſtrum mouentibus, terminum prędictum à nobis alias conceſſum, ad alium menſem à die harum noſtrarum litterarum præſentationis computandum prorogauimus, ſeu quatenus lapſus ſit, denuo conceſſimus, et prorogamus, ſine iterum harum ſerie concedimus. In quorum fidem, &c.

Aliud reſponſionis ad articulos, de partibus tranſmiſſos.

PEtrus Paulus, &c. Nouerint vniuerſis præteritis hiſce diebus, litteras Magnifici Poteſtatis terræ N. hortatorias, & requiſitorias ſub datum, &c. vna cum quibuſdam articulis incluſis ex parte A. nobis exhibitas fuiſſe. Quas prædicti A. inſtantiam aperuimus, & illarum exequutionem B. dicti A, aduerſarium, in eis nominatum, ad reſpondendum articulis prædictis per verbum credit, vel non credit, monuimus. Qui monitus medio iuramento ſingulariter ſingulis reſpondit, vt in articulorum huiuſmodi margine, quos vna cum præſcriptis hortatorijs litteris tibi remittimus, continetur. In quorum fidem, &c.

Aliud admiſſionis per Procuratorem.

PEtrus Paulus, &c. Innoteſcant vniuerſis, non alias inſtante D. N. Fiſci S. D. N. Papæ, & Cameræ Apoſtolicæ procuratore fiſcali A. N. litterarum apoſt. contrauentionem ad perſonaliter coram nobis comparendum monuiſſe. Nuper autem B. prędicti A. procuratorē ante nos comparuiſſe, & monitorium à nobis decretum nullitatis vitio ſubiacere, cum nulla ſit contrauentio, ex pluribus deductis capitibns allegaſſe, & ob id prædictum monitorium reuocari, vel ſaltem A. ad ſuas faciendū defenſiones per procuratorem admitti poſtulaſſe. Quodq. nos præfatum procuratorem fiſcalem pluries, & pręſertim ad terminum infraſcriptum ad videndum A. per procuratorem admitti citari mandauimus. Quo audiente in procuratoris fiſcalis contumaciam non comparentis, nec releuans quid opponentis dictum A. per procuratorem ad ſuas faciendum defenſiones, & pro eius procuratorem dictum B. admittendum, & audiendum duximus, vt harum ſerie admittimus. In quorum fidem, &c.

Aliud Prorogationis termini ad comparendum.

PEtrus Paulus, &c. Non præterea vniuerſis, quod nos inſtante Magnifico D. S. D. N. Papæ, & Cameræ Apoſtolicæ Fiſci procuratore generali A. ob crimen ab eo in partibus commiſſum ad perſonaliter coram nobis omnino intra quindecim dierum ſpatium comparuiſſe. Subſequentes autem comparuit coram nobis B. dicti A. procurator, & allegauit ipſum A. eſſe procuratorem generalem Reuerendiſſimi Archiepiſcopi N. nunc in carceribus Caſtri Sancti Angeli conſtituti, & in negocijs Eccleſiæ N. præſertim in cultum diuinum concernentibus valde impeditum, ac ſeptuagenarium, & infirmum, & ideo niſi ſine maxima difficultate, ob loci diſtantiam, & magno cum periculo ad Vrbem ſe conferre poſſe; poſtulans propterea terminum, ſuo principali ad comparendum conceſſum prorogari. Nos itaq. ex cauſis prænarratis, ac alijs animum noſtrum mouentibus terminum prædictum ad alios quindecim dies prorogauimus, & quatenus lapſus ſit alium iterum conceſſimus, vt harum ſerie prorogamus, & concedimus. In quorum fidem, &c.

Aliud ſententiæ diffinitiuæ.

PEtrus Paulus, &c. Nouerint vniuerſis, quod alias introducta coram nobis

nobis via ordinaria lite, et cauſa inter A. ex vna parte et B. ex altera in prima inſtantia ſuper certę pecuniarum ſummæ reſtitutione, rebuſque alijs, etc. In cauſa ipſa ad omnes, et ſingulos actus, et terminos neceſſarios rite, et legitime proceſſo exhibitis iuribus examinatis teſtibus, citatis, citandis, verificatis, verificandis, ac alijs ſeruatis de iure ſeruandis, Tamen citato B. ad concludendum, et audiendum ſententiam diffinitiuam R. P. D. N. noſter in ciuilibus Locumtenens, cognitis per eum, ac mature diſcuſſis cauſæ meritis ſuam in ſcriptis tulit, et promulgauit diffinitiuam ſententiam huiuſmodi ſub tenore. Chriſti nomine inuocato, etc. lecta, lata, et in ſcriptis promulgata fuit præinſerta diffinitiua ſententia. Anno etc. In quorum fidem etc. Datum, etc.

Aliud ſententiæ declaratoriæ.

PEtrus Paulus, etc. Vniuerſis, etc. Alias pro parte Reuerendæ Cam. Apoſtolicæ, illiuſq. Ill. D. Commiſſarij, ac D. A. prouiſi Apoſtolici principalis pro ſuo intereſſe, pręſentatis nobis Apoſtolicis litteris mandati de capiendo poſſeſſionem beneficij N. dictæ Camerę nomine, in forma breuis, ſub annulo Piſcatoris expeditis, et in illarum exequutionem monitorialibus litteris ad partes decretis, et contra B. in dicto beneficio intruſum legitime exequutiuis, et in actis reproductis, et pro earundem Apoſtolicarum litterarum verificatione exhibitis, ad inſtantiam eiuſdem Commiſſarij, ac A. pro ſuo intereſſe in cauſa comparentis poſitionibus, et articulis, illiſque citato N. dicti B. Procuratore, ad hunc, et ad omnes alios actus in hac cauſa factos admiſſis, ac teſtibus fide dignis ſuper eis examinatis, ac alijs ſeruatis ſeruandis, et verificatis verificandis. Tandem quia dictus B. dictis monitorialibus, ac Apoſtolicis litteris parere neglexit, et negligit, contra eum, citato iterum dicto N. procuratore ſuo declaratoriam ſententiam Reuerendus Pater Dominus N. in ciuilibus Locumtenens, viſis videndis, conſideratis conſiderandis, ac fauorem dictæ Cameræ in ſcriptis tulit, et promulgauit. cuius hic eſt tenor. De iuris peritorum conſilio, etc. Quam ſententiam et omnia ea contenta vobis intimamus, et notificamus. Vobiſque committimus, etc. ſub mille ducatorum, etc. quatenus, etc. eundem A. ſic excommunicatum, et declaratum in veſtris Eccleſijs, Monaſterijs, ęt Cappellis, alijſue locis publicis publice nuncietis, ac ab alijs nunciari, et ab omnibus Chriſtifidelibus arctius euitari faciatis, et mandatis, donec aliud à nobis, vel ſuperiore noſtro deſuper habueritis in mandatis. Lecta, lata, etc. In quorum fidem, etc. Datum, etc. Hæc præſcripta declaratoriæ inſtrumenti formula retroactis temporibus conceſſa fuit. et etiam concederetur ob non paritionem breuis habentis ſolitam clauſulam. Scilicet contradictores, etc. per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita conpeſcen. Verum quia clauſula hæc à nonnullis temporibus citra ita adeo immutata fuit, vt contra eoſdem contrauentores ad dictas cenſuras non ita, vt antea deuenitur,

propterea non ab re cenſui nouas, & declaratoriæ inſtrumenti, et ipſius ſententiæ declaratoriæ formulas huic addere, et conſcripſi, prout infra videre poteris.

Aliud ſententiæ declaratoriæ.

PEtrus Paulus, &c. Noueritis, quod lite, et cauſam coram nobis inter R. Cameram Apoſtolicam, et Ill. illius D. Commiſſarium ac D. A. prouiſum Apoſtolicum, illi pro ſuo intereſſe adherentem ex vna, & D. B. intruſum reum conuentum de, et ſuper traditione conſignatione, et dimiſſione poſſeſſionis benefici) N. per obitum q. N. de menſe N. et extra Romanam Curiam defuncti vacan. et de quo dicto D. A. auctoritate Apoſtolica prouiſum fuit, necnon paritione litterarum Apoſtolicarum in forma breuis, vt moris eſt expeditarum, ac noſtrarum monitorialium in earum exequutionem per nos ad partes decretatum, et dicto D. B. in partibus legitime intimatarum, et in actis iudicialiter reproductarum, rebuſque alijs in actis cauſę, et cauſarum huiuſmodi latius deductis, et illorum occaſione partibus ex altere introducta, reproducto dicto monitorio vna cum illius intimatione in partibus dicto D. B. facta, et pro illius verificatione dati pro corundem Commiſſarij, et dicti D. A. principalium parte nonnull's poſitionibus, et articuli, ſuper illis examinatis teſtibus fide dignis, ſeruatiſque omnibus terminis de ſtylo curię ſeruari ſolitis. Tandem R. P. D. Mattheus Burattus vtriuſque Signaturæ Referendarius, ac noſter in ciuilibus Locumtenens ad vlteriorem d. Commiſſarij, et A. principalium inſtantiam, dicto D. B. exaduerſo principali per Curſorem, ad hunc prout et ad alium quemlibet præcedentem actum citato, viſis videndis, et conſideratis conſiderandis, ad fauorem dictorum dd. Commiſſarij, et D. A. contra dictum B. ſua in ſcriptis promulgauit ſententiam huiuſmod. ſub tenore, videlicet. Chriſti nomine inuocato, per hanc noſtram ſententiam, quam pro tribunali ſedentes, et ſolum Deum præ oculis habentes de iuriſperitorum conſilio ferimus in his ſcriptis in cauſa, et cauſis coram nobis inter Illuſt. D. Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarium, et D A. illi pro ſuo intereſſe adhærentem ex vna, et D. B. intruſum reum conuentum de et ſuper traditione, conſignatione, dimiſſione, et relaxatione poſſeſſione dicti beneficij N. necnon paritione litterarum apoſtolicarum in forma breuis, vt moris eſt, expeditarum, ac litterarum monitorialium in earum exequutionem per nos ad partes decretatum, et in partibus dicto d. B legitime intimatarum, et in actis iudicialiter reproductarum, rebuſque alijs in actis cauſæ, et cauſarum huiuſmodi latius deductis, et illorum occaſione in prima verten. inſtan. partibus, ex altera dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, et declaramus dictum D. B. intruſum à poſſeſſione dicti beneficij, et illi annexorum quorum cunq. amouendum, eijciendum, et expellendum, ipſorumq. Ill. D. Commiſſariū in poſſeſſionem dicti beneficij, et illi annexorum quorumcunq. immittendum

tendum, & inducendum, eidemque de fructibus prædictis reſpondendum fore, & eſſe, iuxta formam dicti breuis; prout nos dictum B. amouemus, eijcimus, & expellimus, reſpectiue Reu. Cam. Apoſtolicam immittimus, & inducimus, ac illam ſibi tradimus, & conſignamus, induciq. immitti, tradi & conſignari, ac de fructibus, reddit. prouent. iuribus obuentionibus, & emolumentis vniuerſis ad dictum beneficium pertinentibus eidem à die obitus q. N. reſponderi mandamus, mandatumque de immittendo, & aliud ſuper neceſſarium, & opoortunum, decernendum & relaxandum fore, & eſſe, prout relaxamus, ac relaxari mandamus. Item pari noſtra ſententia, dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus præfatum D.B. intruſum ex nunc prout ex tunc excommunicationis aliaſq. Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pœnas in dictis litteris apoſtolicis, & monitorialibus ſibi etiam intimatis, & in actis iudicialiter reproductis conten tas ob illarum non paritionem, dictique beneficij, illi annexorum, iuriumq. & pertinentiarum quorumcunque poſſeſſionis non traditionem, conſignationem, relaxationem, & admiſſionem, ac illius fructuum, &c. non reſtitutionem damnabiliter incidiſſe, & incurriſſe publice denunciandum, litteraſq. declaratorias deſuper opportunas concedendas, & relaxandas fore, & eſſe, prout denunciari, relaxari, & concedi mandamus, eumdemq. d. B. intruſum in omnibus, & ſingulis fructibus, redditibus, & prouentibus per eum à die obitus dicti q. N. perceptis, et vſque in diem liberæ traditionis, et relaxationis poſſeſſionis dicti beneficij in exequutione liquidan. ac in omnibus, et ſingulis expenſis in huiuſmodi cauſa pro parte dd. Commiſſarij D.A. corã nobis legitime factis condemnamus, quorum fructuum liquidationem, & expenſarũ taxationẽ nobis, vel cui de iure poſterum reſeruamus. Et ita dicimus, & pronunciamus non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo, &c. Ita pronunciaui Ego Thomas Lapius Locumtenens, et Commiſſarium. Quam quidem præinſertam ſententiam, omniaque & ſingula in ea contenta Vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis intimamus, & inſinuamus, et notificamus, ac ad Veſtram, & cuiuslibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes, ne de præmiſſis ignorantiam aliquam prætendatis. Voſque omnes ſupradictos tenore præſentium monemus & requirimus: vobis vero alijs ſupradictis iuſtitiæ miniſtris tenore præſentium committimus, quatenus ſtatim viſis, et receptis præſentibus, et poſtquam præſentium vigore fueritis pro parte dictorum Commiſſarij, et D. A. principalium requiſiti, ſeu aliquis veſtrum fuerit requiſitus, ipſum Illuſtr. D. Commiſſarium, et ſeu ab eo ad id ſpecialiter deputatum in realem actualem, et corporalem poſſeſſionem dicti beneficij N. et illi annexorum quorumcunque, expulſis ex inde dicto B. intruſo, et quibuſuis aliis dicti beneficii detentoribus, et intruſis immittatis, et inducatis, immiſſumque, et inductum in ea manu teneatis, et conſeruetis, ac de fructibus, redditibus, et prouentibus, iuribuſque

 obuen-

obuentionibus,& emolumentis quibuſcunque dicti beneficii, & illi anne xorum iuxta formam ſupradictæ ſententiæ reſpondeatis,immittique, Induci,& immiſſum,ac inductum in ea manuteneri,&conſeruari,ac de fructib. reſponderi faciatis,& mandetis,prout nos quãtum poſſumus immittimus, & inducimus,ac inductum,& immiſſum manutenemus, & conſeruamus; immittique induci,manuteneri,ac de fructibus reſponderi mandamus per præſentes. Et nihilominus dictum D. B. intruſum ſic excommunicatum, & declaratum in veſtris Eccleſiis,&c.reliqua ſequere, & in alio proxime ſcripto in ſtrumento declaratoriæ.

Aliud ſubdelegationis Iudicis pro fructibus liquidandis.

PEtrus Paulus,&c. Reuerendo D.Priori Eccleſiæ N.Iudicis per nos ad infraſcriptum negocium exequendum ſubdelegato ſalutem & in com miſſis diligentiam debitam. Non te fugiat, quod alias declaratoriam ſententiam, ad inſtantiam A. apoſtolica Auctoritate de beneficio N.prouiſi, contra B.in dicto beneficio intruſum, ob non dimiſſionem poſſeſſionis illius, ac fructuum à die obitus quondam N.illius vltimi poſſeſſoris decurſorum,& in futurum vſque in diem realis dimiſſionis decurrendorum non reſtitutionem,& litterarum apoſtolicarum mandati de capiendo eiuſdem beneficii poſſeſſionem,ſub annulo Piſcatoris expeditarum nobis exhibitarum, ac monitorialium per nos in illarum executione conceſſarum, & aduerſario intimatarum,& in actis reproductarum non paritionem,ſeruatis de iure ſeruandis,ac verificatis verificandis in ſcriptis tulimus, & promulgauimus,vt in noſtris inde confectis litteris latius habetur.Poſt cuius ſententiæ prolationem pro illius omnimodam executione à præfato A. requiſiti, ad eius inſtantiam N.dicti B.procuratorem,ad videndũ per nos iudicem aliquem in partibus pro fructuum antedictorum,ac expenſarum iſthic factarum liquidatione ſubdelegari, ac locum, & locorum loci eligi,inſtrumentumq. ſubdelegationis deſuper opportunum per nos concedi,citari fecimus. Cuius citationis termino audiente in d. N. procuratoris non comparentis contumaciam te Priorem N. in Iudicem liquidandum,& liquidari curandum fructus,& expenſas prædictas, ſubdelegationes, & in locum ciuitatem N.& in locum loci Eccleſiã N.in quibus hæc liquidatio fieri debet, elegimus. Quo circa tibi committimus ſub mille ducatorum,&c.quatenus,&c.omnes,& ſingulos fructus,&c.& emolumẽta quæcumque d.beneficii,à die obitus prædicti quondam N.decurſos, & in futurum vſque in diem actualis dimiſſionis poſſeſſionis d. beneficii decurrendos, ac expenſas ex parte d. A. in hiſce partibus factas, citato ad hæc omnia d. B. ſi in prædicta ciuitate interfuerit, alioquin affixis copiis citationum ad valuas prænominatæ Eccleſiæ,in locum loci electæ, in loco,& loci loco, vt præfertur,deputatis,liquidas,& liquidationem debitam facias & deſuper omnes,& ſingulos teſtes coram te nomine A. inducendos recipias, & iuxta interrogatoria, tibi pro parte B.exhibenda, ſexus

iuxta

iuxta diſcretionem tuam præuio iuramento examinis, vel per Notarium publicum examinari cures. Ipſorumq. depoſitiones, & dicta in ſcriptis fideliter redacta, iuraq. ſcripturas, libros, & alia quæcunque munimenta pro liquidatione eiuſmodi neceſſaria cupias, & extrahas, ſeu extrahi facias proceſſumq. ne ſuper hac liquidatione faciendum in publicam, & authenticam formam occluſum, & obſignatum ad nos tranſmittas. Teſtes examini ſubiicere, ac ſcripturas exhibere negligentes per pecuniarias pœnas, & denique per cenſuras Eccleſiaſticas cogendo. In quibus omnibus exequendis vices, & voces noſtras tibi committimus per præſentes. In quorum fidem, &c.

Aliud reintruſionis in priſtinas cenſuras.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, &c. Excommunicationis, aliaſq. Eccleſiaſticas cenſuras, ſententias, & pœnas in litteris Apoſtolicis mandati de capiendo poſſeſſionem Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ nomine beneficii N. in forma breuis ſub annulo Piſcatoris expeditis, ac monitorialibus, per nos in illarum executionem decretis contentas, ob earum non paritionem B in dicto beneficio intruſum ad inſtantiam prædictæ Cameræ Apoſtolicæ, & A. prouiſi Apoſtolici pro ſuo intereſſe incidiſſe, & incurriſſe declarauimus. Poſt hæc vero eundem B. habita ab eo promiſſione de litteris antedictis intra certum breue terminum obediendo, ab illis cum reincidentia ad beneplacitum noſtrum abſoluimus. Et quia ipſe B. ne dum in tempore promiſſo, verum etiam poſt multos dies poſtea id adimplere neglexit, eum ad hoc citatum, & à nobis contumacem reputatũ ad vlteriorem d. Cameræ, & præfati A. inſtantiam in priſtinam excommunicationem, & cenſuras reintruſimus; vt harum ſerie reintrudimus. Quocirca vobis committimus, &c. quatenus eundem B. ſic reintruſum in priſtinam excommunicationem, & cenſuras in veſtris Eccleſiis, &c. ſequere vt in inſtrumento ſententiæ declaratoriæ.

Aliud appellationis.

PEtrus Paulus, &c. Nouerint coram nobis vniuerſi; quod hodie comparuit coram nobis A. & à quondam prætenſo decreto mandati de manutenendo in poſſeſſione domus ſitæ, &c. illiusq. relaxatione, nuper ad inſtantiam cuiuſdam B. per nos, ipſo minime, vel ſaltem non legitime, vt dixit, citato, facto, & emanato, aliiſq. grauaminibus ſibi, vt prætendit, illatis in cedula appellationis expræſſis ad Sanctiſſimum D. N. Clementem Papam 8. eiuſq. ad Sanctam Sedem Apoſtolicam facto realiter, & in ſcriptis prouocauit, & appellauit, Apoſtoloſq. ſibi dari petiit, aliasq. & alia fecit, & dixit, vt in appellationis cedula, quam exhibuit, tenoris ſequentis, videlicet, &c. Quam accepimus, & legimus, & prædicto A. appellationi, Apoſtolos teſtimoniales conceſſimus, vt concedimus harum ſerie. Quæ omnia, &c. In quorum, &c.

Aliud

Aliud repoſitionis.

PEtrus Paulus,&c. Nouerint vniuerſis, ꝙ nos aliasad inſtantia A. in cauſa coram nobis inter eum,& B.ſuper domo ſita,&c. vertente,litteras remiſſoriales ad partes pro teſtibus examinandis conceſſimus, & in illis Poteſtatem terrę N. in iudicem pro negotio remiſſionis exequendo deputauimus. Hodie autem ſtetit ante nos d. B. & Poteſtatem prædictum pro ſuſpecto allegauit, & ideo pro deputatione eiuſmodi in ſcriptis appellauit, vt in cedula, quam nobis exhibuit, cuius huic eſt tenor. Quamuis, &c. Qua quidem appellatione per nos ſi & in quantum de iure admitti debeat admiſſa,eũdem B.in eum in quo erat ante ſupradictã,à nobis factam Poteſtatis N. deputationem ſtatum, & locum animo melius ſuper hoc deliberandi repoſuimus, & redintegramus, vt harum ſerie reponimus,& redintegramus. Quæ omnia,&c. In quorum fidem,&c.

Aliud remiſſionis cauſæ.

PEtrus Paulus &c Nouerint,vniuerſis,quod nos hodie cauſam,coram nobis nuper via ordinaria ſuper vinea ſita, &c. ad inſtantiam A.contra B introductam, quia ſummam quadraginta ducatorum, vt à B. accepimus, non excedit, citato dicto A. ad ipſius requiſitionem, ac non comparente, & à nobis contumace reputato ad partes remiſimus, vt harum ſerie remittimus. Quæ omnia, &c.

Aliud reuocationis ſequeſtri.

PEtrus Paulus,&c. Nouerint vniuerſi, ꝙ nos hodie ſequeſtrum ad inſtantiam A. ſuper fructibus beneficij N. quod B. poſſidet pro ducatis quinquaginta per eundem B. ipſi A. cauſa terminorum decurſorum penſionis annuæ ducatorum vigintiquinque ſimilium ſuper prædictis fructibus Apoſtolica auctoritate reſeruatę, præuio mandato exequutiuo per nos relaxato, alias conceſſum de conſenſu ipſius A. in actis præſtito reuocauimus,& relaxauimus, vt harum ſerie reuocamus, & relaxamus. Quæ omnia, &c. In quorum fidem, &c.

Aliud reuocationis exequutionis.

PEtrus Paulus, &c. Atteſtamur vniuerſis, quod nos alia mandatum exequutiuum vt inſtrumenti per N. Notarium publicum celebrat: nobis exhibitis pro ſcutis N. ad inſtantiam A. contra B. relaxauimus, Nuper vero ſtetit ante nos B. & aduerſario de ſumma ab eo petita ſatisfeciſſe aſſeruit, & ad id verificandum aduerſarij manu ſubſcriptas partis debiti receptiones, & pro alia partes teſtes eiuſdem aduerſarij confeſſiones ſcientes produxit, petens propterea mandatum aſſertum reuocari, inſtrumentum prædictum caſſari, & aduerſarium in expenſis condemnari mandari.

Nos igitur, viſis dictis receptionibus, ac teſtibus formiter, & aduerſario citato, ſuper articulis in actis exhibitis examinatis, & ſolutione plene probata; citato iterum ad infradicenda dicto B & contumace reputato, ipſum in expenſis condemnauimus, mandatum prædictum reuocauimus

mus, et inſtrumentum caſſari mandauimus, vt harum ſerie condemnamus, reuocamus, et caſſari mandamus. Quæ omnia, &c.

Aliud examinis teſtium.

PEtrus Paulus, &c. Notum facimus vniuerſis, quod nuper A. principalis ad perpetuam rei memoriam hos articulos exhibuit. Poſitiones, etc. Quos deinde ad vlteriorem prædicti A. inſtantiam, citatis per audientiam publicam litterarum contradictarum quibuſcunque ſua quomodocunque intereſſe putantibus ad probandum admiſimus, et ſuper illis per Notarium noſtrum infraſcriptum teſtes quoſdam, ab eodem A. inductos, præuio iuramento de veritate omnino dicenda per eos præſtito, examinari mandauimus. Qui examinati medio iuramento depoſuerunt, et dixerunt, vt ſequitur. Die, etc. examinatus, etc. Quibus quidem depoſitionibus, et dictis per nos publicatis tandem inſtante eodem A. præſens inſtrumentum decreuimus, et fieri mandauimus. In quorum fidē, etc.

Aliud atteſtationis vitæ.

PEtrus Paulus, &c. Nouerint vniuerſis, quod nos requiſiti ad inſtantiā A. qui ſe hodie nobis ſanum, et incolumen, deambulantemq. et alios actus veram ſanitatem indicantes facientem oſtendit de ipſius A. ſuperuiuentia eiuſmodi teſtimonium publice dicemus, et eundem A. inhumanum agere, ac ſanum eſſe, et incolumen atteſtamur; et fidem indubiā harum ſerie facimus. In quorum fidem, &c.

Aliud ſimile per teſtes.

PEtrus Paulus, &c. Nouerint vniuerſis, quod hodie teſtes quoſdam fide dignos ad inſtantiam A. ſuper eius ſuperuiuentia, et vita per noſtrum Notarium examinamus. Ex quorum depoſitionibus eundem A. in rerum natura viuum, ſanum, incolumen eſſe, ac in Romana Curia reſidere conſtitit, et veritati teſtimonium perhibendo de his fidem facimus, et atteſtamur. In quorum fidem, &c.

Aliud intimationis litis.

PEtrus Paulus, &c. Vniuerſis, &c. Vendidit alias A. domum ſitam, &c. cum omnibus membris, etc. B. pro pretio, etc. et promiſit rem venditam eſſe liberam, immunem omni penſione, et onere, et bene, ac legitime venditam, et non alteri obligatam, nec effectam, et vt talem defendere, et facere conſentire omnem perſonalem ſuper ea ius habere prætendentem, et ſucipere in ſe omnem litem, ſi quæ inferretur, et alias vt in inſtrumento, per N. recepto, et in actis noſtri Notarij infraſcripti exhibito apparet. Poſtea vero pro parte N. principalis fuit commiſſio per vnum ex S.D.N. Papæ præſentata, cuius tenor hic eſt. Beatiſsime Pater, etc. Poſt cuius præſentationem, pro illius verificatione nonnulla iura, et monimenta contra eundem B. exhibita, et ad quoſdam actus proceſſum extitit, et ſic illi ſuper dicta domo moleſtationes, et inquietationes præſtite fuere. Quare pro eiuſdem B. parte de iuris opportuno remedio requiſiti vobis committimus etc. quatenus etc. præinſertam commiſ-

miſſionem, necnon moleſtias eidem B. per dictum N. illatas, ac omnia, & ſingula præmiſſa, & infradicenda eidem A. venditori intimetis, & notificetis, ac ad eius notitiam deducatis, ne de his ignorantiam prætendere, aut allegare poſſit: Ipſumq. A. exaduerſo principalem citetis, & requiratis, quatenus debeat ipſi B. domum prædictam liberam, & alteri non obligatam manutenuiſſe, ac ſupradictum N. eum ſuper eadem domo moleſtantem conſentire feciſſe, litemque ab eodem N. moram in ſe ſuſcepiſſe ſuis procuratoribus, & impenſis illumque à prædictis, & alijs quibuſcunque moleſtijs liberaſſe, ac expenſas, damna, & intereſſe in huiuſmodi iudicio factas, & paſſa & facienda, ac patienda ſoluiſſe, illaque liquidari vidiſſe, aliaque omnia adimpleuiſſe, ad quæ ex forma dicti inſtrumenti vēditionis tenetur, alias contra eū ad ipſius inſtrumētis, & oblig. Cameralis illi adiectæ exequutionem, vt magis eidem inſtanti expedire videbitur, & rationis ordo ſuadebit, procedi vidiſſe. In quorum fidem, &c.

Aliud extenſionis obligationis cameralis.

PEtrus Paulus, &c. Nouerint vniuerſis, ꝙ nos ad inſtantiam A. citato ad infradicenda omnia per edictum publicum B. in Vrbe abſente, obligationem in forma cameræ in chyrographo nobis pro parte d. A. exhibito, et per teſtes fidedignos recognito appoſitam, iuxta ſtylum noſtrę Curiæ, et clauſulas in forma cameræ Apoſtolicæ poni conſuetas extendi ac publicum inſtrumentum chyrographi huiuſmodi per Notarium noſtrum infraſcriptum confici mandauimus. Cuius chyrographi hic eſt tenor. Per la preſente, &c. Pro quibus omnibus obſeruandis, &c. Extende obligationem cameralem in forma, cum iuramento, ſi in apoca aderit ſin minus, abſque iuramento extendas, vt per Io. Andr. & Abb. in c. pen. iur. iur. citatum per Hyppol. de Marſ. in ſing. 123. Incip. In iure clarum eſt, in fi. Quibus omnibus tanquam rite, et legitime peractis noſtram, & noſtri officij auctoritatem ordinariam, et iudiciariam pariter, decretum interpoſuimus, vt interponimus per præſentes. In quorum fidem, &c.

Aliud mandatum exequutiuum.

PEtrus Paulus, &c. Reueren. Patri D. Gubernatori ciuitatis N. eiuſq. D. Locumtenenti, ac alijs quibuſuis iudicibus, & officialibus, bariſellis quoque, & exequutoribus, et iuſtitiæ miniſtris quibuſcunq Salutem &c. Moram fecit B. in ſolutione ſc. 100. ad quem tenebatur A. in inſtrumento camerali obligatione munito, in actis infraſcripti notarij noſtri recepto: & ideo contra eum per audientiam publicam litterarum contradictarum citatum, & contumacem habitum, ad prædicti A. inſtantiam mandatum hoc exequutiuum vi dictæ obligationis relaxauimus. Quocirca vobis omnibus committimus, &c. quatenus præfatum B. ad integre prædicto A. perſoluendum dicta ſcuta centum, vna cum iulij N. pro expenſis huius mandati per carcerationem eius perſonæ, ac bonorum illius ſubhaſtationem, & deliberationem, compellatis, etc. In quorum fidem, &c.

Aliud loco cenſurarum in obligatione ſuſceptarum.

PEtrus Paulus, &c. Reuerendo Patri, &c. Diſtulit B. ſatisfacere A. de ſcutis centum monetæ, ad quorum ſolutionem ſeu inſtrumento, per N. Notarium publicum recepto, & in actis noſtri infra nominati notarij exhibito Camerali obligatione vallato obligauerat, & cenſuras omnes Eccleſiaſticas, ſi tempore conuento in ſolutione defeciſſet. Ob eamque rem mandatum hoc exequutiuum dictarum cenſurarum, ab eo in obligatione ſuſceptarum loco, contra illum citatum per audientiam litterarum contradictarum, & contumacem reputatum, relaxauimus, Quocirca, &c. ſequere vt in præcedenti forma.

Duplicatum mandati exequutiui, tempore prædeceſſoris Auditoris relaxati.

PEtrus Paulus, &c. Magnifico D. Poteſtati terræ N. &c. Relaxauerat Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus D. Marcellus Lantes noſter in officio prædeceſſor, nunc in ampliſſimum Cardinalium Collegium adſcitus, mandatum exequutiuum, cuius hic eſt tenor. Marcellus, &c. Nouiſſime vero à ſupra nominato A. principali creditore requiſiti, duplicatum hoc per noſtrum Notarium ſubſcriptum, et ſigillo Cameræ Apoſtolicæ munitum conceſſimus. Datum Romæ, &c.

Aliud ſimile.

PEtrus Paulus, &c. Illuſt. D. Commiſſario caſtri N. &c. Conceſſerat ſub die &c. Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus D. Marcellus Lantes S.R.E. Cardinalis, dum officium noſtrum gerebat, mandatum exequutiuum D.A. aduerſus D.B. citatum tunc, & contumacem pro ſcutis centum, in quorum ſolutione tempore præſtituto moram fecerat. Nuperrime autem dicto D. A. inſtanti, & poſtulanti duplicatum hoc prænarrati mandati in prædictum B. iterum citatum, et contumacem habitum relaxauimus. Quocirca &c. ſequere, vt in forma mandati exequutiui: Ad hæc duplicata, nota, quod ſiue à primo, ſiue nouo Auditore mandatum obtentum expeditumque fuerit, cuius duplicatum creditor habere deſiderat, ſi annus lapſus fuerit debitorem pro eo obtinendo citare curabit, quod intellige ſi mandatum prompte non habeat, ſecus ſi illud præ manibus haberet, quod ſiue à primo, ſiue à ſecundo nouo Auditore obtentum fuerit illius exequutione licite procurare poterit, quia licet mutata ſit perſona primi Auditoris non ex hoc mutatur officium.

Mandatum exequutiuum contra bona hæreditaria.

EMINENTISSIMO, & Reuerendiſſimo D. Cardinali N. Prouinciæ Marchiæ, Anconitanæ apoſtolico Legato, ac Magnifico D. Poteſtati terræ N. etc. Petrus Paulus, etc. ſalutem, etc. Interpoſuit quondam B. moram ſolutioni ſcutorum centum auri, ad quam in humanis agens, inſtrumento, Cameralem obligationem in ſe habenti,

per

per Notarium, etc. recepto A. ſe obligauerat, et Idcirco, citatis N. et N. eiuſdem quondam B. hæredibus per audientiam litterarum contradictarum, et contumacibus reputatis, mandatum hoc executiuum, in illius hæreditarijs bonis exequendum dicto A. instanti conceſſimus, et relaxauimus. Quocirca vos Eminentiſſ. Cardinalem in Domino hortamur, vobis vero omnibus alijs ſupradictis committimus, &c. quatenus mandatum præſens in, et ſuper bonis mobilibus, et immobilibus iuribus, actionibus, et debitorum nominibus quibuſcunq. ad prædictum B. ſeu illius hæreditatem, vel hæredes prænominatos, vtcunque ſpectantibus exequamini, ac debitæ demandetis exequtioni; facientes per illorum ſubhaſtationem, deliberationem, venditionem, ac alium quemuis canonicum modum vobis magis bene viſum eidem A. vel eius legitimo procuratori de dictis ſcutis centum, ac expenſis præſentis mandati integre ſatisfieri, etc. in quorum fidem, etc.

Mandatum exequutiuum cum excommunicatione in ſubſidium.

SERENISSIMO Principi, et D.D. Fräciſco Medices Magno Etruriæ Duci, ac Magnifico Gubernatori Ciuitatis N. eiuſq. Locumtenenti Iudicibus, etc. necnon Reuerendiſſimo dictæ Ciuitatis Epiſcopo, eiuſq. generali in ſpiritualibus Vicario, vniuerſis quoq. DD. Abbatibus, etc. Petrus Paulus, etc. ſalutem, etc. neglexit B. ſoluere ſcuta centum auri in auro A. ad quæ erat in forma Cameræ apoſtolicæ per inſtrumentum receptorum, etc. obligatus, et ob id contra eum legitime citatum, et contumacem mandatum hoc exequutiuum relaxauimus, necnon in iuris ſubſidium, et ſi, et quatenus mandati exequutiui huiuſmodi realis, vel perſonalis contra illum facile fieri non poterit excommunicationis ſententiam in illum promulgauimus, et ſubſequentes eum illam incidiſſe, et incurriſſe declarauimus. Quocirca vos Sereniſſimum, etc. vobis vero omnibus temporalem iuriſdictionem exercentibus, committimus, quatenus dictum B. carceribus mancipietis, eiuſque bona omnia capiatis, ſubhaſtetis, et deliberetis, ac per hos, et alios quoſcunq. canonicos modos vobis magis bene viſos ad ſoluendum integre dicto A. vel eius legitimo procuratori dicta ſcuta centum, vna cum expenſis præſentis mandati cogatis, et cogi curetis. Vobis vero Reuerendiſſimo D. Epiſcopo, ſeu Vicario, omnibuſque alijs Eccleſiaſtica iuriſdictione fungentibus committimus, etc. quatenus in iuris ſubſidium, ac ſi, et quando mandatum exequutiuum huiuſmodi realiter, et perſonaliter, vt ſupra expreſſum eſt, exequi facile nequierit, et non alias eundem B. vt ſupra excommunicatum, et declaratum in veſtris Eccleſijs, Monaſterijs, et cappellis publice nuncietis, et nunciari faciatis, ac ab omnibus Chriſtifidelibus arctius euitari curetis, nec ceſſetis, donec aliud à nobis vel Superiore noſtro deſuper habueritis in mandatis. In quorum fidem, etc.

Cedulonus

Cedulonus in pede annotandus.

D.B. exaduerſo principalis hic auctoritate Apoſtolica in iuris ſubſidium, ac in euentum, in quem mandati exequutiui vt ſupra relaxati realis, perſonaliſue exequutio facile fieri non poterit, et non alias, denunciatur excommunicatus, et declaratus ob non ſolutionem ſcutorum centum, ad quæ inſtanti infraſcripto, vt in actis tenetur. Inſtante D. A. Principale.

Excommunicatio in ſubſidium diuiſa à mandato poſt mandati relaxationem.

PEtrus Paulus, &c. mandatum exequutiuum præteritis hiſce diebus ad inſtantiam A principalis creditoris contra B. debitorem pro ſcutis centum vi obligationis in forma Cameræ, ſub qua illos ſoluere in Vrbe tenebatur, relaxauimus. Verum quia facta per exequutores curię noſtrę diligentiam de illud perſonaliter, vel ſaltem realiter contra eundem B. exequendo, exequi in Romana Curia minime potuit, debitorem ipſum citatum, et contumacem, ob non ſolutionem prædictæ ſummæ excommunicandum, ac excommunicatum publice declarandum in iuris ſubſidium duximus, vt harum ſerie excommunicamus, et declaramus. Quocirca etc. ſequere, vt in inſtrumento ſententiæ declaratoriæ.

Cum cedulone huiuſmodi.

D. B. exaduerſo principali hic in iur s ſubſidium apoſtolica auctoritate excommunicatus, et declaratus denunciatur, ob non ſolutionem ſcutorum centum, ad quorum ſolutione in forma camerę tenetur, vt in actis. Inſtante A. principali.

Aggrauatoria cum brachio ſeculari.

POTENTISSIMO. & Catholico Principi, & DD Philippo ab Auſtria Hiſpaniarum, &c. Regi, &c. eiuſque Proregibus, &c. Prætoribus, Poteſtatibus, Iudicibus, etc. necnon Reuerendiſſimo D. Epiſcopo N. eiuſque Vicario in ſpiritualibus generali, vniuerſis quoque DD. Abbatibus, etc. Petrus Paulus, etc. ſalutem, etc. Alias pro parte Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, illiuſque Illuſt. D. Commiſſarij, ac D A. proui i apoſtolici pro ſuo intereſſe præſentatis, etc. ſequere ad vnguem, et ad verbum, vt in inſtrumento ſententiæ declaratoriæ, ſupra poſito vſque ad ſententiæ inſertionem incluſiue. Et quoniam idem B. ſic excommunicatus, et declaratus rebellis, et inobediens excommunicationis ſententiam per decem dies poſt illius publicationem, et denunciationem in locis publicis, per vnum ex Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſoribus publice factam, animo ſubſtinuit indurato, ad vlteriorem præfati Illuſt. D. Commiſſarii, et A. inſtantiam, citato iterum dicto B. et contumace, ac parere negligente, ſententiam excommunicationis antedictam aggrauauimus, vt harum ſerie reaggrauamus. Quocirca vobis omnibus

Eccleſiaſticis perſonis committimus, &c. quatenus eundem B. ſic excō- municatum, declaratum, aggrauatum, & reaggrauatum in veſtris Eccleſijs, Monaſterijs, & cappellis, etiam infra miſſarum ſolemnia publice nūcietis, ac ab alijs nunciari, & ab omnibus Chriſtifidelibus arctius euitari faciatis, donec aliud a nobis habueritis in mandatis. Et quia enſe non proficientes Eccleſiaſtico, temporalis gladius non immerito ſuffragatur, vt quos Dei timor à malo non reuocat, ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ, brachium ſeculare inuocantes, vos Sereniſſimum, &c. vobis vero omnibus, & ſingulis alijs, quibus poſſumus, committimus, &c. quatenus eundem B per eius perſonæ captionem, & carcerationem bonorumque ſuorum quorumcunq. temporalium, & Eccleſiaſticorum ſubhaſtationem deliberationem, ac alium quemcunq. modum, qui opportunior vobis videbitur ad dimittendum, & relaxandū cum effectu dicti beneficij N. liberam, & vacuam, ac pacificam poſſeſſionē illiuſq. fructus, à die obitus prænominati quondam N. decurſos, & in poſterum vſq. in diem actualis poſſeſſionis prædictæ dimiſſionis, ac ſcuta N. pro expen. in hac cauſa legitime factis eidem Ill. D. Commiſſario, vel ſubſtituto ad hoc ab eo deputando integre perſoluendum, &c. In quorum fidem, &c.

Mandatum de aſſociando.

PEtrus Paulus, &c Magnifico Domino Ciuitatis N. Gubernatori eiuſque Locumtenenti, Auditoribus, Iudicibus, Bariſellis, &c. ſequuta alias deuolutione ob lineam finitam N. & N. ac A. eorum filij, & B. nepotis domus ſitę, etc. ſub proprietate directi dominij Archihoſpitalis S. Spūs in Saxia Vrbis, Reu. Pater D. N. modernus d. Archihoſpitalis Præceptor, huiuſmodi deuolutione declarata, ſupradictam domum in emphyteuſim, ſeu locationem ad tertiam generationem A ſub certo canone, et reſponſione, ac alijs pactis, et conditionibus, vt in inſtrumento deſuper celebrato dedit, et inter alia poteſtatem d. domus poſſeſſionem propria auctoritate, abſque alicuius iudicis licentia, capiendi eidem emphyteotico conceſſit, et quoniam eiſdem emphyteotici intereſt, vi d. clauſulę et poteſtatis ſibi conceſſę ad poſſeſſionē d. domus aſſociari, nos pro illius parte requiſiti mandatum hoc de aſſociādo auctoritate noſtra ordinaria, qua fungimur in hac parte decreuimus, et conceſſimus. Quo circa vobis committimus, etc. quatenus, etc. prædictum A. d. poteſtatis, & facultatis vigore ad locum d. domus, vt ſupra locatæ, et conceſſæ aſſocietis, aſſociariq. faciatis, ad effectum vt ille vobis aſſociantibus quietius, et liberius poſſeſsionem dictæ domus introeat, capiat, et apprehendat propria ſua auctoritate, vt illum ad effectum pręfatum ſic per vos aſſociari volumus et mandamus præſentium per tenorem. In quorum fidem, etc.

Aliud de conſignando fructus ſequeſtratos.

PEtrus Paulus, &c. R.R. DD. Archidiacono, & Priori Eccleſię N. ſequeſtratarijs, alias à nobis electis ſalutem, &c. Vos nō ſugere credimus, nos præteritis hiſce diebus, præuio mandato exequutiuo ob non ſolutionem

nem ſcutorum centum monetæ per B. Rectorem Parochialis Eccleſiæ N. cauſa gratuiti mutui D. A. debitorem per nos ſeruatis ſeruandis relaxati, ſequeſtrum ſuper omnibus dictæ Parochialis Eccleſiæ, ac aliorum quorumcunq. dicti B. bonorum temporalium, & ſpiritualium fructibus conceſſiſſe, & vos in ſequeſtratarios elegiſſe. Hodie autem à præfato A. requiſiti, citato ad hoc, & vocato prædicto B. per audientiam litterarum contradictarum, & contumace, mandatum hoc de conſignando ſibi dictos fructus ſic ſequeſtratos in ſui crediti ſolutum conceſſimus, & relaxauimus, Quocirca vobis committimus, &c. quatenus, &c. debeatis fructus ſequeſtratos eidem A. ſiue eius procuratori legitimo in ſolutum, & vſque ad integram ſatisfactionem dictorum ſcutorum centum, ac ſcutorum N. pro expenſis prænominati mandati exequutiui, ſequeſtri præſentis mandati de conſignando, et contradictarum realiter, et cum effectu conſignaſſe, et tradidiſſe, ac conſignari feciſſe. In quorum &c.

Aliud de tranſportando.

PEtrus Paulus, &c. Reuerendiſſ. D. Marchiæ Anchonitanæ Gubernatori, eiuſq. Locatenentibus, & Auditoribus, & præſertim Magnifico D. N. Iudici Commiſſario in hac parte ſpecialiter deputato, ac quibuſcunq. Bariſellis, etc. introducta alias coram nobis lite, et cauſa inter Magnificum D. Sanctiſſ. D. N. Procuratorem fiſcalem generalem ex vna parte, et quendam A. ex altera, ſuper certis criminibus, de quibus in actis noſtris infraſcripti notarij te D. N. inter alia pro examinandis nonnullis teſtibus ſuper dictis delictis, tanquam in Commiſſarium deputauimus, et pro veritate habenda teſtes ipſos carcerandi, et torquendi facultatem conceſſimus, Cuius commiſſionis, et ſubdelegationis virtute quoſdam B. & C. carcerari feciſti, et adhuc detines. Et cum noſtra inter ſit ob certas cauſas, de quibus in prædictis actis apparet, dictos B. & C. cum prænominato A. in curia noſtra carcerato confrontare, et examinare, ac illius faciem adducere. Vobis committimus, etc. quatenus ſtatim, etc. debeatis, et veſtrum quiſque debeat, omni mora, et exceptione poſt poſita, eoſdem B. & C. in carceribus per vos detentos exequutoribus ad effectum eos ad Almam Vrbem ſub tuta, et fida cuſtodia ſumptibus eiuſdem A. tranſportandi conſignaſſe, cauſa illos poſtea cuſtodiq. carcerum Turris Nonæ tradendi, et ad carceres ſecretos adducendi. Non permittentes ipſos cum aliquo alloqui. In quorum fidem, &c.

Aliud de manutenendo.

PEtrus Paulus, &c. Magnifico D. Ciuitatis Vrbeuetanæ Gubernatori &c. Bariſellis quoque, etc. introducta alias coram nobis lite, et cauſa per viam appellationis à ſententia in partibus lata pro parte D. A. contra D. B. ſuper donationem eiuſdem vineæ ſita, etc. illiuſq. validitate, et inualiditate, et in poſſeſſionem, manutentione, rebuſq. alijs, etc. iura, et munimenta quendam, ad cauſam hac facientia nomine dicti B. nobis exhibita fuere. Poſt quorum exhibitionem breuijs citationib. et actib.

omnibus de ſtylo, et iure neceſſarijs; demum prædictum A. ad videndum B in poſſeſsionem vineæ, vt ſupra donatæ manuteneri, et mandatum de ſuper opportunum decerni ad certum terminum citari fecimus. Quo adueniente ad vlteriorem inſtantiam prædicti B. in contumaciam dicti A. citati, et nihil releuans opponentis, eundem B. principalem in poſſeſsione dictæ vineæ manuteneri mandauimus, et mandatum de manutenendo decreuimus. Poſt cuius mandati decretum Sanctiſsimus D. N. Paulus Papa V. commiſsionem nobis per vnum ex ſuis curſoribus preſentari fecit, cuius hic eſt tenor. Beatiſsime Pater, etc. Poſt cuius commiſsionis præſentationem, citato A. ad dicendum contra illam, ac videndum iuxta illius, ac Aegidianæ conſtitutionis formam, mandatum de manutenendo, vt præfertur decretum relaxari, et non comparente, ac contumace, repetitaq. ex parte dicti B. Aegidiana conſtitutione prædicta de momentanea poſſeſsione mandatum antedictum relaxauimus, vt harum ſerie relaxamus. Quocirca vobis omnibus, etc. committimus, etc. quatenus, etc. eundem B. poſſeſsione quieta, libera, et pacifica dictæ vineæ, iuriumq. et membrorum ſuorum quorumcunq. aduerſus dictum A. principalem, omneſq. alios moleſtatores, et contradictores manuteneatis, et defendatis, et conſeruetis, ac manuteneri faciatis, vt nos manutenemus, et manuteneri volumus, et mandamus per preſétes. In quorũ &c.

Aliud de reponendo in poſſeſſionem domus.

PEtrus Paulus, etc. Magnifico D. Gubernatori, etc. Bariſellis, etc. via ordinaria alias coram nobis lite introducta inter A. ex vna, et B. ſuper poſſeſsione domus ſitæ, etc rebuſq. aliis etc ex altera parte, et litteris monitorialibus per nos decretis, illiſq. in partibus exequutis, et reproductis, et ſucceſsiue decreto, vt moris eſt per audientiam litterarum contradictarum proceſſu, et in cauſa huiuſmodi ad examen teſtium pro parte dicti A. inductorum, ac nonnullos alios requiſitos proceſſu. Demum citato per eandem audientiam dicto B. viſiſq. videndis, et conſideratis, conſiderandis noſtram in ſcriptis tulimus, et promulgauimus diffinitiuam ſententiam tenoris ſubſequentis. Chriſti nomine, etc. A. qua quidem ſententia, cum Aegidiana conſtitutione locus ſit, et conſequenter appellare non liceat, ſubinde pro parte dicti A. dicta conſtitutione Aegidiana repetita, et citato ad hoc prædicto B. et contumace, mandatum de reponendo, et reſtituendo eundem A. in poſſeſſionem dictę domus, in pręinſerta ſententia decretum relaxauimus, et harum ſerie relaxamus. Quocirca vobis committimus, etc. quatenus ſtatim, etc. eundem A. ſiue illius legitimum procuratorem in realem, corporalem, et actualé domus pręfatę poſſeſsioné reſtituatis, reponatis, et inducatis, et reſtitutum que, et repoſitum manuteneatis, defendatis, et tueamini, amoto ad eadem et expulſo dicto B. prout nos harum ſerie reponimus, redintegramus, ac reſtitutum manuteneri mandamus. In quorum, etc.

Nota, ꝙ ſi in ſententia non fuerit tantummodo decretum mandatum,

ſed

ſed etiam relaxatũ, non erit neceſſaria citatio ad videndũ relaxari mandatum, ſed tantum repetita conſtitutione mandatum expeditur. Si autem pars aduerſa intra decendium appellauerit, & terminum iuris pro Apoſtolorum reſponſione habuerit; tutius erit ante mandati exequutionem illam citari ad videndum ſibi reſponderi de Apoſtolis, quod Iudex det illi refutatorios, et poſtea mandatum exequi.

Aliud poſt tres ſententias latas.

PEtrus Paulus, &c. R.P.D. Gubernatori Ciuitatis N. &c. Bariſellis, &c vertentes alias lite, et cauſa in partibus primo in prima inſtantia coram Reuerendiſſimi Epiſcopi N. in ſpiritualibus, & temporalibus Vicario generali inter A. agentem ex vna, & B. reum conuentum ſuper ſolutione certi reſidui dotis rebuſq. aliis, &c. parte ex altera, idem R.D. Vicarius N. et Iudex in cauſa huiſmodi rite, & recte procedens, viſis videndis, et conſideratis conſiderandis ſuam in ſcriptis tulit, et promulgauit diffinitiuam ſententiam tenoris ſequentis. Chriſti nomine, &c. A. qua pro parte prædicti B. exaduerſo principalis appellato, et appellationis cauſa R.D.N. Archidiacono, et Vicario Reuerendiſſimi Epiſcopi N. commiſſa, et delegata idem R.d Vicarius Iudex pariter in cauſa legitime procedens aliam diffinitiuam ſententiã pręinſertę primæ confirmatoriam tulit in hanc formam, Chriſti nomine, etc. A. qua ex parte eiuſdem B. appellato, et cauſa appellationis eiuſmodi coram nobis legitime introducta, citationeq. ad partes decreta, debite exequuta, & reproducta, exibito proceſſu de partibus, ac aliis de iure ſeruandis ſeruatis. Tandem viſis videndis rite procedentes, citato ad hoc B. noſtram in ſcriptis confirmatoriam tulimus diffinitiuam ſententiam hoc ſub tenore, Chriſti nomine, etc. Qua tertia confirmatoria ſententia, ſic lata; quoniam tertio prouocare non licet, Sanctiſſimus Dominus Noſter Paulus Papa Quintus Commiſſionem ſubinſertam præſentari fecit. Beatiſsime Pater, etc. Poſt cuius præſentationem quoniam inutile eſſet ſententias ferre, niſi debitæ exequutioni demandarentur: ad vlteriorem dicti A. inſtantiam citato præfato B. ad dicendum contra pręinſertam commiſſionem, ac videndum taxari, et moderari expenſas in hac cauſa factas, et tam pro illis, quam pro omnibus, in præinſertis ſententiis contentis mandatum exequutiuum iuxta prædictæ commiſsionis vim, & formam decerni, et relaxari, ipſoque non comparente, et contumace reputato, omnes, et ſingulas expenſas in huiuſmodi cauſa pro parte dicti B. legitime factas, ad ſcuta N. præuia illarum deſignatione taxauimus, et moderati ſecimus, et tam pro illis, et aliis in partibus factis, et in eiſdem partibus liquidandis, quam omnibus in præinſertis ſententiis contentis mandatum exequutiuum decreuimus, et relaxauimus, prout harum ſerie relaxamus. Quocirca, etc. ſequere, vt in mandato exequutiuo.

Aliud de immittendo in poſſeſſionem remedio l. final. C. de edict. diu. Adrian. tollendo.

PEtrus Paulus, &c. R. D. Ciuitatis N. Gubernatori, &c. Bariſellis, &c. Exhibitum nuper nobis fuit publicum inſtrumentum teſtamenti, alias per quondam P. conditi in quo ſuos ſibi vniuerſales hæredes inſtituit A. eius filium tunc natum, & poſthumos maſculos ex ipſo teſtatore, & F. eius vxore naſcituros, quibus ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus decedentibus ſubſtituit in omnibus eius bonis abſq. vlla diminutione, & ſuccedere voluit G. eius fratrem germanum, illiuſq. hæredes & ſucceſſores. Obijt poſt dictum conditum teſtamentum P. ſuperſtite dicto A. nullis filijs relictis, ſuperſtite prænominato G. in teſtamento vocato. Qui poſtmodum deceſſit, & relictis poſt ſe N. & N. eius filijs, & hæredibus, ac dicti P. ſubſtitutis, & fideicommiſſarijs hæredibus. Nouiſſime autem comparuit coram nobis M. dictorum N. & N. procurator & expoſuit, quod dictus quondam P. tempore ſui obitus habebat, & poſſidebat plura bona ſtabilia, & inter alia in dicta Ciuitate N. vnam domum ſitam, &c. ac prædium ſitum, &c. Et quod filij dicti G. ſunt hæredes ſubſtituti, & fideicommiſſarij dicti quondam P. & factus eſt locus fideicommiſſo, et ſubſtitutioni in eorum perſonam: ideo tam in vim remedij l. fin. C de edicto diui Adri. toll. quam alterius cuiuſcunque illis de iure magis proficui in dictorum bonorum poſſeſſionem imponendi, et immittendi veniunt. Datiſq. articulis, et ſuper illis teſtibus examinatis, et præmiſſis, quantum nobis ſufficere viſum fuit verificatis. Demum citatis ad inſtantiam eorumdem N. & N. per audientiam litterarum contra dictarum ſua in prædictis bonis quomodolibet intereſſe putantibus, ad videndum ipſos inſtantes in poſſeſſionem bonorum præfatorum immitti, et quodcunque mandatum deſuper opportunum decerni, et relaxari, illiuſq non comparentibus, et contumacibus per nos reputatis, mandatum prædictum decernimus, et relaxauimus, prout harum ſerie relaxamus Quocirca, etc. Vobis committimus, etc. quatenus, etc. eoſdem N. et N. ſiue eorum procurarorem legitimum, in corporalem, realem, et actualem dictæ domus, et prædij, ac pertinentiarum, et membrorum ſuorum quorumcumq. poſſeſſionem inducatis, et immittatis, inductoſq. manuteneatis, et conſeruetis aduerſus quoſcunq. nunc, et forſan pro tempore inſurgentes moleſtatores, ipſiſq. de omnibus, et ſingulis fructibus, redditibus, et prouentibus bonorum huiuſmodi integre reſponderi faciatis, nec permittatis eos à quoquam ſuper præmiſſis moleſtari, prout nos immitti, manuteneri conſeruari, et ſibi de fructibus reſponderi mandamus, per præſentes. In quorum fidem, &c.

Sequeſtrum.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, &c. Requiſiti ex parte A. ad cuius inſtantiam alias ſeruatis ſeruandis pro ſcutis centum debitis in vim obligationis, in actis receptæ mandatum exequutiuum contra B. conceſſimus

Vobis omnibus, &c. ſequeſtretis, ac ſub firmo, & arcto ſequeſtro ponatis penes N. omneſq. alios, & ſingulos dicti B. debitores, per exhibitorem præſentium nominandos omnes, & ſingulos pecuniarum ſummas, ac bonorum, & rerum quantitates, & qualitates cuiuſuis generis, & ſpeciei fuerint, & in quauis re conſtiterint, penes ipſos exiſtentes, & in futurum extituras, & quæ ad d. B. ſpectant, vel ſpectabunt. Præterea inhibeatis, &c. eiuſdem ſequeſtratarij, et eorum cuilibet, ne viſis præſentib. ſub 500. ducator. &c. mandati exequutiui, et in iuris ſubſidium excommunicationis, malæq. & de eorum proprio iterandæ ſolutionis pœnis, audeant dictas pecunias, res, et bona ſequeſtrata dicto B. vel alteri cuiuis perſonæ pro eo in totum, vel in partem ſoluere, tradere, aut conſignare, niſi prius dicto inſtanti de ſuo credito antedicto integre vna cum ſcutis N. pro expenſis ſatisfacto, ac alia abſq. expreſſa noſtra licentia, & mandato. Et ſi quis forſan in præmiſſis ſe grauatum ſenſerit, compareat in Romana Curia coram nobis, cauſam ſui grauaminis allegaturus, ac per nos iuſtitiæ complementum recepturos. Si autem ſequeſtrum fiat ſuper fructibus beneficii addatur clauſula hæc, videlicet. Premiſſo autem, quod per huiuſmodi ſequeſtri appoſitionem cultus diuinus ſuis debitis non defraudetur officiis, ſed quod ex illius fructibus debita, et conſueta ſopportentur onera eidem pro illius manutentione incumbentia. In quorum fidem, &c.

Inhibitio in vim litis pendentiæ.

PEtrus Paulus, etc. Vniuerſis, etc. Introducta coram nobis lite, et cauſa pro parte A. via appellationis per eum interpoſitæ ab aſſerta ſententia contra eum in fauorem B. per Gubernatorem N. lata ſuper certa pecuniarum ſumma, rebuſque aliis, etc. et decreta à nobis citatione, cum inhibitione ad partes, ac exequuta, et in actis reproducta, et in cauſa ad nonnullos actus, citra tamen concluſionem illius, proceſſo. Quib. ſic ſtantibus, licet in partibus nihil innouare debuiſſet, tamen accepimus Gubernatorem præfatum ad aſſertam exequutionem procedere contra præfatum A. Et quamuis poſſemus ad declarationem incurſus cenſurarū et pœnarum in prænominatis noſtris citatoriis litteris fulminatarum, contra eum etiam criminaliter procedere, nihilominus, ſecum hac vice mitius agentes, vobis committimus, etc. quatenus ſtatim, etc. inhibeatis etc. eidem D. Gubernatori, omnibuſq. aliis, etc. ne ſub 500. etc. audeant, vel preſumant ad prætenſam exequutionem procedere, ac in cauſa huiuſmodi in noſtrę iuriſdictionis, ac ſedis Apoſtolicæ contemptum, et iurium d. A. præiudicium, et grauamen quicquam per ſe vel alios directe, vel indirecte innouare ſeu attentare. Et ſi ſecus fiat, iure medio reuocabimus. In quorum fidem, &c.

Litteris pro habendis inditÿs.

PEtrus Paulus, &c. R.R. DD. N. & N. Canonicis Eccleſię N. & eorum cuilibet in ſolidum, ſalutem, &c. Aggreſſus eſt A. vt ex parte Magni-

fici D. Sanctiſſimi D. N. Papę, & Camerę Apoſtolicæ procuratoris fiſcalis nobis renunciatum fuiſſe, enſe euaginato in ſtico N. Ciuitatis N. de more B. inermem, ad ſua negocia eundem, ac vnico vulnere non ſine magna ſanguinis effuſione in capite affecit. Et cum hæc peſſimi ſint exempli, & non ſine condigna pœna prætermittenda, & de his aliquantulum nobis conſtare cœperit, velimuſque certiorem notitiam habere. Et nullibi melius, quam iſthic, vbi ſcelus paratum eſt, voluntati noſtræ huiuſmodi ſatisfacere poſſumus. Idcirco vobis committimus, &c. quatenus ſtatim &c. de præmiſſis vobis informetis & diligenter ea perquiratis & inueſtigetis, ac teſtes quoſcunque, vobis pro parte dicti Magnifici D. Procuratoris fiſcalis inducendos ſuper articulis, ſiue interrogatoriis, præſentandis, ſumma cum fide, et diligentia interrogetis, et examinetis, eorumq. depoſitiones, per fidelem Notarium in ſcriptis redactas, veſtro ſigillo obſignatas, et occluſas, ſiue eorum authentica exempla ad nos tranſmittatis. Teſtes ſe examini ſubijcere recuſantes, per pecuniarias, & perſonales pœnas, ac denique Eccleſiaſticas cenſuras cogentes. In quorum fidem, &c.

Litteræ loco remiſſoria.

MAgiſtratui Spoleti ſalutem. Eligimus te Iudicem infradicendi examinis. Quamobrem à te petimus, vt teſtes quoſcunq. d. A. nomine coram te iſthic inducendos ſuper introcluſis articulis, illis prius iuxta interrogatoria, ſi quę B. dederit interrogatis intra vnius menſis ſpatium, necnon per quindecim dies poſt illius lapſum teſtes omnes, ſi quos B. induxerint ſummam cum fide, et ſolertia, medijs illorum prudentibus iuramentis examines, vel à te eligendo Notario examinari cures illorumq. teſtationes, tuo ſigillo obſignatas, et occluſas ad nos quanto citius mittas. Id ſi exequutus fueris, præterquam, quod iuſtum eſt feceris, te de nobis meritum eſſe profitebitur. Vale. Datum Romæ, die, &c.

Intimatio redemptionis cenſus.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, &c. Pro parte, & ad inſtantiam Magnificę Communitatis Ciuitatis Corneti inſtanter, & debite requiſiti, Diſcretioni veſtrę, &c. committimus, &c. intimetis, et notificetis, & notitiam nob. D. Cammilli Cerrini à Corneto deducatis, prout nos tenore præſentium intimamus, et ad notitiam illius deducimus, qualiter dicta Communitas, ſiue D. Salluſtius de Tyberiis illius procurator, vult, et intendit redimere annuum cenſum ſcutorum ſeptuaginta quinque monetę, de iuliis decem pro ſingulo ſcuto, in et ſuper quadam tenuta ipſius Communitatis et in fauorem ipſius D. Camilli pro pretium ſcutorum mille ſimilium impoſitum, et venditum, et alias prout in inſtrumento per D. Lodouicum Lelium Notarium, et Cancellarium eiuſdem Communitatis rogato, ac in actis Notarii infraſcripti in publicam formam producto latius continetur, et dictum pretium vna cum cenſibus hactenus decurſis, et non ſolutis iuxta conuentiones, et pacta conuenta

uenta ſoluere, et reſtituere. Idcirco modo, et forma præmiſſis peremptorie citetis, et interpelletis eundem D. Camillum in eius propria perſona, ſi perſonaliter eum apprehendere poteritis, alioquin per præſentium copiæ dimiſſionem ad eiuſdem habitationem, &c. prout nos quoque harum ſerie citamus, et interpellamus eundem, quatenus die ſexta poſt citationem veſtram huiuſmodi per vos, vel alterum veſtrum eidem factam immediate ſequen. ſi dies ipſa iuridica fuerit, alioquin, &c. compareat Romæ, &c. ad recipiendum dictum pretium vna cum cenſibus prędictis decurſis, et non ſolutis, et adimplendum omnia pro eius parte adimplenda, inſtrumentumque retrouenditionis cum clauſulis ſolitis, et conſuetis, et alia per eum promiſſa faciendum, alias videndum fieri requiſitionem, proteſtationem, et interpellationem, et contra eas dicendum, et excipiendum quicquid dicere, et excipere voluerit, videndumque illas per nos admitti, et mandari eundem D. Camillum afficere, aliaque in præmiſſis per nos fieri, et exequi in præmiſſis neceſſaria, et opportuna, et quę iuſtitiæ ſuadebit, et ordo dictauerit rationis, vel dicendum, etc. certificantes, etc. In quorum etc, Datum Romæ, etc.

Citatio per aſſumptionem cauſæ ad Romanam Curiam ob lapſum bienny deuolutæ.

PEtrus Paulus, &c. pro parte D. Titij N. inter quem ex vna, et Seium N. parte ex altera, lis, et cauſa corā Reuerendiſſimo Epiſcopo Vrbeuetano ſuper nonnullis bonis iam ante biennium in prima inſtantia introducta fuit, quam licet in ipſo biennio penitus inſtructam præfatus D. Epiſcopus, et ſi per partes, ſeu earum hinc inde procuratores ſæpe pro illius deciſione, et terminatione, præuiis debitis inſtantiis requiſitus hactenus terminare non curauit pro aſſumptione dictæ cauſæ, ſi adhuc indeciſæ, et per lapſum dicti biennii ad nos vti competentem iudicem, vigore ſacri Concilii Tridentini deuolutæ, et pro illius terminatione requiſiti, diſcretioni veſtræ, etc. dictum Seium ex aduerſo principalem citetis quatenus octaua die poſt exequutam veſtram citationem huiuſmodi proxima, ſi iuridica fuerit. Alioquin prima ex tunc futura die iuridica compareat Romę in iudicio legitimę coram nobis per ſe, vel procuratorem ſuum legitimum, ad videndum cauſam, et cauſas huiuſmodi in ſtatu, et terminis in quibus coram prædicto D. Epiſcopo reperitur, per nos quamprimum iure medio terminandam aſſumi, et ſucceſſiue in cauſa, et cauſis huiuſmodi ad omnes et ſingulos actus, et terminos liti neceſſarios, et accidentales etiam vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue procedi, et interea coram nobis de iuribus ſuis allegandum, et alias dicendum, faciendum, et recipiendum, quod iuſtitia ſuadebit, et ordo dictauerit rationis, cum inhibitione tam parti, quam iudicibus facienda in forma ſolita, &c.

Monitorium pro exequutione litterarum Apoſtolicarum in forma dignum expeditarum.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, &c. Noueritis nuper fuiſſe comparitum coram nobis pro parte, & ad inſtan. Reuer. Henrici Caroli Clerici Leodien. & expoſitum quod perpetuo Canonicatu, & præbenda B. Mariæ oppodi N. eiuſdem Leodien. diœc. quos q. N. dictæ Eccleſiæ Canonicus dum vixit obtinebat, & poſſidebat, per obitum eiuſdem Io. de menſe Octobris 1607. extra Romanam Curiam defuncti vacantibus, de illis ſic vacantibus S. D. N. Paulus diuina prouidentia Papa Quintus ipſi Domino Henrico Apoſtolica auctoritate prouidit, ſeu prouideri conceſſit, & mandauit ſi ad id ipſe præuia diligenti examinatione idoneus reperitur, prout in litteris Apoſtolicis eiuſdem S. D. N. Papæ ſub plumbo deſuper expeditis ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Anno &c. coram nobis exhibitis plenius continetur, pro quarum litterarum Apoſtolicarum exequutione fuimus pro parte dicti D. Henrici de opportuno remedio requiſiti. Quare diſcretioni veſtræ, &c. committimus, &c & ſub infraſcriptis pœnis mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu aliquis veſtrum fuerit requiſitus, conſtito tamen prius vobis legitime dictum D. Henricum exponentem ad dictos canonicatum, & præbendã obtinendam idoneum repertũ, & dictos canonicatum, & præbendam ſucceſſiue illi collatos fuiſſe iuxta formã dictarum litterarum moneatis, &c. RR. DD. Decanum, Capitulum, & Canonicos dictæ Eccleſiæ B. Mariæ N. omneſq. alios, & ſingulos, ad quos traditio poſſeſſionis, reſponſio, ac ſolutio fructuum dictorũ, canonicatus, & præbendæ ſpectat, & pertinet, necnon quemcunq. in dictis canonicatu, & præbenda intruſum, ſeu intrudendum, & quoſcunq. alios liberam, & plenariam exequutionem quoquomodo impedientes, ac dictum exponẽtem in exequutione, & apprehenſione dictæ poſſeſſionis, & perceptione dictorum fructum moleſtantes, perturbantes, & inquietantes, ac moleſtare, perturbare, et inquietare velle ſe iactantes in exequutione præſentium nominandos, & cognominandos, quatenus infra ſex, &c. ſub 500 ducatorum auri de camera locis pijs arbitrio noſtro applicandis, ac mandati exequutiui, et iuris ſubſidium ſuſpenſionis à diuinis, & reſpectiue excommunicationis, alijſq. etc. pœnis debeant dictum D. exponentem, ſiue eius legitimum procuratorẽ in poſſeſſionẽ corporalẽ, realẽ, et actualem dictorum canonicatus, et præbendæ, et illis annexorum, iuriumq. pertinentiarum quorumcunq. induxiſſe, et immiſiſſe, ac inductum, et immiſſum manutenuiſſe, et conſeruaſſe, ac de omnibus, et ſingulis fructibus, redditibus, et prouentibus eorundem canonicatus, et præbendæ à die obitus dictiq. Ioan. decurſis, et decurrendis, et penes quoſcunque exiſtentibus, et qui in futurum exiſtent, eidem D. exponenti, ſiue eius legitimo procuratori, integre reſpondiſſe, et pro quos opus fuerit reſponderi

feciſſe, intruſus vero, ſeu intrudendus in dictis canonicatu, & præbenda, & alij quicunque exponentem in præmiſſis impedientes, & moleſtantes, ſeu impedire, et moleſtare velle ſe iactantes debeant à quibuſcunq moleſtationibus, perturbationibus, et impedimentis, ac intruſionibus huiuſmodi, et per eos, et eorum quemlibet dicto exponenti, ſiue eius legitimo procuratori in præmiſſis, et præmiſſorum occaſione quomodolibet illatis, factis, et præſtitis, ac inferendis, et præſtandis et inferri comminatis, ceſſaſſe, et ſeſe abſtinuiſſe. Quodque dictæ litteræ Apoſtolicæ ſuum plenarium habeant effectum, omni ceſſante moleſtia, et impedimento permiſiſſe, et poſſeſſionem per eos detentam dictorum Canonicatus, et præbendæ cum omnibus, et ſingulis fructibus, reditibus, et prouentibus, per eos, et eorum quemlibet ex dictis Canonicatu, et præbenda quomodolibet perceptis, et percipiendis, et qui percipi potuerint, et poſſint, ſi extant: ſin autem illorum vero pretio, et valore ad valorem quanti plurimi D. exponenti, ſiue eius legitimo procuratori cum effectu remiſiſſe, relaxaſſe, et reſtituiſſe, et tam dictis litteris Apoſtolicis, quam præſentibus noſtris monitorialibus in omnibus, et per omnia paruiſſe, deque illarum paritione nos infra terminum infraſcriptum certificaſſe. Alioquin, etc. cũ termino 60. dierũ ad comparendũ in forma, etc.

Mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, & exequutionẽ in vigore ſententiæ.

INclytæ, Excelſæ Reipublicę Venetiarum Duci, necnon Illuſt. et Clariſſimis DD. eiuſdem Reipublicę in toto eius Dominio, Magiſtratibus, et Gubernatoribus, ac R.P.D. Nuntio Apoſtolico d. Ciuitatis Venetiarum, necnon Reuerendiſſ. D. Epo Taruiſien. eiuſq. R.D. in ſpiritualibus, et temporalibus Vicario generali, vniuerſiſq. et ſingulis DD. Abbatibus, etc. d. Ciuitatis Taruiſien. ac aliarum quarumcumq. Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, et locorum Gubernatoribus, Locatenentibus, et Præfectis, alijſq. Iudicibus, Capitaneis, Bariſellis, ſatellitibus, exequutorib. et ſubexequutorib. et aliis iuſtitiæ miniſtris Eccleſiaſt. et ſecularib. per d.D. alias vbilibet conſtitutis, Petrus Paulus, etc. ſalutem, etc. Nouerint ꝙ lite, et cauſa coram nobis inter Reueren. D. Ferandinum Aleottum actorem ex vna, et Reuerend. D. Annibalis modernum Rectorem Eccleſiæ S. Marię de Zannico Taruiſinę diœceſis reum conuentum, de & ſuper poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi penſionem annuam ſc. vigintiquatuor auri in auro, alias pręfato Reu. D. Ferandino ſuper fructibus d. Eccleſię Apoſtolica auctoritate reſeruatam, et ſolutione terminorum decurſorum, et non ſolutorum, ac decurrendorum d. penſionis, rebuſq. aliis in actis cauſę, et cauſarum huiuſmodi latius deductis, et illorum occaſione in prima verten. inſtantia partibus ex altera coram nobis ad inſtantiam eiuſdem Reueren. D. Ferandini vigore monitorii per nos

ad partes deſuper decreti, & contra eundem Reueren. D. Auguſtinum legitime exequuti, introducta, partium hinc inde coram nobis legitimis comparentibus procuratoribus, reproductiſque coram nobis pro parte dicti Reueren. D. Ferandini principalis dictis litteris monitorialibus, & earum exequutione contra d. R. D. Auguſtinum in partibus facta, & pro earum verificatione productis etiam nonnullis iuribus, & ſcripturis, ac ſupplicatione reſeruationis penſionis prædictæ, præmiſſisque ſolitis terminis, & dilationibus, demum nos ſeu R. P. D. Matthęus Burattus V. Signaturæ Referendarius Apoſt. in ciuilibus Locumtenens noſter ad inſtantiam Magn. D Iacobi Manzolini Bononien. I. V. D in Rom. Cur. nec non d. D Ferandini Procuratoris magn. Georgio Montagano I. V. D. R. D. Auguſtini principalis procuratore ad ſententiam, prout etiam ad quemlibet alium præcedentem actum legitime citato, viſis videndis, ac ſeruatis de iure ſeruandis, ac procuratoribus hinc inde ſæpius in voce, in ſcriptis auditis, noſtram, ſeu ſuam tulimus, ſeu tulit ſententiam diffinitiuam huiuſmodi ſub tenore, videlicet Chriſti nomine inuocato, &c. quam quidem præinſertam ſententiam, omniaq. alia, & ſingula præmiſſa Vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac ad veſtram, & cuiuslibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus, per præſentes. *Voſque* Sereniſſimum Ducem, & Senatum, ac Reuerendiſſ. D. Epiſcopum Taruſin. præfatos benigne in Domino hortamur, & rogamus: vos autem alios prædictos tenore præſentium requirimus, & moneamus, vobiſque, &c. committimus, & ſub 500. ducatorum auri de camera locis piis arbitrio noſtro applican. ac mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium excommunicationis, alijſque &c. pœn. mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, ac quoties pro parte d. d. Ferand. principalis pſentium vigore fueritis requiſiti, ſe aliquis veſtrũ fuerit requiſitus ipſum d. Ferand. principalem poſſeſſione, ſeu quaſi, in qua exiſtit d. penſionẽ exigẽdi cõtra d. D. Auguſt. modernum, & pro tempore futuros d. Eccl. poſſeſſores, et alios quoſcunque pacifice, et quiete manuteneatis, et defendatis, et conſeruetis, ac manuteneri, defendi, et conſeruari faciatis, non permittentes eundem Ferandinum, in et ſuper exactione d. poſſeſſionis per quemcunq. moleſtari, et impediri, prout nos quantum poſſumus manutenemus, defendimus, et conſeruamus, ac manuteneri, defendi, conſeruari, nec deſuper moleſtari, aut impediri volumus, et mandamus per præſentes. Et inſuper eundem R D. Auguſtinum d. Eccleſiæ modernum poſſeſſorem ex aduerſo principalem ad ſcuta 144. ſimilia pro terminis decurſis, et non ſolutis d. annuę penſionis, ac iulios 33. pro expenſis præſentis mandati ſine præiudicio aliarum expenſarum taxandarum prædicto D. Ferandino principali, ſiue eius legitimo procuratori cum effectu ſoluendum, et reficiendum per cautionem perſonę ipſius D. Auguſtini, &c. Abſolutionem, &c. in quorum, &c. lata, data, lecta, et publicata fuit præinſerta ſententia per præfatum

R. P. D.

RP. D. Locumtenentem noſtrum, &c. Romæ pro tribunali in palatio no ſtro iudiciali ſeden. ſub Anno &c. Ponteficatus, &c. præſentibus d. N. & N. dictę Curię noſtrę Notariis teſtibus.

Mandatum de immittendo in poſſeſſionem prouiſum Apoſtolicum litteris expeditis.

SErenisſimo, &c. Necnon Reuerendiſs. D. Epiſcopo Corduben. eiuſq. in ſpiritualibus, & temporalibus Vicario, ſeu officiali ac prouiſori generali, ac RR DD. Decano, Capitulo, & Canonicis Eccl. Corduben ac R. D. Io N. Canonico oppidi de Valpueſtra Burgen. diœc. &c. Iudici exequutori pro capienda poſſeſſione infraſcriptorum beneficiorum nomine R. Cam. Apo. à nobis ſubdelegato, omnibuſq. aliis, & ſingulis, ad quos traditio, conſignatio, et relaxatio poſſeſſionis infraſcripti beneficii et reſponſio illius fructuum ſpectat, et pertinet, et eorum cuilibet inſolidum, Petrus Paulus &c. ſalutem, &c. Noueritis, quod alias, exhibitis, et productis coram nobis pro parte, et ad inſtantiam Reu. Cam. Apoſt. et Ill. D. Pauli Coperchij illius Commiſſarij, et R. D. Petri N. clerici Burgen. diœc de infraſcripto beneficio prouiſi Apoſtolici principalis pro ſuo intereſſe litteris Apoſtolicis in forma breuis nobis, et certis alijs iudicibus in eis nominatis directis per S D. N. Clementem Papam VIII. ſub annulo Piſcatoris, vt moris eſt expeditis, et per eundem S. D. N. eidem D. Petro conceſſis ſuper capienda poſſeſſione, nomine eiuſdem Reu. Cam. Apoſt. præſtimonii, ſeu præſtimonia portionis, aut perpetui ſimplicis beneficii Eccl. in parochiali Eccleſia oppodi, ſeu loci N. eiuſdem Corduben. diœc. quod ſeu quamq. Alphonſus Martinen. clericus Paleni .. dum viueret obtinebat, & de quo eidem D. Petro auctoritate apoſtolica prouiſum, ſeu prouideri conceſſum fuit, tradendam poſtea eidem D. Petro vna cum fructbus illius poſtquam litteras Apoſt. prouiſionis huiuſmodi debitę ſub plumbo expediuerit, & expeditas præſentauerit, & alias, prout in eiſdem litteris in forma breuis expeditis plenius continetur, quarum quidem litterarum vigore ad Reu. Cam. Apoſt. & dicti D. Petri principalis inſtantiam dictum R. D. Ioannem N, iudicem, & exequutorem earundem litterarum Apoſtolicarum pro exequutione poſſeſſionis dicti beneficij, & perceptione fructuum nomine eiuſdem Reu. Cam. Apoſt. iuxta earundem litterarum Apoſtolicarum, vt præfertur, in forma breuis expeditarum vim, formam, continentiam, & tenorem ſubdelegauimus vices noſtras ſi deſuper conceden. & ſucceſſiue prędictus R. D. Io. vigore noſtrę ſubdelegationis in eius perſonam, vt ſuprą factæ corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem d. Reu. Cam. Apoſtolicę nomine adeptus, & aſſequutus fuerit, & nihilominus decretis per nos litteris monitorialibus extra Rom. Cur. ad partes, contra, & aduerſus quemdam Dominicum N. in dicto beneficio intruſum, illarumque exequutione

ne contra eum debite in partibus facta, & coram nobis iudicialiter reproducta, eiſdemque litteris in forma breuis ſufficienter verificatis, Demum R.P.D. Matthæus Burattus I.V.D. Referendarius Apoſt.noſter in ciuilibus Locumtenens, citato D.N in Rom.Cur.cauſarum, & dicti Dominici exaduerſo principalis procuratore, ſeruatis debitis terminis in negocio declarationis huiuſmodi ſeruari ſolitis, ac ſeruatis alijs de iure ſeruandis ſuam in ſcriptis contra eundem Dominicum tulit, & promulgauit ſententiam declaratoriam, cuius vigore litteræ declaratoriæ contra eundem decretæ, & ſucceſſiue expeditæ fuerunt. Poſt quarum litterarum declaratorialium relaxationem fuerunt nobis per eiuſdem D. Petri N. parte exhibitæ, & præſentate litteræ Apoſtolicæ in forma gratioſa debite ſub plumbo expeditæ, quas nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus huiuſmodi ſub tenore, videlicet, Paulus Papa V. &c. poſt quarum quidem litterarum præinſertarum præſentationem, & receptionem nobis, & per nos, vt præfertur, factas ad dd. D. Petri principalis inſtantiam eundem D. Michaelem exaduerſo procuratorem ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo, vel in ſcriptis contra eaſdem præinſertas litteras Apoſtolicas dicere, ſiue excipere voluerit, necnon videndum per nos, & curiam noſtram decerni, & concedi mandatum de immittendo ipſum D. Petrum in poſſeſſionem dicti beneficij, & illi annexorum quorumcumque, & etiam de conſignando ei omnes, & ſingulos fructus d. beneficij, & illi annexorum quorumcumque, & quandocumque mandatum deſuper neceſſarium, & opportunum in forma ſolita, & conſueta decerni, & concedi; vel dicendum, & cauſam ſi quam haberet rationabilem, quare præmiſſa fieri non debeant allegandum, per vnum S. D. N. Papæ Curſorem citari fecimus, & mandauimus pro die infraſcripta, ac pro certis horis ei aſſignatis, quibus aduenientibus ad d. D. Petri requiſitionem tanquam iuſtam, & rationi conſonam, dictum mandatum de immittendo ipſum in poſſeſſionem d. beneficij, & illi annexorum quorumcumq. in forma ſolita, & conſueta decernen. & ei conceden. duximus, & mandauimus, prout decernimus, & concedimus per præſentes. Quę omnia, & ſingula prædicta vobis omnibus, et ſingulis prædictis, & præſertim eidem D Dominico intimamus, inſinuamus, & notificamus, & ad veſtram, & cuiuslibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes. Voſq. Sereniſſimum, &c. reliqua ſequere ſub forma præſcripta, mutatis tamen mutandis, &c. Habes infra aliud ſimile cum excommunicatione in euentum non paritionis.

Deputatio Curatoris bonis iacentibus.

IN Nomine Domini, &c. Anno, &c. Comparuerunt coram Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Matthæo Buratto I.V.D. vtriuſq. Sign. S.D.N. Papę Referendario, ac Curiæ cauſarum Cam. Apoſtolicæ Viceauditore, meque

meq. Notario, etc. Magnifici domini N. & N. deputari à creditoribus D.N.olim mercatoris in Vrbe,et pro omni eorum priuato, et particulari intereſſe, et dictis nominibus reſpectiue, ſtante notoria decoctione, et fallimento dicti N. petierunt ad inſtantiam, et commodum,ac vtilitatem dictorum creditorum, et vt celerius eis de eorum reſpectiue creditis ſatisfiat, aliquem in curatorem bonis iacentibus dicti N, deputari. Qui curator ad eorundem creditorum vtilitatem, et vt celerius eorum credita conſequi poſſint, et valeant, omnes, et ſingulas actiones mouere, pertractare, agere, defendere, proſequi et expediri in iudicio, et extra poſſint, et valeant,et confiſi pręfati d.N & N nominibus,quibus ſupra fide D.A. petierunt eundem A in curatorem bonis d.D.N. vt ſupra deputari omni meliori modo, etc. Qui Reuerendiſ. Viceauditor attendens requiſitionẽ huiuſmodi fore iuſtam, et rationi conſonam, dictum D. A. ibidem præſentem, et onus huiuſmodi in ſe ſponte ſuſcipientem, in curatorem bonis præfatis, ad effectum omnes, et ſingulas actiones contra quoſcunq. mouendi, et per quoſcunq. motas actiue,et paſſiue pertractandi, agendi, defendendi,et proſequendi, in iudicio,et extra, necnon pecunias, et credita quæcunq exigendi, et recuperandi, ad effectum, vt beneficio dictorum creditorum deponantur penes aliquem Campſorem, fide, et facultatibus idoneum per ſupradictos DD.deputatos deputandum, et de exigendis, et recuperandis, quoſcunq.quietandi, ac iura,et actiones ſi opus fuerit cedendi cum clauſulis ſolitis ad lites, et cum omnibus facultatibus, et auctoritatibus talibus curatoribus dari ſolitis, et de iure requiſitis,et in ſimilibus negocijs neceſſarijs, et opportunis deputauit; Dicendo eidem curator eſto, et vtilia pro dictis creditoribus, et bonis facito, e inutilia prætermitto, et quod ita faciet, præfati Magnifici DD. N. et N. proprijs,et priuatis nominibus, ac vti principales, principaliter, et in ſolidum ſcientes, etc. ſponte, etc. pro dicto D. A fideiuſſerunt, et promiſerunt, quos DD.N. & N.ſic promittentes, præſentes, etc. dictus D. A. à promiſsione, et fideiuſsione huiuſmodi indemnes, penitus,et ſine damno releuare promiſit, ita quod,etc. alias, etc. de quibus, etc.Pro quibus omnibus pręmiſsis, etc. Super quibus omnibus idem R. P. D. Locumtenens pro tribunali, vt ſupra ſedens, ad petitionem, et inſtantiam dictorum Dominorum deputatorum auctoritatem ſuam qua fungitur interpoſuit, ſupplendo omnes, et quoſcunque tam iuris,quam facti defectus, ſi qui forſan in præmiſsis interuenerint, omni meliori modo, etc. ſuper quibus,etc. Actum, etc. præſentibus teſtibus, &c.

Deinde, et incontinenti coram eodem Reuerendiſſ. D. Matthæo Buratto Viceuditore præfato in loco, vbi ſupra pro tribunali ſedente meq. Notario, etc.Comparens idẽ D.A.curator, vt ſupra deputatus,cum præſentia, decreto, et auctoritate dicti Reuerendiſſ. Viceauditoris conſtituti eius, et dictorum bonorum dicti N. vel illius creditorum, et deputatorũ prædictorum actorẽ. D.Ioannem Baptiſtam Stellam in Rom. Curia

cauſarum procuratorem, præſentem, & onus huiuſmodi ſe in ſponte ſuſcipientem ad omnes, & ſingulas dictorum bonorum, ſeu illorum creditorum dicti N. lites, & cauſas ciuiles, & criminales, prophanas, meras, mixtas, motas, & mouendas, actiue, & paſſiue contra quoſcunq. perſonas, &c. in quocunq foro, ſiue iudicio, atq inſtantia, & coram quibuſuis dd. Iudicibus comparendum agendum, &c. cum clauſulis ad lites, & generaliter, &c. promittens, &c. releuans, &c. ſuper quibus omnibus idem d. A. curator præfatus petijt à præfato d. Viceauditore, vt auctoritatem ſuam, & decretum interponat. Qui Reuerendiſſ. Viceauditor, cauſa cognita ſuam auctoritatem pariter, & decretum interpoſuit. Supplens, &c. ſuper quibus, &c. Actum Romæ vbi ſupra pręſentibus, quibus ſupra teſtibus &c.

Nec ſupraſcriptas proximè deſcriptas formas pręteremdas, ſed hic omnino tanquam nedum in D. Auditoris Cam. verum etiam in omnibus alijs Vrbis tribunalibus neceſſario conſcribendas fore cenſui; quoniam eueniente caſu decoctionis alicuius mercatoris, qui timore carcerum ſtatim fugam arripit, relictis quampluribus bonis iuribus, & actionibus in quibus ſuccedunt illius creditores, qui ad effectum eorum credita conſequendi, & eorum actiones contra quoſcunq. in iudicio, & extra experiendi, pro validitate proceſſus deſuper faciendi, curant ad præſcriptam curatoris deputationem deuenire, cuius formam tanquam huic rei conuenientem ſuperius habes.

Inſtrumentum deputationis Commiſſarij extra Curiam.

PEtrus Paulus, &c. Reuerendiſſimis Dominis quarumcunque Ciuitatum, oppidorum, ſeu Caſtrorum Gubernatoribus, eorumque dd. Auditoribus, Locatenentibus, Poteſtatibus, Vicarijs, & alijs quibuſcunque Iuſtitiæ Miniſtris, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ peruenerint, & eorum cuilibet inſolidum ſalutem, &c.

Noueritis nuper fuiſſe nobis proparte magnifici I. V. D. D. Ioannis Iacobi Nerotti S. D. N. Papæ, & Reu. Cam. Apoſtolicę procuratoris fiſcalis generalis quærelanter expoſitum, quod quidam A. homicidium in perſonam B. commiſit, & N. N. ipſi A. opem, & auxilium pręſtiterunt, & aſtiterunt, ac ipſum ad illud deliberate perpetrandum aſſociarunt, propterea pœnas contra ficarios, & talia patrantes à lege tam diuina, quam humana inflictas incurrendo. Quare cum Reipublicę interſit, vt delicta impunita non remaneant, fuimus pro eiuſdem D. Procuratoris fiſcalis parte inſtanter requiſiti, quatenus aliquem probum virum in Commiſſarium ad prædictos inquirendum, & inquiſitiones, ac proceſſum informatiuum formandum extra Rom. Curiam deputare dignaremur. Nos igitur Petrus Paulus, &c. attendentes, &c. Commiſſarium pręfatum deputandũ duximus, prout per præſentes D. N. I. V. D. de cuius probitate, integritate, ſcientia, & experientia plurimum confidimus, noſtrum, & Camerę Apoſt. Commiſſarium deputauimus, eligimus, & conſtituimus cum facul-

tatibus, & auctoritatibus opportunis. Quocirca mandamus eidem N. vt ſtatim viſis præſentibus ad dictum Caſtrum N. ac quo ſibi expediens videbitur, perſonaliter ſe conferat, & informationem ſuper præmiſſis capiat omneſq. & ſingulos teſtes informatos, & coram eo inducendos, & nominandos ſuper præmiſſis medijs eorum iuramentis examinet, ac vacillantes, veritatem occultantem, & de mendacio conuictos arbitrio ſuo torqueat, & teſtificari recuſantes omnibus vijs iuris, & facti remedijs neceſſarijs, & opportunis cogat, & compellat, cogiq. & compelli mandet, & faciat, & eoſdem teſtes, ac delinquentes, & complices ad perſonaliter comparendum coram ſe ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & pecuniarijs, ac corporis afflictiuis, & alias ſibi beneuiſis, pœnis citet, moneat, & requirat, ac citari moneri, & requiri mandet, & faciat, & contra contumaces ad declarationem incurſus cenſurarũ, & pœnarum ſe imponendarum vt moris eſt procedat, illoſq. carceret, & in poſſe noſtrum ſuo tuta, & fida cuſtodia, vel idoneis cautionibus tranſmittat, & conduci faciat, & generaliter omnia alia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna mandet faciat, & exequatur vſq. ad ſententiam diffinitiuam excluſiue, etiã ſi talia forent, quæ commiſſionem magis ſpecialẽ, amplam, & expreſſam exigerent. Dantes ſibi in præmiſſis omnibus, & ſingulis omnimodam poteſtatem, auctoritatem, & facultatem plenum, liberum generale, & generaliſſimum mandatum cum plena, ampla, generali, & generaliſſima facultate, vices, & voces noſtras ſibi in præmiſſis delegantes. Quocirca vobis Reuerendiſſimis dd. Gubernatoribus, Locatenentibus, Iudicibus, Commiſſarijs, Ordinarijs, Vicarijs, Poteſtatibus, & alijs iuſtitiæ miniſtris quibuſcunq. ac dicti Caſtri N. & aliorum locorum Communitatibus, & Maſſarijs, ac alijs quibuſcunq. in exequutione præſentium nominandis per præſentes committimus, et in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo ſub mille ducatorum auri de Camera Cameræ Apoſt. in euentum contrauentionis applican. mandati exequutiui, et in ſubſidium excommunicationis, alijſq. arbitrio noſtro imponendis, et applicandis pœnis mandamus, quatenus eundem N. Commiſſarium noſtrum prædictum in talem recipiatis, et admittatis, et ſibi in omnibus, et per omnia pareatis, et obediatis omnemq. fauorem, et auxilium per ipſum in præmiſſis requiſitum pro præmiſſorum exequutione impendatis, et præbeatis, omni prorſus contradictione, et exceptione ceſſante. Volumus autem, quod vltra expenſas victus, et hoſpitij eidem D. N. Commiſſario ſcuta duo auri in auro, Notario vero ſcutum vnum ſimile ſingulis diebus quibus ipſi ab Alma Vrbe receſſerint, vſquequo ad eam reuerſi fuerint, de bonis delinquentium prædictorum, ſeu quomodolibet indiciatorum omnino perſoluatur. In quorum, etc. Datum, etc. Hieronymus Fabrius Notarius M. Burattus Locumtenens.

Tranſumptum nonnullorum inſtrumentorum per Auditorem Cam.

IN Nomine Domini. Nouerint vniuerſis, & ſingulis hoc præſens publicum

cum tranſumpti inſtrumentum inſpecturi, lecturi, & audituri, quod nos Petrus Pa [illegible] lus, &c. ad venerabilis viri Domini N. principalis inſtantiam omnes, & ſingulos ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putantes eorumq. procuratores ſi qui tunc erant in Rom. Curia pro eiſdem ad videndum, & audiendum nonnulla venditionis certarum terrarum dudum Abbati Monaſt S. Benedicti publicata inſtrumenta per Notarios publicos in notam recepta, & ſubſcripta tranſumi, et exemplari, ac in publicam tranſumpti formam redigi, vel dicendum, et cauſam ſi quam habeant rationabilem quare præmiſſa minime fieri debeant allegandum per audientiam publicam litterarum contradictarum Sanctiſſ. D.N Papæ citari fecimus, et mandauimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem, et horam infraſcriptos, quibus audientibus comparuit coram nobis d. N. principalis citra, quorumcumq. procuratorum ſuorum per eum hactenus quomodolibet conſtitutorum reuocationem, et certas litteras citatorias in dicta audientia noſtro de mandato exequutas facto reportauit citatorumque in eadem contentorum non comparentium contumaciam accuſauit, et in eorum contumaciam prædicta venditionis inſtrumenta ſana, et illeſa, ac omni prorſus vitio, et ſuſpitione carentia acto realiter, et in ſcriptis exhibuit, atque produxit, quæ tranſumi, et exemplari, ac in publicam formam redigi mandari, noſtramque et dictæ Curię auctoritatem pariter, et decretum interponi per nos inſtanter poſtulauit, nos tunc Auditor præfatus in contumaciam dictorum citatorum non comparentium dicta inſtrumenta ad manus noſtras recepimus, illaq. vidimus, tenuimus, legimus, et diligenter inſpeximus, et quia huiuſmodi inſtrumenta ſana, integra, et illæſa, ac omni prorſus vitio, et ſuſpitione carentia. Inuenimus idcirco ad d. D. N. principalis inſtantiam per noſtrum, et d. curiæ noſtrę Notarium infraſcriptum tranſumi, et exemplari, ac in publicam tranſumpti formam redigi fecimus, et mandauimus tenoris infraſcripti. Volentes, et auctoritate dictæ curię decernentes, quod pręſenti noſtro tranſumpto de cætero, et in antea tam in Romana curia, quam extra vbicunque locorum in iudicio, et extra plena, et tanta fides adhibeatur talis, et tanta ac qualis et quanta dictis originalibus inſtrumentis inferius inſertis, et cum præſenti tranſumpto collationatis data fiunt, et adhibita, daturque et adhibetur, ſeu daretur, et adhiberetur ſi ipſa originalia inſtrumenta in medium exhibita, aut oſtenſa fuiſſent, huiuſmodi vero inſtrumentorum tenores de verbo ad verbum ſequuntur, et ſunt tales. In Nomine Domini Amen, &c. Quibus omnibus, et ſingulis tanquam rite, et legitime factis auctoritatem, et decretum dictæ curiæ, atque noſtram duximus interponendum, et interpoſuimus prout interponimus; præſentium per tenorem, in quorum omnium, &c. præſentibus, &c.

Aliud

Aliud litterarum Apoſtolicarum.

IN nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Nouerint vniuerſi, &c. vt ſupra vſque ad videndum, & audiendum infraſcriptas litteras Apoſt. Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Pauli diuina prouidentia Papæ V. eius vera bulla plumbata cum cordulis, ſericis rubei, croceiq. coloris, more Rom. Cur. impenden. bullatas produci recipi, & poſtquam productæ fuerint ad videndum, & audiendum ipſas tranſumi, exemplari, publicari, & in publicam formam redigi mandari, auctoritatemque & decretum dictę Curiæ per nos interponi, vel dicendum, &c. & in eorum contumaciam ſupradictas litteras Apoſtolicas ſub tenore infraſcripto exhibuit, atq dedit, quas tranſumi, exemplari, publicari, & in publicam formam redigi mandari, auctoritatemq; & decretum interponi per nos inſtanter poſtulauit. Petrus Paulus Auditor præfatus dictos citatos non comparen. reputauimus non immerito (prout erant quo ad actum, & terminum huiuſmodi ſuaden. iuſtitia) contumaces, &c. ſupradictas litteras Apoſtolicas ad manus noſtras recipimus, vidimus, legimus, tenuimus, palpauimus, & diligenter inſpeximus, ſanaſq. integras, & illęſis ac omni prorſus vitio, & ſuſpitione carere reperimus, ipſaſq. vlterius ad præfati D. N. vlteriorem inſtantiam per infraſcriptum noſtrum, & curiæ noſtrę notarium tranſumi, exemplari, &c. noſtram, & dictę curiæ auctoritatem iudiciariam, & ordinariam interpoſuimus, ac pręſentibus interponimus pariter, & decretum. Tenor. vero dictarum litterarum Apoſt. vnde ſupra fit mentio, &c. Petrus Paulus, etc. in quorum omnium et ſingulorum fidem, et teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras, atque præſens publicum tranſumpti inſtrumentum exinde fieri, etc.

Tranſumptum in forma vidimus.

IN nomine, etc. Nouerint vniuerſi, hoc pręſens publicum tranſumptum inſpecturi, quod Petrus Paulus, etc habuimus, vidimus, et diligenter inſpeximus Ill. et inclyti Principis, etc. litteras eius ſigillo cum cordula ſerica impenden. ſignatas, et omnimod. ſuſpition. caren.

Quarum quidem litterarum tenor in continentia erat iſte. Nos Petrus Paulus, etc. de ſigna, ſigilla, quibus litteræ bullatæ fuerunt. Quibus quidem litteris diligenter inſpectis ad requiſitionem honorabilis N. per notarium publicum infraſcriptam ipſas exemplari mandauimus, et tranſumi, ac in publicam formam redigi decernen. et volen. vt huic præſenti tranſumpto publico, ſiue exemplo plena fides deinceps adhibeatur vbilibet, in locis omnibus, et ſingulis quibus fuerit opportunum, ipſum tranſumptum fiden faciat, et illi ſtetur; ac ſi originales litteræ appareant. Quibus omnibus, et ſingulis auctoritatem noſtram ordinariam interpoſuimus, et decretum, et ad ampliorem euidentiam præmiſſorum ſignum noſtrorum præſentibus duximus apponendum, etc. Actum, etc.

Tranſumptum in forma vidimus per Notarium factum, &c.

IN nomine, &c. vniuerſis, & ſingulis præſens tranſumptum, ſiue inſtrumentum publicum inſpecturis, & lecturis pateat euidenter, & ſit notum, quod anno à Natiuitate eiuſdem, &c. indict. &c. die &c. menſis N. Pontificatus, Anno N. in mei Notarij, &c. rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus N. habens, & tenens ſuis manibus, & extendens quaſdam litteras Venerabilium, & Religioſarum Dominarum Abbatiſſæ; & Conuentus, & earundem veris ſigillis ob longo, & rotundo impreſſuris pergamenis, & prima facie apparebat Abbatiali, & Conuentuali appendendum modo debito, & conſueto ſigillatas, munitas, & roboratas, ſaluas, ſanas, & integras non vitiatas, non cancellatas, non abraſas, neq. in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpitione caren. de prouidendo de, & ſuper quibus dictus Dominus N. procurator irreuocabili extitit conſtitutus, de cuius procurationis mandato legitima fecit fidem per quoddam inſtrumentum publicum, ſigno, & ſubſcriptione publici Notarij N. ſignatum, & ſubſcriptum huiuſmodiq. litteras mihi Notario infraſcripto manus tradidit, & præſentauit, ac de verbo ad verbum perlegit requirens me; & huiuſmodi litterarum vigore vidimus in forma authentica inſtrumenti public conficerem eaſq. tranſumerem earundam etiam veram copiam, ſi tranſumptum facere, & cum originali collationare ac collatione facta, tranſumptum, ſiue copia huiuſmodi dare, & in publicam formam redigere curarem. Tenor vero litterarum, vnde ſupra ſit mentio ſequitur, eſt talis. Hic inſerantur litteræ, &c. Quas quidem litteras, ego Notarius ad me recipiens ipſi viſis, & perlectis vidimus, ſeu tranſumptum, atque copiam earundem, cum ipſis litteris originalibus præinſertis per me Notarium ſupra, & infraſcriptum, diligenter auſcultata in omnibus, & per omnia (iuxta ipſarum litterarum tenorem) concordare reperi, & inueni. Idcirco tranſumptum huiuſmodi, ſiue actum authenticum, in publicam formam redigere curaui, ſignoq. & ſubſcriptione mei Notarij ſubſcripti conſuetis ſignaui, vt eiſdem tanquam litteris originalibus in quocunq. foro, ſiue in iudicio, & extra fides adhibeatur, & adhiberi poſſit plenaria, ſuper quibus, &c. Acta, &c. præſentibus teſtibus, &c.

Monitorium in vim Bullæ Allexandrinæ ab Auditore Cameræ tanquam Ordinario.

PEtrus Paulus, &c. Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, eiuſq. Camerarij necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſt. generalis Auditor, atq. appellationum, & reclamationum in terris S. R. Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectis interpoſitarum Iudex ordinarius, ſenteutiarumque, & cenſurarum in Romana Curia latarum generalis exequutor. Vniuerſis, & ſingulis, &c. per ciuitates, & diœceſes N. & alias, &c. Noueritis, quod nuper coram nobis tanquam exequutore omnium ſententiarum in Romana Curia latarum, Pro parte venerabilis viri Domini N. Cleric. diœc.

prio-

principalis: nobis extitit propoſitum cum quærela, quod licet fœl. rec. Alexander, etc. in die Cœnæ Domini, videlicet die Ioui ſancta, omnes, et ſingulos qui per ſe, vel alium, ſeu alios, quaſcunq. perſonas Eccleſiaſticas, vel ſæculares, ad Romanam Cur. pro earum cauſis, et negotijs recurren. illaſq. in ead. proſequen. aut Procuratores, negociorum geſtores Aduocatos, Sollicitatores, vel Nuncios ipſorum, vel etiam Auditores, vel Iudices ſuper dictis cauſis, vel negociis deputatos occaſione cauſarum vel negotiorum huiuſmodi, verberarent, mutilarent, ſeu alias violentias inferrent, aut bonis ſpoliarent, cuiuſcunq. præheminentiæ, dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, aut conditionis exiſterent, etiam ſi Pontificali, Regali, aut quauis alia præfulgerent dignitate excommunicauerit, et anathematizauerit, prout in litteris Apoſtolicis deſuper confectis, in locis publicis Rom. Curiæ ad hoc deputatis, affixis, et publicatis plenius continetur. Nihilominus, tamen nonnullis iniquitatis filii, videlicet quidam N. & N. Canonicis Eccleſię Cathedralis N. procuratores cauſarum Conſiſtorii *N.* & certi alii complices, et adhęrentes neſcitur quo ſpiritu ducti, niſi malignum prętatum D. N. dum eſſet intention. ad Rom. Curiam pro pręſentatione cuiuſdam appellationis, alias in partibus, à quadam interlocutoria, ſiue diffinitiua ſententia, dudum in quadam cauſa veteri. inter dictum D. N. conuentum ex vna, et quendam D. N. Mercatorem, et oppidanum de *N.* partibus ex altera lata, et promulgata legitime interpoſita veniendi necnon limina BB. Petri, et Pauli Apoſtolorum, de Vrbe peregrè viſitanda, à d. Eccleſiâ N. (præter ius, et iuſtitiam) vi, et violentia repulerunt, et iecerunt in animarum ſuarum periculum dictiq. Domini exponen. non modicum præiudicium, iacturam gradamen, et verecundiam litterarum quoq. Apoſtolicarum prænominatarum, vilipendium, et contemptum, ac pernicioſum exemplum pluri morum dictas propterea exequutionis, et anathematis, aliaſque ſententias, cenſuras, et pœnas in eiſdem litteris Apoſtolicis contentas, temere incurrendo. Fuimus igitur pro parte dicti D. N. exponen. debita cum inſtan. requiſiti, vt ſibi ſuper pręmiſſis de aliquo opportuno remedio prouidere dignaremur. Nos igitur Petrus Paulus Auditor, et exequutor præfatus, attenden. requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, et conſonam rationi, et vi iniuriantium temeritas compeſcatur. Diſcretioni veſtræ, cuiuslibet veſtrum, tenore præſentium committimus, et in virtute ſanctę obedientiæ, et ſub excommunicationis pęne diſtrictæ præcipiendo mandan. quatenus ſtatim, viſis, et receptis præſentibus: vos, vel quicunq. veſtrum ſuper hoc vigore præſentium, fuerit requiſitus per vos, vel alium, ſeu alios moneatis, et requiratis primo, ſecundo, tertio, et peremptorie pręfatos *N.* & N. eorumq. complices adhærentes in præmiſſis comprehenſos eorum nomina, et cognomina in exequutione præſentium experiendo, quos nos etiam, et eorum quemlibet, tenore pręſentiũ requirimus, et monemus, eiſque, et eorum cuilibet, in virtu-

te ſanctę obedientiæ, & ſub præfata excommunicationis pœna diſtricte percipiatis, & mandetis, prout nos etiam tenore præſentium præcipimus, & mandamus eiſdem, quatenus infra ſex dierum ſpatium à die monitionis veſtræ in antea computandorum quorum ſex dierum, duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies, eis, & eorum cuilibet pro tertio, & peremptorio termino, ac monitorium canonica aſſignamus, & per vos ter aſſignari volumus, & mandamus ipſi N. & *N*. debeant præfato D. N. exponen. principali, aut eius legitimo procuratore ad hoc ſufficienti mandato ſuffulto, ſummam, & quantitatem N. ducat. auri de Camera, ratione iniuriarium ſibi illatarum, vt præmittitur realiter, & cum effectu perſoluiſſe, aut interim deſuper cum eoſdem, aut eius procuratore prædicto, amicabiliter conueniſſe, & concordaſſe. Et nihilominus nos, vel ſucceſſorem noſtrum infra 40. dies, dictos ſex dies immediate ſequen. dict. s noſtris imo verius Apoſtolicis monitionibus, & litteris, realiter, & cum effectu paruiſſe certificent, alioquin proxima die iuridica, qua nos, vel ſubrogandum, aut Locumtenentem noſtrum, ad iura reddendum, & cauſas audiendum pro tribunali ſedere contigerit, compareant, & quilibet eorum compareat in Romana Curia coram nobis, aut Locumtenentem noſtrum perſonaliter, in propria perſona ſe præfatas excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, aliaſq ſententias, & pœnas in pręfatis litteris Apoſtolicis reſpectiue contentas, à qua, ſeu quibus, niſi pro Romano Pontifice, pręterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui nequeant incurriſſe declarari, ipſos quoq. pro talibus, et vt tales publicari, ac litteras neceſſarias, & opportunas deſuper decerni, viſuri, & audituri, vel cauſas, ſi quas ijdem N. & N. ac alij prædicti habeant, & quilibet eorum habeat rationabiles quare præmiſſa fieri non debeant allegaturi, alioquin lapſo dicto monitionis, & citationis termino ad declarationem cenſurarum, & pęnarum Eccleſiaſticarum, & alia grauiora procedemus, prout iuris fuerit præfatorum N. & *N*. ac aliorum citandorum contumacia, non obſtan. Abſolutionem vero omnium, & ſingulorum qui præfatas noſtras ſententias, aut earum aliquam incurrerint, ſeu incurrerint quoquomodo nobis, vel ſuperiori noſtro tantummodo reſeruamus. In cuius rei teſtimonium, &c.

INterdicta, & generalia, & ſpecialia iuxta præſentem iuſtitiam non conceduntur niſi facto verbo cum Sanctiſſimo, aut niſi idem Sanctiſſimus Dominus Noſter vigore ſpecialis reſcripti dixerit decernendum, propterea in his formandis vlterius non elaborabo, ſed in contingentia facti poteris recurrere ad formulas antiquas inferius ſcriptas.

Interdictum generale.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, &c. vt in citatione vſq. mandatis. Noueritis, quod orta dudum in Romana Curia ex commiſſione Apoſtol. coram nobis inter honorabilem virum D. N. actorem ex vna, & quendam *N*. de, & ſuper certa parochiali Eccl. N. rebuſq. alijs in actis cauſæ

huiuſmodi

huiuſmodi latius deductis,& eorum occaſione reum, & conuentum partibus ex altera, lite ſiue cauſa, ac materia quæſtionis. Nos in cauſa, & cauſis huiuſmodi rite, & legitime procedendum ſeruatis ſeruandis quandam diffinitiuam dictæ parochialis adiudicatoriam pro dicto D. N. & contra præfatum N. aduerſarium, cum fructuum,& expenſarum condemnatione in ſcriptis tulimus, & promulgauimus ſententiam prout in litteris, & inſtrumentis, ac documentis publicis deſuper confectis, & expeditis, ac actis cauſæ huiuſmodi latius, & plenius continetur. Quæ quidem diffinitiua ſententia poſtquam nulla prouocatione ſuſpenſa in rem tranſiuiſſet iudicatam: idem Dominus Noſter Papa quandam aliam commiſſionis, ſiue ſupplicationis cedulam nobis per certum ſuum curſorem præſentari fecit, quam nos cum ea, quæ decuit reuerentia, recipimus huiuſmodi ſub tenore. Beatiſſime, &c. cuius quidem commiſſionis vigore, omnibus, & ſingulis expenſis in hac cauſa pro parte dicti D. N. principalis, & coram nobis legitime factis, in quibus ſi dictus *N* aduerſarius ſententialiter condemnatus, vt præfertur extitit ad *N*. ducatos auri de Cam. boni, & iuſti ponderis, prouida moderatione præuia, rite taxatis nonnullis litteris exequutorialibus deſuper per edictum publicum in Rom. Curia extra, & in partibus in locis circumuicinis exequendum, publicandum, & affigendū pro parte dicti D. *N*. principalis, noſtro ſub ſigillo in forma debita, ſolita, & conſueta decretis, atq. conceſſis in quibus, per quas inter cetera præfatum *N*. aduerſarium in dicta parochiali Eccleſia *N*. intruſum quatenus eiſdem parochialis Eccleſiæ iuriumq. & pertinentiarum omnium eiuſdem poſſeſſioni cederet eamq. poſſeſſionem dicto D. *N*. principali, tanquam vero, & indubitato ipſius parochialis Eccleſiæ Rectori, vel Procuratori ſuo ad hoc ab eo legitime conſtituto eius nomine, vacuam, liberam, & expeditam dimitteret, & relaxaret, ſibique de fructibus à tempore motæ litis huiuſmodi ex dicta parocchiali Eccleſia circa præcep is, necnon *N*. ducatis per nos occaſione expenſarum litis, & cauſæ hmói, et præfertur taxatis, ac 4. aliis ſimilibus ducatis auri de Camera pro ipſarum litterarum exequutorialium expeditione etiam expoſitis realiter, & cum effectu ſatisfaceret, reſtitueret, ac plenariam, & integram ſolutionem, & ſatisfactionem impenderet, aut ſaltem ſuper præmiſſis ſecum amicabiliter componeret, & concordaret infra certos per nos ſibi deſuper aſſignatos, & iamdudum affluxos, peremptorios terminos competentes ſub excommunicationis, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas in eum tunc, ſi ſecus faceret, Canonica monitione præcedente in ſcriptis ferebamus, monuimus, & requiſiuimus, ac moneri, & requiri fecimus, & mandauimus, prout in eiſdem litteris, ſiue Proceſſibus exequutorialibus à nobis deſuper vna cum aggrauationis, reaggrauationis, & interdicti appoſitione, auxiliique brachii ſecularis inuocatione in forma debita examinatis, & in actis cauſæ huiuſmodi

plenius, & latius continetur. Quibus quidem litteris, ſiue proceſſibus exequutorialibus contra præfatum N. intruſum per edictum publicum, tam in Romana Curia, quam extra eam, etiam in partibus, & locis circumuicinis iuxta litterarum earumdem, vim formam, & tenorem, rite lectis, affixis, exequutis, & publicatis, eiuſdemque tandem vna cum earū exequutione huiuſmodi coram nobis iudicialiter reproductis, Nos tunc Petrus Paulus, &c. in cauſa, & negotio huiuſmodi exequutionis cum tempore N. intruſus, ſic, vt permittitur monitus, & requiſitus mandatis monitionibus, inhibitionibus, ac litteris, & proceſſibus noſtris antedictis, parere, & obedire, ac nos, & paritione ſua, infra terminos prænotatos certificare non curaſſet, vlterius rite proceden. ſeruatis ſeruandis, ſingulíſq. dilationibus expectatis, per illam noſtram ſententiam, ſiue ordinationem, quam deſuper in ſcriptis tulimus eundem N. aduerſarium intruſum, propterea excommunicationis ſententiam aliaſq. pœnas, ſententias, et cenſuras Eccleſiaſticas in ipſis litteris exequutorialibus contentas, vt præfertur, & fulminatis damnabiliter incurriſſe, et incidiſſe duximus, declarandum, et declarauimus, ac vt talem publice denunciandum mandauimus, et fecimus. Ac deinde ſucceſſiue cum dierum competentium interuallis, propter ipſius N. aduerſarij multiplicem rebbellionem, et contumaciam, & dictam excommunicationis ſententiam, & proceſſus noſtros huiuſmodi aggrauauimus, et reaggrauauimus, prout in actis cauſæ huiuſmodi, & alijs noſtris deſuper conceſſis litteris plenius continetur.

Sed quia d. N. aduerſarius intruſus, & induratus Pharaonis duritiam imitando, admodum aſpidum ſurdatū, aures ſuas obturantium ne voces audiant incantantium, dictam noſtram redarguationem poſt decem dies, poſt illius publicationem, et denunciationem in Romana Curia in diuerſis locis publicis debite factis, pertinaciter ſubſtinuit, et ſubſtinet, non curans ad Sanctæ Matris Eccleſiæ gremium redire. Nos tunc Petrus Paulus, etc ad præfati D. N. principalis inſtantiam, præfatum N. aduerſarium, omneſq. alios, et ſigulos, ſua communiter, vel deuiſim intereſſe putantes, eorumq procuratores, ſi qui tunc erant in Romana curia pro eiſdem ad videndum, et audiendum omnes, et ſingulas Ciuitates Terras, Oppida, Caſtra, Villas, Suburbia, Collegia, Parochias, et alia quæcunq. loca, et in ſub quibus dictum N. aduerſarium excommunicatum, aggrauatum, et reaggrauatum declinare, ſeu deuenire contingerit, interdici, et interdicto Eccleſiaſtico ſupponi, litteraſq. noſtras deſuper opportunas in forma ſolita, et conſueta decerni, et concedi, vel dicendum, et cauſam, ſi quam habuerint rationabilem, cur id fieri non debeat allegãdum per audientiam publicam litterarum contradictarum D. N. Papæ prædictam, citari mandauimus, & fecimus ad certum peremptorium terminum, videlicet, ad diem, & horam infraſcriptos. Quibus occurrentibus comparuit iudicialiter coram nobis prouidus vir N. &c. documen

tis

tis, et citatorum in quadam ipſius audientiæ cedula citatoria in eadem audientia debite exequuta, et coram nobis facto, realiter, et in ſcriptis repræſentata, contentorum non comparentium contumaciam accuſauit, eoſque contumaces reputari, et in eorum contumaciam Ciuitates, Terras, Caſtra, Villas, Oppida, Suburbia, Collegia, Parochias, et alia loca prædicta interdici, et Eccleſiaſtico interdicto ſupponi, literaſque deſuper opportunas in forma debita, et conſueta decerni, et concedi per nos inſtanter poſtulauit. Nos tunc dictos citatos non comparentes reputauimus non immerito (prout erant iuſtitia exigente) contumaces in eorum contumaciam omnes, et ſingulas Ciuitates, Terras, Caſtra, Villa, Oppipa, et Suburbia, Collegia, Parochias, et alia quæcunq. loca, ad quæ dictum N. aduerſarium excommunicatum, denunciatum, aggrauatum, et reaggrauatum declinare, ſeu deuenire contingerit interdiximus, ac Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſuimus, prout interdicimus, et ſuppoſuimus per præſentes, has noſtras litteras deſuper decernendo, et concedendo opportunas. Quæ omnia, et ſingula præmiſſa, præſentes quoque litteras noſtras interdictorias, et in eis contenta, vobis omnibus, ſingulis ſupradictis (quibus eędem noſtræ litteræ diriguntur) intimamus, inſinuamus, et notificamus, ac ad veſtram, et cuiuslibet veſtrum notitiam deducimus, et deduci volumus per præſentes. Voſq. nihilominus, et veſtrum quemlibet auctoritate prædicta tenore præſentium requirimus, et monemus primo, ſecundo, tertio, et peremptorie, ac vobis, et veſtrum cuilibet inſolidum in virtute ſanctę obedientiæ, et ſub excommunicationis pœnam, quam in vos, et veſtrum quemlibet ſi ſecus feceritis ſecimus, et in his ſcriptis deſtricte percipiendo mandantes, quatenus ſtatim viſis, et receptis præſentibus vos, vel quicunque veſtrum, poſtquam deſuper pro parte d. D. N. principalis vigore præſentium fueritis requiſiti, ſeu fuerit requiſitus in dictis locis (quam diu d. N. aduerſarius excommunicatus, denunciatus, aggrauatus et reaggrauatus ibidem fuerit) ceſſetis, et ab aliis ceſſare facietis, apertis ianuis a diuinis. Necnon ceſſationem eandem; per tres dies continuos, poſt ipſius N. aduerſarij ab inde receſſum, obſeruetis, et continuetis, et ab alijs obſeruari, et continuare faciatis, et permittatis, ita, et realiter, quod (ſtante huiuſmodi interdicto) nulla Eccleſiaſtica in, et ſub eidem locis miniſtrentur Sacramenta, niſi Pœnitentia, et Baptiſmus omnibus indeſficienter. Euchariſtia vero infirmis tantum, et matrimonium ſine Eccleſiaſtica ſolemnitate contrahatur, inhibique, et ſub eiſdem locis decedentibus Eccleſiaſtica denegetur ſepultura, donec aliud à nobis, vel ſuperiori noſtro receptis in mandatis. Abſolutionem vero omnium, et ſingulorum, qui præ[illegible]as noſtras ſententias, aut earum aliquam incurrerint, ſiue incurrerit, nobis, vel ſuperiori noſtro tantum modo reſeruamus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras ſiue præſens publicum inſtrumentum huiuſmodi lit-

teras interdictorias in ſe continentes, ſiue continens exinde fieri, & per Notarium publicum, ac huiuſmodi cauſæ coram nobis ſcribam infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandauimus, ſigillique noſtri impreſſione, & d. Notarij manus appoſitione iuſſimus, & fecimus communiri. Acta ſunt hæc Romæ in domo ſolitæ noſtræ reſidentię, ſub Anno, &c. Præſentibus ibid. diſcretis viris D. N. & N. teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, atque rogatis, &c.

Interdictum ſpeciale cum illius extenſione.

PEtrus Paulus, &c vniuerſis, & ſingulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiac. Scholaſticis, Cantoribus, &c. vt ſupra in citatione vſque mandatis. Noueritis quod orta dudum in Rom. Cur. ex commiſſione Apoſtolica coram nobis inter honorabilem virum D.N. principalem actorem ex vna, & quendam N. exaduerſo principalem, & ſuper parochiali Eccleſia S.N.N. diæceſis, rebuſq. alijs in actis cauſę huiuſmodi latius ſpecificatus, & illorum occaſione reum, & conuentum partibus ex altera: lite, ſeu cauſa, ac materia quæſtionis, lataq. deinde per nos pro d. D. N. principali, & contra dictum N. exaduerſo principalem intruſum d. parochialis Eccleſię adiudicatoria cum fructuum & expen. condemnatione diffinitiua ſententia litteris exequutorialibus deſuper decretis, & conceſſis, & deinde ipſis contra præfatum N, exaduerſo principalem legitime exequutis, & coram nobis iudicialiter reproductis, & conſequenter ipſo N. exaduerſo principali intruſo, vigore prædictarum litterarum exequutorialium, vt eis iuxta earum formam continentiam, & tenorem pareret, & obediret monito, & requiſito huiuſmodi litteris parere, & obedire minime curan. Et propterea ſententias, & cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas in huiuſmodi litteris exequutorialibus contentas, & comminatas incidiſſe damnabiliter incurriſſe pro aliam noſtram ſententiam (quam deſuper in ſcriptis tulimus, & promulgauimus) declarato, ac inſuper propter ipſius multiplicem rebellionem, & contumaciam vna cum inuocatione brachij ſecularis aggrauato, & reaggrauato, & interdicto, ſi extenſio interdicti alias appoſiti, adde & demum propter ipſius N. exaduerſo principalis (Pharaonis duritiam imitantis) pertinaciam Parochiali Eccl. N. in N.N. diœc. vigore ſpecialis commiſſionis deſuper nobis præſentato ſtrictiſſimo Eccleſiaſtico interdicto ſpecialiter ſuppoſitæ Sanctiſſ. in Chriſto Pater, & D. N. Dominus Paulus diuina prouidentia Papa V. quandam aliam commiſſionis, ſiue ſupplicationis Papæ, &c. cedulam, &c. præſentari fecit, quam nos cum ea, quæ decuit reuerentia recipimus huiuſmodi ſub tenore. Beatiſſime Pater, &c. cuius quidem commiſſionis vigore nos in cauſa, & cauſis huiuſmodi vlterius proceden. ad prouidi viri N. in Rom. Cur. cauſarum &c. ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo, vel ſcriptis contra præinſertam commiſſionem dicere, ſiue excipere volebat, necnon ad videndum, & audiendum parochialem Eccleſiam N. tanquam parochiali-

Eccleſiæ, ſub qua N. exaduerſo principalis habitat, & moratur vicinio-rem, interdicti, & Eccleſiaſtico interdicto ſpecialiter ſupponi, litteraſq. &c. Quæ omnia, et ſingula, &c. vt in prima forma, ſeu alter veſtrum fue rit requiſitus in d. parochiali Eccleſie N. ceſſetis, et ab alijs ceſſari facia tis apertis ianuis à diuinis. Necnon ceſſationem eandem tandiu obſer-uetis,& continuetis, et ab alijs obſeruari, & continuare faciatis, & per-mittatis quoſque d. N. exaduerſo principalis, litteris exequutorialibus prænarratis, paruerit, et abſolutionis beneficium à nobis, vel ſuperiori noſtro meruerit obtineri, ita, et taliter, ꝙ ſtante huiuſmodi interdicto, &c.

Compulſoria generalis decreta per A.C. tanquam Ordinarium.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, & ſingulis, &c. Noueritis, quod nuper coram nobis tanquam Ro. Cur. ordinario, ac Iudice appellationis, et appellationum in terris S. R. E. interpoſitę, et interpoſitarum cauſa appellationis inter honeſtos viros D. N. & N. appellantes, actores, et principales ex vna, et N. & N. appellatos reos et ex aduerſo principa-les, de, et ſuper cert. poſſeſſion. et petia terrę in N.N. dięceſ. ſita, alijſq. rebus in huiuſmodi cauſa latius exprimendis per quoddam publicum aſſertæ ſententię et appellationis huiuſmodi inſtrumentum nobis realiter et facto exhibitum, et productum introducto. Et illius vigore citation. legitima, vna cum inhibitione inſerta, noſtra ordinaria auctoritate ex-tra Ro. Cu. ad partes in forma conſueta decreta, et cõceſſa, Conſequen ter fuit nobis pro parte dictorum N. et N. principalium expoſitum cum quærela, quod nonnulli Domini Prælati, Iudices, et officiales, Commiſ ſarij, Delegati, Subdelegatis, Exequutores, Ordinarij, Extraordinarij, Col legia, Capitula, Conuentus, Clerici, Notarij, et Tabelliones publici, aliæ que perſonæ Eccleſiaſticę, et ſeculares, ciuitat. et dięceſis prædictarum, ac alibi conſtituti penes ſe habent, detinent in eorum ciſtis, ſcrinijs, arcis cuſtodijs, notis, manualibus, aut prothocollis, ſiue regiſtris, necnon ha-bentes, ſciunt, et detinen. nonnulla acta, actitata, litteras, ſcripturas, pro ceſſus, inſtrumenta, priuilegia, ſtatuta, regiſtra, ac alia iura, & munimen-ta, cauſam, et cauſas huiuſmodi tangen. et tangentia concernen. & con-cernentia pro iuris ſui cognitione, ſeu defenſione neceſſaria, & neceſ-ſaria, et ſine quibus de huiuſmodi cauſæ meritis ad plenum liquere non poteſt, ſeu conſtare. Quapropter fuimus pro parte d. D. N. principalis de dita cum inſtan. requiſiti, quatenus ſibi ſuper hoc de opportuno iuris remedio prouidere, litteraſq. compulſorias generales, in talibus fieri ſo-litas, extra Ro. Cu. ad partes in forma ſolita, et conſueta decernere, et con cedere dignaremur. Nos igitur Petrus Paulus præfatus: attenden. requi-ſitionem huiuſmodi fore iuſtam, et conſonam rationi; quodq. iuſta pe-tenti non denegandus aſſenſus, boniq. Iudicis ſit cuncta rimitari, ne oc-caſione occultationi iurium, et munimentorum partium hinc inde præ-dictarum, vel alterius earundem: veritas facti obumbretur, et iuſti-tia valeat deperire. Idcirco auctoritate noſtra ordinaria, et qua fun-

gimur

gimur in hac parte, vos omnes, et ſingulos ſupradictos, et veſtrum quemlibet communiter, vel diuiſim, tenore præſentium requirimus, et monemus, primo, ſecundo, et tertio, et peremptorie. Vobiſq. nihilominus, et veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, et ſub infraſcriptis pœnis diſtricte præcipientes mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium, poſt præſentationem, ſeu notificationem præſentium vobis, ſeu alteri veſtrum factas, et poſtquam pro parte d. D. N. principalis, vigore præſentium fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus immediate ſeq. quorum 6. dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, et reliquos duos dies vobis vniuerſis, et ſingulis, et veſtrum cuilibet pro tertio, et peremptorio termino, ac monitione Canonica aſſignamus ita tamen quod in his exequen. vnus veſtrum alium non expectet, nec vnus pro alio ſe excuſet, præfatos DD. Prælatos, Officiales, Iudices, Commiſſarios, Collegia, Conuentus, Capitula, Notarios, et Tabelliones publicos, aliaſq. perſonas, quaſcunq. Eccleſiaſticas, et ſeculares, atq. loca alia vobis pro parte d. D. N. principalis, vel per præſentium exhibitores nominandos, nominandas, et nominanda perſonaliter accedatis, et quilibet veſtrum accedat, eoſq et eorum quemlibet auctoritate noſtra imo verius Apoſtolica requiratis, et moneatis (quos nos etiam tenore præſentium requirimus, et monemus, eiuſq. nihilominus, et eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, et ſub mille ducatorum auri Camera pijs locis arbitrio noſtro applican. et ac mandati exequutiuſ, et in iuris ſubſidium excommunicationis, et ſuſpenſionis à diuinis, et interdicti Eccleſiaſtici reſpectiue pœnis diſtricte percipien. mandetis (quibus nos etiam tenore præſentium præcipimus, et mandamus) quatenus infra 12. dierum ſpatium, poſt requiſitionem, et monitionem, veſtras huiuſmodi eis, ſeu eorum alteri factas immediate ſeq. quorum 12. dierum, quatuor pro primo, quatuor pro ſecundo, et reliquos quatuor dies eis, et eorum cuilibet pro tertio, et peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignetis: quos nos etiam aſſignamus eiſdem omnia, et ſingula acta, actitata, litteras, ſcripturas, proceſſus, inſtrumenta, iuraq. et munimenta quæcunque cauſam, et cauſas huiuſmodi tangen. ſeu tangentia, ac concernen. et concernentia penes eos exiſten. et exiſtentia originaliter, et in eorum formis originalibus, vel eorum, ſeu earum vera tranſumpta, et eorum formis originalibus, aut eorum notis, ſeu manualibus, ſine prothocollis huiuſmodi in publicam formam redactas, ſeu redacta, aut alias ſub ſigillis authenticis ſigillatas, vel ſigillata, ac ſub talibus modo, et forma, quod eiſdem in dicta Rom. Cur. et alibi in iudicio, et extra merito valeat, et debeat plenaria fides adhiberi, nil addendo, minuendo, vel mutando, quod facti ſubſtantiam immutet, aut variet intellectum præfato D. N. principali, aut eius legitimo procuratori, ſeu præſentium exhibitori, ſine difficultate, et contradictione quibuſcunq. exhibeant, tradant libere, et aſſignent, ac extrahi, tranſumi et exemplari, eorumq. ſigilla, ſigna

&manus

& manus notariorum recognoſci faciant, permittant, & procurent nobis, ſeu alteri forſan loco noſtri in huiuſmodi cauſa ſubrogando Auditori ad dictam Rom. Cur. deferendas, ſeu deferenda, ſatisfacto tamen primitus illi, vel illis, cui vel quibus ſatisfactio fuerit impedienda, pro, & de eorum laboribus, & ſalario competenti. Si vero iura, & munimenta prædicta per quoſcunq. detineantur abſcondita, & non tradentur, vel alias contra dicti D. N. principalis, vel procuratoris, ſui voluntatem quomodolibet detineantur, aut detinentes ſciant, & detinentes detentores ipſos ad tradendum, ac habentes ſciant, & detinentes detentores ipſos, ad tradendum, ac exhibendum, ſcientes ad reuelandum huiuſmodi iura, munimenta, auctoritate noſtra, imo verius Apoſtolica per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita conmpellatis Quod forte præmiſſa omnia, & ſingula, prout ad vos, & eos ac veſtrum, & eorum quemlibet, communiter, vel diuiſim pertinet, & ſpectat non adimpleueritis, adimpluerint, ſeu adimpleuerit: ac mandatis, & monitionibus noſtris huiuſmodi, imo verius Apoſtolicis non parueritis, ſeu paruerit realiter, & cum effectu ad incurſum dictarum pœnarum, et cenſurarum contra eos, et eorum quemlibet, ſeruata forma Concilij Trid. procedemus, ſeu Locumtenens noſter procedet iuſtitia mediate. Diem vero, ſiue dies requiſitionis, & monitionis veſtrarum huiuſmodi, atque formam, & quanta fides dictis iuribus, & munimentis fuerit adhibenda, & quicquid in præmiſſis feceritis, aut aliquis veſtrum duxerat faciendum, nobis per veſtras patentes, litteras, ſeu inſtrumentum publicum harum ſeriem, ſiue deſignationem in ſe continen. ſeu continens remiſſis præſentibus quanto citius fideliter intimare curetis. Abſolutionem vero omnium, & ſingulorum, qui præfatas noſtras ſententias, aut earum aliquam incurrerit quoquomodo nobis, vel ſuperiori noſtro tantummodo reſeruamus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras, ſiue præſens publicum inſtrumentum, huiuſmodi noſtras litteras compulſorias generales in ſe continen. ſiue continens exinde fieri, et per notarium publicum, noſtrumque & huiuſmodi cauſæ coram nobis ſcribam infraſcriptum ſubſcribi, et publicari mandauimus Sigillique, &c. Datum, &c. Romæ apud S. Petrum, etc. Præſentibus ibidē honeſtis, et diſcretis viris, etc.

Compulſoriæ ſpeciales.

PEtrus Paulus, &c. Venerabili, & circumſpecto viro D.N.R. in Chriſto Patri, et D.D. Epiſcopi in ſpiritualibus Vicario, Iudici ad infraſcripta ſpecialiter deputato. Salutem in Domino, et præſentibus fidem indubiam adhibere, noſtriq. imo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod introducta lite, et cauſa coram nobis inter D N. actorem ex vna, et D.N. reum connentum de, et ſuper rebuſq. alijs in proceſſu cauſę, et cauſarum huiuſmodi latius deductis partibus ex altera in qua ad nonnullos actus extraiudiciales (extra tamen magiſtri N. in Ro.

Cur.

Cur. cauſarum, ac nobis, & magnifici D. N. principalis principaliter nominati procuratoris inſtan. Prouidum virum Magiſtrum N. in d. Rom. Cur. ſimiliter cauſarum, et honorabilium virorũ D. D. N. & N. principalium exaduerſo) ad videndum, et audiendum noſtras compulſorias ſpeciales extra Rom. Cur. et ad partes in forma ſolita, et conſueta decerni, et concedi, et ad conueniendum, et concordandum de loco, in quo termino infra quem. Et Iudice coram quo nonnulla iura, et munimenta in vim litterarũ compulſorialium ſpecialiũ huiuſmodi partibus extrahi debeant, et tranſumi, vel dicendum, et cauſam, ſi quam habeant rationabilẽ, quare pręmiſſa fieri minime deberent, allegandum per vnum ex dicti D. N. Papæ curſoribus, citari fecimus, et mandauimus ad certum peremptorium terminum competen. videlicet ad diem, et horam infraſcriptas.

Quibus audientibus comparuit in iudicio legitime coram nobis præfatus magiſter N. procurator, & eo nomine procuratorio, quo ſupra, & d. N. exaduerſo procuratore legitime citato nobis expoſuit cum quærela quod nõnulli D. prælati, etc vt in compulſoria ſimplici. Quare ſibi, partiq. ſuæ de remedio opportuno prouideri, litteraſq. compulſorias ſpeciales extra Ro. Cur. et ad partes in forma ſolita, et conſueta decerni, et concedi, et vos D. Vicarium N. Iudicem, et compulſorẽ, corã quo, & ciuit. N pro loco, et Eccl. N. pro loco loci, terminum competentẽ infra quem iura, ac munimenta pręcicta, in partibus extrahi debeant, & tranſumi, ac exemplari, et in publicã formã redigi, ſigillaq. et ſigna, et manus notariorum, iuriũ, et munimentorũ recognoſci, teſteſq. deſuper producti debeant ſiue poſſint; præfato magiſtro N. exaduerſo procuratori, partiq. ſuæ, licet abſentibus deputari, præfigi, et aſſignari per nos, debita cum inſtan. poſtulauit, etc. Nos igitur Petrus Paulus, quia dictus N. procurator citatus nihil releuanter deduxit attenden. poſtulationem huiuſmodi fore iuſtam, et conſonam rationi, quodq. iuxta petẽn. non eſt denegandus aſſenſus. Idcirco auctoritate noſtra, immo verius Apoſt., et qua fungimur in hac parte huiuſmodi litteras compulſorias ſpeciales, et extra Ro. Cur. et ad partes in forma ſolita, et conſueta decernendum, ac vos D. Vicarium N. pro iudice, et compulſore, coram quo, et Ciuitatem N. ac Curiã Epiſcopalem dictæ Ciuitatis N. pro locis, in quibus iura huiuſmodi, et munimenta in vim dictarum compulſorialium ſpecialium in partibus extrahi debeant, et tranſumi deputandũ: dictoq. magiſtro N. exaduerſo procuratori, licet abſenti, et parti ſuę; ad comparendum coram vobis: ad videndum, et audiendum huiuſmodi iura, et munimenta coram vobis: in dicta ciuitate extrahi, tranſumi, et exemplari, ac in publicam formam redigi, ſigillaq. ſigna, ac manus notariorum, et notarios eiſdem iuribus, et munimentis appoſita, et appenſa, ac deſcripta recognoſci: teſtes deſuper produci, recipi, et ad iurandum admitti: ac iurare ſingulis diebus iuridicis, ac ſolitis, et conſuetis audientiis menſium N. & N. prox. et immediate ſequen. pro termino peremptorio, infra quem iura, et munimenta

produci

produci, et extrahi debeant, et tranſumi præfigendum, ſtatuendum, et aſſignandum duximus, prout decernimus, concedimus, deputamus, ordinamus, et aſſignandum duximus, prout decernimus, concedimus, ordinamus, ſtatuimus, et aſſignamus per præſentes. Quocirca vos D. Vicarium in Iudicem, et commiſſarium in huiuſmodi exequution. negocio deputatum auctoritate prædicta tenore præſentium requirimus, et monemus, primo, ſecundo, et tertio, et peremptorie. Vobiſq. in virtute ſanctæ obedientiæ, et ſub infraſcriptis ſententijs, et pænis, diſtricte percipien. mandamus, et quatenus infra ſex dierum ſpatium, poſt præſentationem, ſeu notificationem præſentium: d. termino per nos pro extraction iurium prædictorum aſſignato, durante, vobis factam: Et poſtquam pro parte dicti D. N. principalis, fueritis requiſitus, immediate ſequen. Quorum ſex dierum, duos pro primo, duos pro ſecundo, et reliquos duos dies pro tertio, et peremptorio termino, ac monitione canonica, aſſignamus; præfatos Dominos Prelatos, Iudices, officiales, collegia, capitula, notarios, et tabelliones publicos, aliaſque perſonas, tam Eccleſiaſticas, quam ſæculares, atque loca alia, pro parte dicti D. N. principalis, nominandos, et nominanda, moneatis, ac requiratis, primo, ſecundo, tertio, et peremptorie, quos nos etiam, et quemlibet eorum, tenore præſentium, requirimus, et monemus, eiſdem nihilominus, et eorum cuilibet in virtute ſanctæ obed. et ſub mille ducat. auri Cam. arbitrio noſtro applican. ac mandati exequutiui, et in iuris ſubſidium excommunicationis, ſuſpenſionis, à diuinis, et interdicti, ingreſſus Eccleſ. reſp. alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, et pænis diſtricte percipien. mandan. (quibus nos etiam tenore præſentium præcipimus, et mandamus) quatenus dictis diebus, et horis præfatorum menſium infra triennium per vos ad hoc ſtatuendum: omnia, et ſingula acta, actitata, litteras, ſcripturas, proceſſus, priuilegia, inſtrumenta, et alia iura, et munimenta quæcunque cauſam, et cauſas huiuſmodi, tangentes, et tangen. penes eos, et eorum quemlibet, ſeu quelibet exiſtentes, et exiſten. originaliter, ſeu eorum, vel earum quemlibet, ſeu quolibet, exiſtentes, et exiſten. originaliter, ſeu eorum, vel earum vera tranſumpta, in eorum formis originalibus huiuſmodi in publicam formam redactas, & redacta, aut alias ſub ſigillis authenticis, ſigillat. & ſigillata, & ſub talibus modo, & forma, quod eiſdem merito in Rom. Cur. & extra valeat, & debeat fides plenaria adhiberi, nil addendo, minuendo, vel mutan. quod facti ſubſtantiam mutet, ſeu variet intellectum coram vobis in dicta ciuitate, & curia veſtra exhibeant, & extrahi, & tranſumi, & exemplari, eorumque ſigna, & ſigilla, per teſtes deſuper producen. recognoſci faciant, & permittant. Eaque ac exemplata, & tranſumpta huiuſmodi d. D. principaliter, aut eius legitimo procuratori, ſeu nobis, vel

alteri

alteri forſan loco noſtri, ſubrogando Auditore ad Rō. Cu. ſatis facto prius illis de eorum ſolita, et competen. mercede transmitten. et transmittenda ſine difficultate, et contradictione quibuſlibet. Si vero huiuſmodi iura, et munimenta per quoſcunq. detineantur abſcondita: detentores ipſos ad traden. et habere ſcientes ad reuelan. iura. et munimenta huiuſmodi: auctoritate noſtra, imo verius Apoſtolica, et per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellatis, ac teſtes ad perhiben. teſtimonium huiuſmodi veritati, ſuper recognitione ſignorum ſigillorum, et manuum notariorum dictorum iuriũ, et munimentorũ, eadem auctoritate Apoſt. cōpellatis, et recipiatis. Quod ſi forte vos D. Iudex, et Vicariæ, compulſor præfatæ, cæteriq. Iudices, Officiales, Clerici, Notarii, et tabelliones publici, aliæq. perſonæ prædictæ, penes quas, iura, et munimenta, priuilegia, et proceſſus litteræ; et ſcripturæ, et inſtrumenta huiuſmodi exiſtant, moniti, et requiſiti, ad exhibendum huiuſmodi, modo, et forma præmiſſis facto, et realiter, et cum effectu non parueritis, ſeu paruerint: nos in vos, et ipſos, et veſtrum, et eorum quemlibet, etc. vt ſupra. Abſolutione vero, etc. In quorum etc. Volumus autem, quod ſi non ambo, hos exequen. intereſſe poteritis legitime vnius excuſatione præcedente, alter veſtrum, ea nihilominus legitime exequatur, ac libere exequi poſſit & valeat.

Aliud monitorium pro receptione dotis.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, &c. Noueritis ſuper fuiſſe nobis expoſitum pro parte, & ad inſtantiam Ill. et Nob. D. Marthæ vxorisq. Thadei, quod tempore contracti matrimonii, cum d. q. Tadæo ei tradidit in dotem, et nomine dotis ipſius d. exponentis ſcut. mille monetæ in pecunia numerata, ac etiam caſtrum, etc. ineſtimatum cum omnibus ſuis iuribus, et iuriſdictionibus, ac pertinentiis eidem caſtro pertinentib. apparente publico inſtrum. manu publici not. rogato, et ſtipulato cum pacto ibi conuento de reſtituendo dictam dotem eidem mulieri, eiuſq. hæredibus, et ſucceſſoribus, vna cum iuribus dotalibus in omnem caſum, et euentum illius reſtitutionis dictumq. Thadæum iam tribus annis elapſis diem vitæ ſuę clauſiſse extremum, per cuius mortem factus eſt locus reſtitutioni dotis cum omnibus iuribus dotalib. ac alimentis ei debitis à morte d. D. Thadæi, eumq. vltra dictam dotem tempore contracti matrimonii habuiſse infraſcripta bona, videlicet, quæ ipſa Ill. D. exponens tunc ſibi reſeruauit, tanquam bona paraphernalia, quę ad ipſam pleno iure ſpectant, et pertinent, licet idem eius vir illa adminiſtrauerit, et fructus eorum perceperit, et in eius proprios vſum, et vtilitatem conuerterit inuita eadem exponente. Cupiatq. eadem mulier dictas pecunias, et caſtrum, vt ſupra eidem Tadæo in dotem, et nomine dotis, vt ſupra tradita, vna cum aliis bonis iure medio nūc recuperare cum amanter, et amicabiliter ab illius fratribus, et hæredibus huc vſq. conſequi, et recuperare non valuit. Ideo pro eius parte de opportuno remedio inſtanter requi-

requiſiti diſcretioni veſtræ, &c. committimus, &c. moneatis N. & N. fratres germanos, & hæredes d. Thadæi, quatenus infra ſex ſub 10000. duc. &c. debeant, & quilibet ipſorum, prout ad eos, & eorum quemlibet ſpectat, & pertinet debet d. pecunias, caſtrum, & alia bona per dictumq. eius virum conſtante matrim. vt ſupra habita ipſi exponenti, ſiue eius legitimo procuratori reliter, & cum effectu reſtituiſſe perſoluiſſe, & conſignaſſe vna cum iuribus dotalibus, & alimentis de iure conſuetudine, ſeu ſtatuto, ac alias quomodolibet debit. ac de omnibus fructibus per eundem q. eius maritum conſtante matrim. ex dictis ſuis bonis parapher nalibus habitis, & perceptis, vna cum omnibus, & ſingulis damnis, expenſis, & intereſſe paſſis, & pertinendis, vſqu. ad integralem illorum ſatisfactionem ſuis loco, & tempore liquidan. & præſentibus noſtris litteris monitorialibus in omnibus, & per omnia paruiſſe, & de paritione nos infra terminum infraſcriptum certifices ſe. Alioquin, &c.

Aliud pro obſeruatione limitum, & terminorum poſitorum, & de deſiſten. à moleſtijs.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, &c. ſalutem, &c. Noueritis nuper pro parte, & ad inſtan. mag. Communitatis, et hominum terræ Aquæſpartæ Tudertin. diec. &c. principalium fuiſſe coram nobis comparitum, & expoſitum, quod licet tam ipſa Communitas in vniuerſum ab immemorabili tempore citra habuerit ſuum territorium ſub ſuis antiquis, et vetuſtis finib. & limitibus terminatum, & ſinguli, ac ſingulares perſonæ eiuſdem Terræ ſingulas habeant ibi ſuas poſſeſſiones, ad ipſas, & vnumquemq. ipſorum ſpectan. & pertinen. & conſequenter ipſi licite, ac pacifice, et quiete d. eius territorio ſub dictis antiquis finib. terminato, vti, frui, & gaudere debuerint, ac debeant quibuſcunq. moleſtijs, & impedimentis remotis, tamen ſicut eadē expoſitio ſubiungebat communitas, ſeu vniuerſitas Caſtri Porcariæ Spolet. diæc. & illius particulares perſonæ propriæ eorum auctoritate, ac temere, & de facto auſi fuerunt, & audent quotidie inuadere dictum eorū territoriū illud ingrediendo cum eorū proprijs animalibus depaſcen & vſurpan. ac ſingulorum, poſſeſſiones intra limites, & confinia d. territorij exiſtentes, damnifican. diſcurſione, illius inciſiones arborū, etiam fructiferorum facien. ac quamplura alia diuerſa damna illis inferen. antiquos fines egredien. & non obſeruan. partemq. dicti eorū territorij ac etiam proprii fundi ſingularum, & priuatarum illius perſonarum occupan. diuerſimode damnifican. antiquos, & vetuſtos terminos ibi poſitos vellen. pœnas, & cenſuras ab vtroq. iure inflictus damnabiliter incurrendo. Quare tam pro eiuſdem cōmunitatis Aquæ ſpartæ, quā illius particularium hominum parte opportune, ac inſtanter requiſiti diſcretioni veſtræ; &c. moneatis d. vniuerſitatem caſtri Porcariæ, illiuſq. rectores, maſſarios, ſindicum camerarium, municipes, et conſiliarios, ac particulares perſonas, eiuſdem caſtri Porcariæ omneſq. alios, etc. quatenus infra ſex, etc. ſub mille duc auri Cam. etc. et in iuris, ſubſidium interdicti Eccle

ſiaſtici

ſiaſtici, et reſpectiue excommunicat aliiſq. &c. pœnis debeant, et quilibet ipſorum prout ad eos, et quemlibet ipſorum ſpectat, et pertinet, debeat ab ingreſſu dicti eorum territorij ſub d. finib. et limitib. terminato, ac ſingulorum poſſeſſionib. necnon quibuſcunq. moleſtationib. iactationibus, vexationib. vſurpationib. et impedimentis quibuſcunq. ceſſaſſe, et ſeſe abſtinuiſſe, ipſoſq. inſtantes eiſdem impedimentis, inuaſionibus et damnificationibus ceſſantibus penitus, et omnino liberos, et quietos dimiſiſſe dictoſq. antiquos, et vetuſtos confines limites, et terminos obſeruaſſe, et quatenus remoti, et euulſi fuerint eos in priſtinum modum, prout prius erant poſiti repoſuiſſe, et reponi mandaſſe, et in omnem euentum reponi vidiſſe, et quatenus opus ſit peritos ſuper illorum repoſitione, ſeu appoſit. per Nos eligi, et deputari vidiſſe aliaſq. et alia fieri, et fieri vidiſſe prout iuſtitia ſuadebit, et ordo dictauerit rationis, præſentibuſq. noſtris litteris monitorialibus in omnibus, et per omnia paruiſſe, deque paritione, etc. et inſuper inhibeatis eiſdem ne viſis præſentibus ſub eiſdem pœnis audeant, ſiue præſumant, neque aliquis eorum audeat, ſeu præſumat quouis prætextu, et cauſa, ac quouis quæſito colore, vel ingenio aliquid aliud de cætero in præiudicium præmiſſorum et dictorum inſtan. ac præſentium noſtrarum litterarum inhibitorialium, et iuriſdictionis noſtræ vilipendium, et contemptum innouare ſeu attentare per ſe vel alium, ſeu alios, ꝙ ſi ſecus &c. alioquin, &c.

Nota, ꝙ licet aliqui aſſerant, quod in his litteris monitorialibus exequen. tutius eſſet prius more priores, et maſſarios communitatis, ſiue vniuerſitatis quatenus debeant conuocari facere generali conſilium, vt moris eſt ad effectum illud, illiuſq. nomine monendi omnes ſupradictos iuxta formam, et continentiam dictarum litterarum monitorialium, et inhibitorialium, quarum copia eis tradatur licet petita non fuerit, tamen ſatis ſufficit, ꝙ illorum citatio, ſeu exequutio fiat contra officiales, et rectores vniuerſitatis in loco ſolito congregatos, vt in vna Tiraſonen. decimarum inter Epiſcopum Tiraſonen. et particulares homines Tiraſonen. die 16. Februarij, 1556. coram Fantuccio in manuſcript. vbi atteſtatur alias fuiſſe deciſum coram D. Fabio in vna Nurcina pecuniaria, Sed non ſuſtinen. contra particulares nominatos, qui fuerunt citati nomine communitatis, et non vti particulares, quod differt, quia aliud eſt citare aliquos, vt ſingulos aliud autem, vt vniuerſos, vt ibi.

Monitorium per edictum.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, & præſertim Italicæ Nationis, ſalutem, &c. Noueritis, Nobis nuper pro parte, et ad inſtantiam D. A principalis expoſitum extitiſſe, alias ipſum D. A. exponentem, vti procuratorem B. pro recuperandis, et exigendis diuerſis creditis, et alijs affictibus, dictum D. B. à diuerſis perſonis, et ſignanter à DD. QQ. in, & ad Regnum Neapoli ſe contuliſſe, et ibi per annos quatuor permanſiſſe, et pro recuperatione huiuſmodi facienda diuerſas pecuniarum ſum-

mas

mas de proprio, vt opus extitit, expoſuiſſe, et erogaſſe, ac propterea tam ex cauſa, et occaſione expoſitarum, quam mercedis, et ſalarij ſibi occaſione pręmiſſa debitorum, remanere creditorem ipſum D. B. in ſcutis 400. prout ſuis loco, et tempore, ſi opus fuerit demonſtrabitur; Quę conſequi, et recuperare, ac pro recuperatione huiuſmodi de iuribus ſuis ſibi deſuper quomodolibet experiri intendens, ad nos recurſum habuit, quatenus ſibi ſuper his de opportuno iuris remedio prouidere, ac monitorium ad partes per edictum publicum in infraſcriptis locis exequen. et publican. Cum pro illo exequen. contra laicos in Ciuitate, et ſtatu, ac partibus, in quibus dictus D. B. moram trahere, et morari ſolitus eſt, et forſan trahit, et moratur, tutus non pateat acceſſus, deſuper neceſſarium, et opportunum in forma ſolita, et conſueta decernere, et concedere dignaremur.

Nos aũt Petrus Paulus, etc. Auditor, et Iudex prędictus attenden. requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, et rationi conſonam, quodque etc. aſſenſus. Conſtito nobis per teſtes fide dignos, noſtro de mandato examinatos, ad D. B. monendum, pro præſentibus, noſtris litteris monitorialibus exequendis, et præſentandis in eius propria perſona vel domicilio, in prædicta Ciuitate, et ſtatum non patere acceſſum, Monitorium huiuſmodi in Romana Curia, et in partibus, ac locis circumuicinis legen. affigen. publican. et exequen. fore, et eſſe duximus, et mandauimus, prout mandamus per pręſentes; Quapropter per publicum præſens Edictum in Romanæ Curia in audientia Sanctiſsimi D. N. Papæ legen. ac in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, et audientiæ cauſarum Apoſtolicarum, nec non extra ipſam Curiam et in partibus in A. et A. Ciuitatũ Eccleſiarum reſpectiue valuis, ſeu portis, tanquam in locis magis conuenientibus, et conuicinis, ac alibi vbi tute fieri poterit affigen. et publican. prædictum D.B. tenore præſentium monemus, et, requirimus, 1. 2. 3, et peremptorie, eique in virtute ſanctæ obedientiæ, et ſub 500. ducatorum auri de Camera locis pijs arbitrio noſtro applicandorum, & pro illis mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium excommunicationis, alijſque &c. pœnis diſtricte præcipiendo mandamus; quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis pro parte dicti Domini A. principalis requiſiti, moneatis, & requiratis 1. 2. 3. & peremptorie, prout Nos monemus, & requirimus per præſens Dominum B. Debitorem, quatenus infra duodecim dierum ſpatium poſt legitimam affixonem, & publicatione præſentium in locis ſupraſcriptis, vt præmittitur factas, immediate ſequen: quorum duodecim dierum quatuor pro primo, quatuor pro ſecundo, & reliquos quatuor dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus, & Vos aſſignetis eidem ſub eiſdem, quibus ſupra cenſuris, & pænis debeat dicto

Domino inſtanti, ſiue eius legitimo procuratori, de dicta ſumma ſcutorum 500. eidem tam ratione totius, partim pro recuperatione prædicta facien. vt prefertur expoſit. & partim prouiſionis, & mercedis ſibi debitarum, vna cum damnis, expenſis paſſis, & paten. in proceſſu cauſæ, & cauſarum huiuſmodi liquidan. realiter, & cum effectu ſoluiſſe, et ſatisfeciſſe, ac debitam ſolutionem, et ſatisfactionem feciſſe, et impendiſſe, et de omnibus, et ſingulis iuribus ſuis, ſi quæ ſuper præmiſſis habet, habereq. aut eidem quomodolibet competere pretendat, docuiſſe, et demonſtraſſe, et preſentibus etc. paruiſſe, deq. etc. certificaſſe. Alioquin. etc. loca vero audientię publicæ litterarum contradictarum, ac valuarum, ſeu portarum Eccleſiarum prædictarum, tanquam publica, et idonea pro præſentibus noſtris litteris exequen. ad inſtar edictorum publicorum, quæ hodie in albo prætorio ſcribuntur, duximus eligenda, quę huiuſmodi noſtrum monitorium ſuo quaſi ſonoro præconio, et patulo ſubdito publicabunt. In quibus litteras noſtras modo præmiſſo decreuimus, et decernimus publican. et affigen. ne dictus ſic monitus ex præmiſſis ac præmiſſorum aliquo ignorantiam aliquam prætendere valeat, et valeatis; cum non ſit veriſimile apud ipſum ſic monitum remanere incognitum, et occultum, quod tam patenter, et notorie omnibus exiſtit intimatum, et publicatum. Volentes nihilominus, et auctoritate prædicta decernentes, quod præſentes noſtræ litteræ, ſeu monitorium modo premiſſo exequutum, et publicatum eundem monitum totaliter arctet, aſtringat, et perinde valeat, ac ſi perſonaliter factum, et exequutum foret, ſeu quomodolibet preſentatum. In quorum fidem, etc. Datum, etc.

Aliud monitorium ad perſonaliter comparendum contra laicos fugantes clericum.

Petrus Paulus, etc. vniuerſis, etc. Noueritis nuper fuiſſe comparitum coram nobis, et quærelanter expoſitum, tam pro parte Illuſtr. D. Proſperi Farinacij Sanctiſſ. Domini Noſtri Papę, et Reuerendę Cameræ Apoſtolicę Procuratoris Fiſcalis, quam etiam R. B. presbyteri Sancti Ioannis I. dic. etc. N. Eccleſię parochialis perpetui rectoris, quod licet ipſe B. à tempore quo peruenit ad diſcretionis annos continue vixerit, prout bonum decet virum religioſum, ac omni qua decet probitate, et ab exceſſibus quibuſuis ſalua humana fragilitate ſe abſtinendo, ita vt infraſcripta pati, et ſufferre licite diminuerit, hoc tamen non obſtante quidam I, et ſui complices videlicet A. B. et C. aſſerti conſules eiuſdem Oppidi auſu ſacrilego, et temerario, ac maligni ſpiritus inſtigatione, vt creditur ſeducti, ſeu inſtigati eundem B. tunc ſicut etiam nunc habitum, et tonſuram publice, et honeſte deferentem presbyterales de nullo crimine confeſſum, ſeu conuictum, immo circa demerita ſua alias diuerſis vicibus preſentis anni coram ſe vocari fecerunt. Et quia prædicti conſules

ſules fuerant ob non paritionem litterarum, et mandatorum Apoſtolicorum excommunicati, aggrauati, reaggrauati, et interdicti illis licite parere noluit temere, et de facto à ſe dictoq. oppido ſub grauibus, et formidabilibus pœnis eum exire iuſſerunt, et praeceperunt, ipſumq. exponentem à dicta eius Eccleſia, et eius domo, et bonis eiecerunt, et effugarunt, ac ſibi introitum, et exitum ad dictum oppidum palam, et publice interdixerunt, et prohibuerunt, aliaſq. iniurias, offenſas, moleſtias, et dāna ei intulerunt, ac inferri, et irrogari fecerunt in animarum ſuarum grauia pericula, diuinaeq. maieſtatis offenſam, ac libertatis Eccleſiaſticae vilipendium, et contemptum, ac ipſius B. maximum damnum, et praeiudicium pœnas, et cenſuras in Bulla Cœna Domini quotannis legi, et publicari ſolita damnabiliter incurren. Quare ad compeſcendos praemiſſos conatus, et vt alijs ſimilia perpetrantibus euidens praebeatur exemplum. Ideo pro eorundem exponentium parte inſtanter requiſiti conſtito nobis prius per depoſitiones nonnullorum teſtium de mandato noſtro examinatorum praemiſſa à veritate non diſcrepari. Diſcretioni veſtrę, etc. committimus, ac diſtricte percipien. mandamus, quatenus ſtatim viſis, et receptis praeſentibus, etc. moneatis dictos A. B. & C. quatenus infra &c. ſub mille ducatorum auri Camerę, pijs locis arbitrio noſtro applican. ac mandati exequutiui, et iuris ſubſidium excommunicationis, priuationis quorumcunq officiorum, quę nunc obtinent, et in futurum obtinebunt triremium, ac perpetuae notae, et infamiae, aliſq. cenſuris, et pęnis arbitrio noſtro augendis, et moderandis debeant in Rom. Cur. coram Nobis, ſeu noſtro in criminalibus Locumtenente perſonaliter per ſe ipſos, et non per procuratorem, ſeu excuſatorem aliquem comparuiſſe, et praeſentaſſe, et ſe à praedictis criminibus, et exceſſibus exculpaſſe. Alioquin, &c.

Aliud contra debitores decoct. ſocietatis.

PEtrus Paulus, etc. Noueritis quod nuper comparuerunt coram nobis Magnifici Domini N. et N. creditorum A. et A. ſociorum mercatorum in Rom. Cur. olim cambium, ſeu bancum numulariuin tenentium, et nobis ſicut hactenus notorium eſt apud eoſdem A. et A. et illorum ſocietatem in Vrbe cantantem ſub ipſorum nominibus quam plurimorum curialium Rom. Cur. ſequen. aliarumq. diuerſarum perſonarum, quamplures magnae quantitatis pecuniarum, et ſummae erant depoſitae, ac in cuſtodiam, et commendam datae ſocietatem prędictam viam fidelitatis egreſſi reprobos ſe geſſerunt, ac dumom declinauerunt pecunias praedictas apud eos depoſitas clandeſtine ſibi appropriarunt, ac ſuis creditoribus furtiue ſubtraxerunt propter quod creditores ipſi ſic fraudati volentes ſi non in totum, ſaltim in aliqua parte eorum indemnitati prouidere per extractionem certarum pecuniarum eidem fallitę ſocietatis debitarum ad effectum illas penes depoſitarium à dictis creditoribus deputatum deponendi, illaſque creditoribus deputa-

eum deponendi, illaſq. creditoribus ipſis, iuxta qualitatem, et quantitatem vniuſcuiuſq. eorum crediti pro rata equis portionibus, vel prout iuris fuerit ſoluendi, et diſtribuendi. Ideo pro eorum parte de opportuno remedio inſtanter requiſiti. Diſcretioni veſtræ committimus, &c. quatenus ſtatim viſis præſentibus ſub 500. ducat. auri Cameræ piis locis arbitrio noſtro applican. ac mandati exequutiui, et in iuris ſubſidium excommunicationis, aliiſque &c. pœnis moneatis, etc. omnes, et quoſcunq. dictos fallitę ſocietatis debitores cuiuſcunq. dignitatis, et conditionis exiſtant in exequutione præſentium nominan. et cognominan. quatenus infra ſex, etc. ſubinde cenſuris, et pœnis debeant, et quilibet ipſorum, prout ad eos, et eorum quemlibet ſpectat, et pertinet, debeat omnem, et quamcunq. pecuniarum ſummam ac rerum, et quorumuis bonorum quantitates, et qualitates penes eos exiſten. et per eos, et quemlibet ipſorum, tam coniunctim, quam diuiſim eidem fallitæ ſocietati quauis de cauſa, et occaſione debitan quibus tam per eorum litteras, quam libros, ac alias quomodolibet, et qualitercunq. apparuerint debitores eidem dd. deputatis realiter, et cum effectu perſoluiſſe, et exburſaſſe, ac reſpectiue tradidiſſe, et conſignaſſe, vna cum omnibus, et ſingulis damni expenſis; et intereſſe paſſis, et patiendis ob non ſolutionem, et ſatisfactionem dictarum pecuniarum, et bonorum ſuis loco, et tempore liquidan. præſentibuſque noſtris litteris monitorialibus in omnibus, et de omnia paruiſſe, deque paritione, etc. cum termino decem dierum ad comparendum, alioquin, &c.

Aliud pro marito contra vxorem de redeundo ad ipſum ab A.C. vel alio quocunque Iudice comp ten. obtinendo.

PEtrus Paulus, &c. vniuerſis, &c. Noueritis nuper fuiſſe coram nobis comparitum pro parte D. N. et expoſitum, quod licet cum d. Berta decimum annum complente ſponſalia iuxta ritum Sanctę Matris Eccleſiæ, et Sacroſancti Concilii Tridentini formam contraxerit, et poſt modum ipſa Berta ſecum per duos annos, et amplius cohabitauerit eamque carnaliter cognouerit nuperrime vero nulla pręcedente legitima cauſa, ſed ſolus voluntatis arbitrio ſecum habitare, et cum vxoria affectione tractare, vel obſequia ad quæ vxor marito exhibere tenetur recuſat. Quare pro eius parte de opportuno remedio requiſiti diſcretioni veſtræ, etc. moneatis eadem d. Berta quatenus infra ſex, etc. ſub 500. ducat. etc. auri Cameræ piis locis arbitrio noſtro applicandis, ac mandati exequutiui, et in iuris ſubſidium excommunicationis aliiſque, etc. pœnis debeat ad ipſum inſtantem redire ipſumque vxoris affectionis pertractare, ac debitam obedientiam ſibi ad inuicem, et viciſſim præſentiſse, ac debitum reddere coniugale aliaſque, et alia facere ad quæ in diſpoſitione Sacrorum Canonum, et Sacri Concilii Tridentini tenetur, et obligata exiſtit

ac

ac præſentibus noſtris litteris monitorialibus in omnibus, et per omnia paruiſſe deque illorum paritione, etc. et præmiſſa prædictus inſtans fieri petit præmiſſo, et alio quocunque iuris remedio inſtanti proficuo ex tam deductis, quam alijs ſuis loco, et tempore deducendis, et alias meliori modo, etc. Alioquin, etc.

Aliud de dote reſtituenda matrimonio non ſequuto.

PEtrus Paulus, etc. vniuerſis etc. Noueritis nuper fuiſſe coram nobis comparitum pro parte D. Bertæ, et expoſitum, quod cum olim inter ipſam opponentem, et N. fuiſſe de facto contractũ matrimonium, et eundẽ N. recepiſſe in dotem, et ex cauſa dotis, contemplatione dicti matrimonij de facto contracti, ſumma ſcut. 500. mouet. quod quidem matrimonium, quia repertum eſt non fuiſſe legitimum, et ideo Eccleſiæ iudicio ſeparatum: Quare pro eiuſdem d. Bertæ parte de opportuno iuris remedio inſtanter requiſiti. Diſcretioni veſtræ, etc. moneatis eundem D. N. exaduerſo principalem quatenus infra ſex, etc. ſub 500. ducat. etc. auri Cameræ, etc. ac mandati exequutiui, et in iuris ſubſidium excommunicationis alijſq. etc. pœnis debeat dictam ſummam ſcutorum 500 ei ſolutum occaſione dotis dicti matrimonij, et parentelę de facto contractum vna cum omnibus fructibus, damniſq. expenſis, et intereſſe per eandem Bertam paſſis, et patiendis, et in proceſſu cauſæ liquidan. eidem inſtanti, ſiue eius legitimo procuratori realiter, et cum effectu reſtituiſse, et perſoluiſse, ac de eis debitam ſatisfactionem impendiſse, ac præſentibus noſtris litteris monitorialibus in omnibus, et per omnia paruiſse, et de illarum paritione. Nos infra terminum infraſcriptum certificaſse. Alioquin, etc. In quorum fidem, etc. Datum, etc.

Aliud de deſiſten. a moleſtijs ſuper ſolutione penſionis, & illorum reduction.

PEtrus Paulus, etc. Vniuerſis, etc. Noueritis nuper fuiſse coram nobis comparitum pro parte d. A. et expoſitum quod cum alias de parrochiali Eccleſia, et per obitum d. N. illius vltimi rectoris, et poſſeſſoris, vacan. auctoritate Apoſtolica eidem exponenti prouiſum, ſeu prouideri conceſſum fuerit, et eodem tempore eadem auctoritate Apoſtolica annua penſio 50. ducatorum auri Cameræ d. B. reſeruata fuerit cum ſolito decreto, et conditione in litteris prætenſæ reſeruationis penſionis, modo tamen ſcilicet remaneant centum pro rectore, fructuſque redditus, et prouentus dictæ parrocchialis Eccleſiæ ſint adeo tenuos, et vix deductis oneribus, et impenſis aſcendant ad dictam ſummam ſcutorum 100. & conſequenter pro ſolutione dictæ annuæ penſionis quinquaginta ducat. vt præfertur reſeruatæ ab eodem B ſaltim licite moleſtari, et inquietari non debuerit, nihilominus præmiſſis non attentis eundem opponentem in, & ſuper integra ſolutione dictæ penſionis 50. ducatorum moleſtare, & inquietare velle ſe iactat in

graue eiuſdem exponentis damnum, et præiudicium cupiatque ab huiuſmodi indebitis moleſtationibus, et iactationibus iure medio eximij, et liberari, et ſeu ſaltim dictam annuam penſionem 50. ducat. ad minorem ſummam reduci. Ideo pro eius parte de opportuno remedio requiſiti diſcretioni veſtræ, etc. moneatis, etc. dictum B. exaduerſo principalem quatenus infra ſex, etc. ſub 500. ducator. etc. pœnis debeat à quibuſcunq. iactationibus, moleſtationibus, vexationibus, et impedimentis ipſi A. præmiſſorum cauſa illatis, et inferri comminatis, modo tamen dictæ moleſtiæ in partibus iudicialiter latæ non fuerint, realiter, et cum effectu deſtitiſſe, et caſſaſſe, ipſumque A. pacificum, et quietum dictis iactationibus, moleſtationibus et impedimentis remotis dimiſiſſe; attento quod fuit pro eiuſdem exponentis parte coram nobis comparitum, et allegatum prædictam penſionem aduerſarii fuiſſe, et eſſe nullam, et exceſſiuam ac nulliter indebita, ac ſubreptitie et obreptitie obtentam, et reſeruatam, et tam ex præmiſſis, quam alio quocunq. capite in corpore iuris clauſo coram Nobis deducen. annulland. et reuocand. ſeu ſaltim ad minorem ſummam reducendam, et propterea interim iure moleſtari non potuiſſe, neque poſſe. Alioquin, et cum termino decem dierum ad comparendum, etc. Datum, etc.

Aliud ad perſonaliter comparendum contra inſordeſcentem in cenſuris.

PEtrus Paulus, &c vniuerſis, &c Significauit Nobis graui cum querela, & non ſine animi noſtri moleſtia Ill. & Excellent. D Pompeius Molella, Iur. Vtr Doct. Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Reuerendæ Cameræ Apoſt. procurat. Fiſcalis A. à nobis, & curia noſtra ad Magnifici D. N. tanquam illius creditoris inſtantiam ob non ſolutionem ſummę ſcutor. 500. auri in auro per eundem A. eidem B. debitorem vigore obligationis Cameralis excommunicatum fuiſſe, & tanquam talem declaratum, ac publice euitatum, et iam per annum, & vltra de excommunicatione non curaſſe in maximum animæ ſuæ præiudicium, ac Sanctæ Sedis Apoſt. et illius authoritatis leſionem, ac iuriſdictionis noſtrę vilipendium, et contemptum, et corde, animo induratum, et poſt dictum tempus prædictas cenſuras ſuſtinuiſſe, et adhuc ſuſtinere, ita vt contra eum vehemens, ac violentia præſumptio oriatur de crimine hæreſis, ſintque tranſgreſſores taliter concedendi, quod eorum pœna alijs cedat in exemplum; Quare pro eiuſdem dicti procuratoris fiſcalis parte pro debito ſui officij opportune requiſiti conſtito prius nobis de prædictarum cenſurarum fulminatione, ac de illarum intimatione eidem A. de mandato noſtro perſonaliter facta, et exequuta, et coram nobis iudicialiter reproducta, ac per diſpoſitionem nonnullorum teſtium de mandato noſtro examinatorũ præmiſſa à veritate non diſcrepari. Diſcretioni veſtræ, etc. moneatis eundem A. quatenus infra etc. ſub mille ducat. auri Cameræ arbitrio noſtro applican. et pro illi mandati executiui, et iuris ſubſidium excommunicationis, priuationis omnium, et quorumcunq.

ſumcunq. beneficiorum officiorum, ac bonorum, quæ ipſe obtinet, ac inhabilitatis ad illa in futurum obtinenda triennium, ac perpetuæ notæ infamiæ, alijſq. cenſuris, & pœnis in Sacrorum Canonum diſpoſiti onibus expreſſis, ac alijs arbitrio noſtro augen. moderan. pœnis debeat hic in Rom. Cur. coram nobis, ſeu noſtro in criminalibus Locumtenente perſonaliter per ſe ipſum, & non per procuratorem, ſeu excuſatorem aliquem comparuiſſe, & ſe præſentaſſe, ac de hmôi hæreſis ſuſpitione ſe ſufficienter expurgaſſe, alias videndum eum per Nos, ſeu noſtrum Locumtenen. prædictum, tanquam de fide ſuſpectum condênari, aliaſq. & alia fieri, & exequi mandari in præmiſſis, et circa ea neceſſaria, et opportuna, vel cauſam ſi quam habeat rationabilem quare præmiſſa fieri non debeant allegandum. Alioquin lapſo dicto citationis termino contra ipſum A. ad incurſum dictarum cenſurarum, & pœnarum, et ad omnes, et ſingulos alios actus, et terminos neceſſarios, et opportunos, vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiue procedemus, ſeu dictus Locumtenens noſter procedet iuſtitia mediante eius abſentia, ſeu contumacia minime obſiſtente. In quorum fidem, etc. Datum Romæ, etc.

Plura alia monitoria in Curia.

Monitorium pro petitione hæreditatis delata ab inteſtato.

DE mandato, etc. et ad inſtantia N. aſſerentis, quod nuper ſeu alias q. B. diem vitæ ſuæ clauſit, nullo ab eo condito teſtamento, nulliſque ex eo ſuperſtitibus liberis, neque alia perſona proximiori in gradu ipſi B, quam ſit dictus N. et conſequenter hæreditas, et bona dicti q. B. fuerunt, et ſunt ab inteſtato deuoluta ad ipſum, et ad eum iure proximitatis, et tanquam proximiorem pleno iure ſpectauerunt, et pertinuerunt, et hodie ad ipſum ſpectant, et pertinent, quam hæreditatem dictus N. adiuit, et adit. ex cauſa prædicta. Ideo tenore præſentium moneatur T. tanquam detentor, et indebitus poſſeſſor dictæ hæreditatis, et bonorum ex aduerſo principalis quatenus infra triduum proximum, ſub etc. pœnis debeat realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem dictæ hæreditatis, et bonorum illius, iuriumque membrorum, et pertinentiarum, ac illi annexorum, quorumcunque libere, ac realiter, et cum effectu dimiſiſſe, tradidiſſe, et relaxaſſe, necnon de omnibus, et ſingulis fructibus redditibus, et prouentibus per ipſum T. ex dicta hæreditate, et bonis indebite perceptis, et in futurum percipiendis, vſque in diem dimiſſionis, et relaxationis dictorum bonorum eidem inſtanti integraliter ſatisfeciſſe, et debitam de illis ſatisfactionem impendiſſe, et impendere, attento quod fuit ex parte dicti inſtantis comparitum, et allegatum, tam ex præmiſſo, quam alio quocunque capite dictam hæreditatem ad eum legitime ſpectare, et pertinere, et propterea eam ſibi reſtituendam fore,

& eſſe, vna cum dictis fructibus non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni alio meliori modo, etc. ſaluo iure, et ſi ſenſerit ſe, etc. compareat, etc. Alioquin, &c.

Et quatenus dictus T. ſit minor compareat coram eodem A. G. ſiue eius in ciuilibus Locumtenente, ad petendum ſibi prouideri de idoneo curatore, qui defenſioni ipſius, et d. cauſæ aſſiſtat, aliaque neceſſaria, et opportuna faciat, et exerceat ſuper cauſæ huiuſmodi proſequutione, alioquin videndum, et audiendum ſibi eundem curatorem per Iudicem deputari ad hanc litem, et cauſam proſequen. et defenden. aliaſq. et alia fieri, prout iuſtum fuerit, et ordo dictauerit ration.

Aliud in actione confeſſoria, pro ſeruitutibus.

DE mandato, etc. et ad inſtantiam d. A. principalis aſſerentis, quod iam longiſſimo tempore retroacto ipſe habuit, tenuit, et poſſedit, et hodie habet, tenet, et poſſidet pro ſua, et tanquam ſuam domum poſitam in Ciuitate Corneti, cui ab vna parte, etc. et ad ipſum A. pleno iure ſpectan. et pertinen. cui quidem domui fuit debita, et hodie debetur a domo B. ibi contigua ſeruitus tigni immittendi, ac ſtillicidij recipiendi à domo ipſius A. ac in domum, et per domum ipſius B. Rurſumque idem D. A. exponit, quod iam longiſſimo tempore tenuit, et poſſedit et etiam hodie tenet, et poſſidet quoddam molendinum in loco etc. ſituatum in, et ſuper fundo, et proprio terreno ipſius A. cui coheret, etc. ad quos ipſe A. longo tempore elapſo duxit quandam rugiam aquę per quandam petiam prati dicti B. poſitam ſuper territorio dicti loci. cui cohæret, etc. ſciente, et patiente dicto B. eius prædeceſſoribus per quam petiam prati debetur, ac debita fuit, et eſt ſeruitus Aqueductus ipſi molendino, et ad ipſum molendinum ex cauſis legitimis. Amplius idem A. aſſerit, quod ex cauſis legitimis, et maxime ex conceſſionibus, & priuilegijs Apoſtolicis habuit, & habet, ac habere conſueuit plenam, & omnimodam iuriſdictionem in loco, &c. & ipſius iuriſdictione, ac ſingularum prædictarum ſeruitutum poſſeſſione, & vel quaſi fuit, & ſtetit ipſe A. tam per ſe, quam per eius prædeceſſores ſpatio decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, centum annorum, & pluribus ſic, quod in contrarium memoria initij eius aliqualiter non exiſtit ſciente, & patiente dicto B. & eius anteceſſoribus ſubinde aſſerit idem inſtantis, quod prædictus B ipſum à certo tempore citra maxime ab anno proxime præterito, ac præſenti, & per totum dictum tempus turbauit, inquietauit, & moleſtauit, ac turbat, inquietat, & moleſtat eundem A. in dicta ſua quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, & ſeruitutum ac iurium ſuorum prædictorum indebite, & iniuſte, ac de facto non patiendo, nec permittendo ipſum A. vti, & frui modo debi-

to

to prædictis ſeruitutibus, & iuribus ad ipſum pleno iure ſpectan. & pertinen. ac ſolitis, & conſuetis. Ideo tenore præſentium moneatur idem B. exaduerſo principalis quatenus infra triduum proximum, ſub &c. debeat à prædictis moleſtationibus, & inquietationibus eidem d. inſtanti ſuper dicta ſeruitute Aqueductus ſeu rugiæ ducendæ ad dictum molendinum, necnon ſeruitute dicti Tigni immittendi, ac ſtillicidij recipiendi, iuriſdictioneque ſua in dicto loco ſuperius expreſſa deſtitiſſe, ceſſaſſe, & ſe penitus abſtinuiſſe, ac permiſiſſe, & permittere, quod dictus D. A. vtatur, fruatur, & gaudeat prædictis ſeruitutibus iuribus, & iuriſdictionibus debitis, & conſuetis modis præteritis, cum idem inſtans intendat declarari facere, prout petit ſeruitutem aqueductis, ſeu rugiæ ducendæ aquę ad ipſum molendinum, nec non ſeruitutem dicti Tigni immittendi, & ſtillicidij recipiendi, iuriſdictionemque dicti loci, &c. ad eum ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ac ſpectare, & pertinere deberique, & debita eſſe prædicto molendino, ac domui, ac licuiſſe, & licere dicto A. ex ſua domo in domum dicti, licet immittere tigna, & ſtillicidia quęcunque, & exercere omnimodam iuriſdictionem in dicto loco, &c. inter homines ibi habentes libere, et abſque aliqua contradictione, tam ex pręmiſſis quam alijs ſuis loco, & tempore deducendis, et non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni alio meliori modo, &c. & ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

Aliud in actione negatoria.

DE mandato, etc. et ad inſtantiam D A. ac communis, et hominum villæ C. aſſerens idem A. quod iam longiſſimo tempore, tam per ſe, quam per eius anteceſſores tenuit, poſſedit pro ſua, et tanquam ſuam domum vnam poſitam, etc. quam domum I. ex quadam eius domo poſita etc. infixit, ſeu impoſuit trabem vnam, ſeu tignum vnum præter, et contra voluntatem ſcientiam, et patientiam ipſius A. et hodie infixum, et impoſitum habet, et tenet indebite, et iniuſte. Amplius dicit idem A. quod prædictus I. deriuare, ſeu decurrere fecit aquam per quandam petiam prati dicti A. poſitum, etc. ad quoddam molendinum dicti I. poſitum etc. Rurſumque idem I. prętenden. habere iuriſdictionem in Villa C. et in homines ibi commorantes, et habitantes nititur exercere, et de facto exercuit, et exercere iuriſdictionem, tam in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis, tam rei veritate inſpecta ad ipſum I. nulla iuriſdictio pertineat; neque pertinet in villa prædicta, ſed ad vniuerſitatem, et homines eiuſdem villæ etiam quo ad omnimodam iuriſdictionem, ac merum, et miſtum imperium. Ideo moneatur idem I, quatenus, etc. debeat, ceſſaſſe à prędictis ſeruitute domus aqueducto, et prætenſa iuriſdictione tanquam liberis, et exemptis ab eis cum inhibitione, ne ſub eiſdem cenſuris & pœnis audeat, ſeu præſumat, quouis prætextu

illis

illis vtatur, neque in eis quoquomodo ſe ingerat, vel intromittat, ſaluo iure, &c. & ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. Alioquin. &c.

Aliud pro reſciſſionis contractus læſivi.

DE mandato, &c. & ad inſtan. A. moneatur 3. vti indebitus detentor, & poſſeſſor domus, quæ fuit ipſius inſtantis poſitæ, &c. iuxta, &c. exaduerſo principalis, quatenus infra triduum proximum ſub &c. debeat dictam domum, alias per inſtantem, ſeu alium eius nomine ſibi venditam, illiuſq. realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem, vna cum iuribus, et pertinentijs ſuis quibuſcunq. realiter, et cum effectu illi reſtituiſſe, cum idem inſtans offerat ſe paratum pretium ab eo receptum realiter, et cum effectu illi reſtituere, attento quod pro parte inſtantis fuit comparitũ, et allegatũ prędictã domũ, tam tempore illius venditionis, et celebrati contractus, ac etiam ante, et poſt fuiſſe, et eſſe maioris prætij, et ęſtimationis, et inſtantem, tanquam lęſum, et deceptum, aut errore ductum minori, et viliori, pretio vendidiſſe, et in venditione illius ſe deceptum fuiſſe vltra dimidiam iuſti pretij, et propterea tam ex remed. l. 2. de reſcind. vendit. quam ex alio quocunq. iuris, et ſtatutorum remedio in actis, et proceſſu cauſæ deducen. venditionem prædictam reſcind. fore, et eſſe, et ideo ſi ſenſerit ſe etc. compareat. etc. Alioquin, &c.

Et quatenus bona vendita mobilia, ſint dicatur ſcilicet illia reſtituiſſe ſi extant, ſin autem iuſtum illorum pretium iuxta æſtimationem peritorum inſtanti debite, ac realiter, et cum effectu ſuppleuiſſe, ac perſoluiſſe, et reliqua, vt ſupra ſingula ſingulis congrue referendo, ac debite adaptando.

Aliud pro ſubminiſtratione alimentorum.

DE mandato, etc. ad inſtantiam D. A. filii magnifici, et nob. N. qui ex debito paternæ pietatis tenetur inſtantem, tanquam eius filium legitimum, ac naturalem natum ex legitimo matrimonio ex q. Domina B. et ipſo d. N. coniugibus alimentare præſertim, quia ipſe A. cum omnibus, quibus decuit, honore, reuerentia, ac obedientia, et prout bonum decet filium fam. erga parentes ſuos ſe geſſerit, neq. aliquod ſcelus commiſerit, ita vt licite reputari valeat indignus patria poteſtate, nihilominus ſicut eadem expoſitio ſubiungebat dictus N. eiuſdem inſtantis pater præter omne iuris, ac æquitatis debitum debita alimenta denegare auſus fuit, ac de præſenti denegat in maximum eiuſdem inſtantis damnum, ac præiudicium, et eius vitę periculum. Ideo tenore præſentium moneatur idem N. exaduerſo principalis, quatenus infra triduum prox, ſub etc. debeat eidem inſt. congrua, ac conuenientia alimenta, tam pro præſentis, quam futuris temporibus iudicis arbitrio taxan. realiter, ac cum effectu ſubminiſtraſſe, ac perſoluiſſe, aliaque feciſſe ad quæ ex diſpoſitione vtriuſque iuris facere obligatus exiſtit, et ſi ſenſerit ſe, etc. compareat, etc. Alioquin, etc.

Aliud

Aliud pro redditione adminiſtrationis tutelæ.

DE mandato; &c. ad inſtan. A. principalis moneatur d. N. tutor, ac pro tempore curator, qui fuit prædicti inſtantis ex teſtamento paterno deputatus exaduerſo principalis, quatenus infra triduum prox. ſub &c. debeat idem inſtanti, plenam, ac debitam rationem, et calculum tutulæ, ac curæ ipſius inſtantis, ac adminiſtrationis quorumcunq. rerum ac bonorum in eius paterna hæreditate relictorum, & in inuentario illorum per eum confecto deſcriptorum à die ſuſceptæ tutelæ huc vſque ad eum peruentorum, vna cum omnibus, & ſingulis fructibus, reddit. ac prouentibus ex eis perceptis realiter, & cum effectu reddidiſſe; necnon omnia, ac ſingula bona in d. inuentario deſcripta, ac inſtrumenta, ſcripturas, libros, & computa quæcunq. penes eum exiſtentia ad dictum D. A. inſtantem, vtcunq. pertinentia exhibuiſſe, ac cum effectu reſtituiſſe, ac conſignaſſe, ac omne id, & totum, in quo occaſione dictæ adminiſtrationis tutelæ, et curę eſt debitor perſoluiſſe, ac debitam ſatisfactionem impendiſſe, et ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. Alioquin, &c.

Aliud pro obſeruantia pactorum.

DE mandato, &c. et ad inſtan D P. aſſerentis, quod nuper, ſeu alias vertentibus varijs, & diuerſis diſcordijs, & controuerſijs inter ipſum inſtantem, & B. & ſuperinde calculatis, ac factis inuicem, et plene diſcuſſis rationibus datorum, & receptorum hinc inde tandem interuenientibus ad hoc amicis communibus deuenerunt ad conuentiones pacta, ac tranſactionem ſolemni ſtipulatione iure iurandum firmatas ſuis loco, & tempore apud acta notarij cauſæ exhiben. & producen. Tenore præſentium moneatur idem B. quatenus debeat dictas conuentiones tranſactionem, ac pacta, vt ſupra inter eos fact. realiter, & cum effectu adimpleuiſſe, & obſeruaſſe, illaq. ad vnguem in omnibus, & per omnia debite exequutioni demandaſſe, aliaſq. ac alia feciſſe, & adimpleuiſſe ad quæ ex illorum tenore tenetur, & obligatus exiſtit, vna cum omnibus damnis expenſis, & intereſſe paſſis, & patiendis culpa, & facto ipſius B. non adimplentis, & ideo ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. Alioquin, &c.

Aliud pro reſtitutione pecuniarum cum arreſto.

DE mandato, &c. & ad inſtan. A. principalis moneatur D. N. exaduerſo principalis quatenus infra triduum proximum ſub &c. debeat idem inſtanti de ſumma ſcutorum centum monetæ, in quibus ei tenetur pro totidem hic in Romana Curia mutuatis gratis, & amore realiter, ac cum effectu ſatisfeciſſe, & interim ſub ſimili pæna arreſtetur idem ne à Rom. Cur. recedat donec dicto A. de huiuſmodi pecunijs integraliter ſatisfecerit, aut cum eo concordauerit, vel idoneę cauerit de ſtando iuri, & iudicatum ſoluen. coram eodem A.C. vel alio quocunque Iudice, & in quacunque inſtantia, & ſi ſenſerit, &c.

Aliud

Aliud in actione iniuriarum.

DE mandato, etc. ac ad inſtantiam D. A. quærelanter exponentes, quod licet ipſe A per triginta annos, et vltra fuerit Romanæ Cur. curialis, et mea, coram diuerſis Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditoribus, Prothonotarijs Apoſtolicis, et eiuſdem R. Cu. prælatis, et per tempora quam plurima vti publicus notarius, et ſcriba à tempore, quo ad annos diſcretionis peruenit citra iacturam loquen. fuerit, et ſit bonæ famæ laudabilis vitæ, et honeſtæ conuerſationis, et ſe à dictis temporibus, ac per ipſa tempora in quantum permittit humana fragilitas ab illicitis, et inhoneſtis rebus præſertim furto, et ſubtractione alienarum, rerum ſe abſtinuit; nihilominus quidam N. de præſenti anno, ac die, etc. menſis, etc. in preſentia plurimorum fidedignorum teſtium ipſum exponentem publice alta, et intelligibili voce furem appellauit, ac nominauit, et alia iniurioſa, ac contumelioſa verba aduerſus eum protulit, ac talem ipſum denotauit in honoris, ac ſtatus ſui et eius famæ, demigrationem, ac maximam iacturam, et detrimentum quas iniurias ad animum ſuum reuocauit, illaſq. æſtimauit, et æſtimat vſq ad ſummam ſcut. mille, quæ potius ex eis proprijs bonis immittere voluiſſet, quam tales iniurias ſuſtinere. Quare tenore præſentium moneatur idem A. ex aduerſo principalis quatenus inſ. à triduum proximum ſub etc. pœnis debeat idem A. de dicta ſumma ſcut. mille ad tantundem pro dictis iniurijs paſſis, æſtimat. realiter, ac cum effectu ſatisfeciſſe, ac debitam de illis ſatiſfactionem impendiſſe, ac impendere, et ſi ſenſerit ſe, etc. compareat, etc.

Si autem iniuria fuerit illata, et verbis, ac factis cum ſanguinis effuſione, ſeu membri mutilatione poteris monitorium formare ſub ſimili preſcripta formula mutandis mutatis, ſingula ſingulis congrue referendo, ac debite adaptando.

Aliud de eximendo à fideiuſſione.

DE mandato, etc. ac ad inſtantiam Magnif. D. A. qui vt aſſeruit iam ſunt octo anni effluxi, ad inſtantiam, ac preces d. B. fideiuſſit, et interceſſit, ac vti principalis, principaliter, ac inſolidum acceſſit, et ſe obligauit inſtrumento impoſitionis annui cenſus ſcut. 40. mon. alias per dictum B. in et ſuper quodam eius caſali poſito, etc. impoſiti, ac venditi ad fauorem d. N. pro pretio ſcut. 500. ſimilium, tam pro euictione, quam cenſus ſolutione à qua fideiuſſione cum indemnem penitus, ac ſine damno releuare, et conſeruare promiſit, ac infra dictum tempus, et tempora præfatus d. A. non ſemel, vt aſſeruit à creditore prædicti cenſus pro illius ſolutione moleſtatus fuit, interſitq. eiuſdem d. inſtantis à dicta eius fideiuſſione iure medio eximi, ac liberari, vel ſaltim idoneam conſeruatoriam cautionem ab eodem B. pro ſui, ac ſuorum indemnitati obtinere, ideo moneatur idem d. B. ex ad. principalis quatenus infra triduum prox. ſub 1000. ducat. etc. pænis debeat ab eadem fideiuſſione, vt præfertur ſi

cta penitus,& omnino,ac realiter,& cum effectu exemiſſe, ac liberaſſe, vel ſaltim conſeruatoriam idoneam cautionem de releuando eum indem nem ab eadem fideiuſſione, vt ſupra facta, et moleſtijs illius occaſione illatis, ac inferendis, in futurum cum non intendat idem inſtans vlterius ſtare in dicta fideiuſſione, & tam ex pręmiſſis, quam alio quocunq. capite proficue, ſuper præmiſſis opportune prouideri, ac ideo ſi ſenſerit ſe &c. compareat, &c. alioquin, &c.

Aliud in actione reali.

DE mandato, Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. D. Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditoris, ſiue eius R. P. D. in ciuilib. Locumtenen. ad inſtan. D. A. ad quem, vt aſſeritur pleno iure dominij, vel quaſi, ac iuſto, & legitimo titulo ſpectauit, & pertinuit ac ſpectat, et pertinet petia terrarum laboratiuarum ſalmarum 50 in loco nuncupatum *il pian di San Mattheo* Territorii Cornetani iuxta bona ab vno, &c. & alios ſuos notiſſimos fines in proceſſu cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius ſpecifican. quas terras d. B. licet indebite ac iniuſte tenet, & poſſidet tenore præſent. um moneatur idem B. quatenus infra triduum proximum, ſub 500. duc. auri Cameræ piis locis arbitrio Domini applican. ac mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium excommunicationis, aliiſq. &c. pœnis d. beat dictas terras, ac illarum poſſeſſionem, vna cum iuribus, ac pertinentiis ſuis, quibuſcunq eidem D. A. libere dimiſiſſe, ac reſtituiſſe, et relaxaſſe; vna cum omnibus, ac ſingulis fructibus, redditibus, & prouentibus per eundem B. à die illarum detention. indebitę percept. ac percipien. in futurum, vſq. in diem illarum dimiſſion. ac relaxation. ſi extant, ſin autem de illorum vero valore, ac pretio, ad rationem quanti plurimi, vna cum omnibus damnis, expenſis, ac intereſſe, paſſis, & factis ac patien. & facien. ſuis loco, ac tempore, in proceſſu præſentis cauſæ liquidan. ac præmiſſa pro parte dicti inſtan. fieri petitur ſummarie, &c. deducen. in præſenti iudicio omne ius ſibi in præmiſſis competens, ac competiturum vndecunq. quomodocunq. ac qualitercunq. ſaluo iure minuendi, addendi, mutandi, ac corrigendi, etiam vigore cu uſuis alterius petitionis, quandocunq. fiendæ, non ſe aſtringen. propterea ad proban nisi ſolum ea omnia, ac ſingula, quę ſibi ſufficiant ad victoriam ſuæ cauſæ, omni meliori modo, &c. ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

Aliud in actione hypothecaria in bonis debitoris.

DE mandato, &c. & ad inſtantiam D. R. creditoris D. N. in ſumma ſcutor. 500. per eundem *N.* eidem inſtan. debitorum vigore publici inſtrumen. manu publici Notarii rogati, ac ſtipulati, tenore pręſentium moneatur, idem d. N. exaduerſo princip. quatenus infra triduum prox. ſub mille duc. &c. debeat domum ipſius N poſitã, &c. quã d. N. tam tempore factę d. obligat. quam ante, ac poſt tenuit, & poſſedit, & nunc

nunc tenet, et poſſidet pro ſua, et tanquam ſuam, illiuſq. realem, actualẽ, et corporalem poſſeſſionem, iuriumq. et pertinentiarum illius quorumcunq. dicto inſtanti dimiſiſſe, et relaxaſſa, attento quod fuit ex parte d. inſtan. dictam domum fuiſſe ſibi iure pignoris obligatam, et hypothecatam, et cauſa ſupradicta, et eam propterea, illiuſq. poſſeſſionem licite ſibi concedi debuerit, vna cum penſionibus decurſis, et decurrendis, et prædicta fieri non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo, etc. et ſi ſenſerit, etc. compareat, etc. alioquin, etc.

Aliud pro traditione domus donatæ.

DE mandato, etc. et ad inſtantiam D. A. tenore præſentium moneatur d. B. exaduerſo principalis quatenus infra triduum proximum etc. debeat domum poſitam, etc illiuſq. poſſeſſionem, ac iurium, membrorum, et pertinentiarum ſuarum quorumcunq. alias per eundem B. eidem inſtanti vigore donationis puræ, meræ, et ſolemniter, ac irreuocabiliter factę conceſſę apparente, vt dicitur publico inſtrumento donationis, manu publici notarij rogato, et ſtipulato ſuis loco, e tempore exhiben. et producen. realiter, et cum effectu liberam, et expeditam tradidiſſe, et conſignaſſe, vna cum omnibus, ac ſingulis fructibus ex eadem domo à die factæ donationis, indebite perceptis, et qui percipi potuerunt ac percipiendis uſq. in diem illius dimiſſionis, et relaxationis in proceſſu cauſæ, et cauſarum huiuſmodi, ſuis loco, et tempore liquida. etc. et ſi ſenſerit ſe, etc. compareat, etc. alioquin, etc.

Aliud pro reſtitutione rei locatæ, ac fictiſolutione.

DE mandato &c. ad inſtan. D A. aſſerentis, quod cum iam ſunt decé anni elapſi inueſtiuerit d. B. de domo vna poſita, &c. pro annuo canone ſeu reſponſione, ac fictu ſcutor. decem monetę ſoluen. annuatim in feſto Natiuitatis D. N. Ieſu Chriſti, prout conſtare dicitur in inſtrumento illius inueſtituræ manu publici notarij rogato, ac ſtipulato, quã domum prædictus B. à d. tempore citra tenuit, & poſſedit, & ſpatio duorum annorum debitum canone ſoluerit, & ab inde citra in illius ſolutione deſecerit, ac vlterius ipſam domus propria auctoritate irrequiſito d. inſtanti tanquam directo domino, & proprietario, d. C. alienauerit contra d. Inſtrumenti illius inueſtituræ formam, ac tenorem. Ideo tenore præſentium moneatur, tam dictus B. quam etiam idem C. indebitus poſſeſſor domus prędictæ, quatenus infra triduum prox. ſub &c. dictam domum, quę ex cauſis prædictis fuit deuoluta, ac vtile dominum cum proprietate reconſolidata liberam, ac expeditam eidem inſtanti dimiſiſſe, relaxaſſe, & reſtituiſſe, ac ab illius vlteriori detentionem ceſſaſſe, & abſtinuiſſe, nec non de omnibus, & ſingulis fructibus redditibus, prouentibus, ac pen. ex ea indebite perceptis, & qui percipi potuerunt, & in futurũ ab illius occupation. vſq. in diem illius dimiſsion. precipien. & in proceſſum cauſę, & cauſarum huiuſmodi liquidan. integraliter ſatisfe-

ciſ-

eiſſe, et debitam ſolutionem, et ſatisfactionem impendiſſe, et impendere, et ſi ſenſerit ſe, etc. compareant, etc. alioquin, &c.

Aliud pro reſtitutione feudi.

DE mandato, &c. & ad inſtantiam A. exponentis, quod de anno 1590 ipſe inueſtiuit B. in feudum, ac nomine recti, et nobilis feudi in Caſtro N. cum omnibus iuribus, et pertinentijs, ac iuriſdictionibus dicto Caſtro pertinentibus prout conſtat publico inſtrumento inueſtituræ manu publici notarij rogato, ac ſtipulato, qui quidem B. ageret in humanis vitæ eiuſdem A. inſtantis multipliciter inſidiatus eſt contra debitum fidelitatis iuramentum, et amplius diem ſuum clauſit extremum nullis relictis, nec ſuperſtitibus ex eo liberis maſculis, legitimis, et naturalibus, quibus de cauſis, et quælibet earum prædictum Caſtrum fuit, et eſt merito inſtanti apertum, et deuolutum, et propterea C. hæres priuari B. priuatus eſt ſucceſſione dicti feudi. Ideo tenore præſentium moneatur idem C. exaduerſo principalis quatenus infra triduum proximum ſub trium millium ducat. etc. pœnis debeat d. Caſtrum, vt præfertur deuolutum, illiuſq. realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem, vna cum omnibus, et ſingulis ſuis iuribus, et iuriſdictionibus, et pertinentijs vniuerſis ad illud ſpectan. et pertinen. liberum, et expeditum eidem d. inſtan. dimiſiſſe, et relaxaſſe, necnon de omnibus, et ſingulis illius fructibus, redditibus, et prouentibus, ac emolumentis quibuſcunq. ex eo indebite perceptis, et qui percipi potuerunt, et in futurum vſq. ad illius dimiſſionem, et relaxationem percipien. et in proceſſu cauſæ liquidan. integraliter ſatisfeciſſe, et de illis debitam ſatisfactionem impendiſſe, et ſi ſenſerit ſe, etc. compareat, etc. Alioquin, &c.

Aliud pro hæreditate, vel re ſingulari diuidenda.

DE mandato, etc. et ad inſtantiam d. A. aſſerentis, quod q. D. B. eorum genitor à pluribus menſib. citra deceſſit ſuperſtitib. ſibi etiam hęredib. vniuerſalib. eius fratrib. eiuſq. filijs, qui poſt mortem eorum patris adita per nos hęreditate communiter, et pro indiuiſo tenuerunt, et poſſiderunt, et hodie tenent, et poſſident totam, et vniuerſam hæreditatem prædictam, inſuper dicit idem A. quo B. in ſuo vltimo teſtamento legauit, et reliquit prædictis fratribus pro ęqualibus portionibus domum vnam, poſitam, etc. quam domum ijdem fratres pluribus annis poſt mortem d. B. cōniter ex pro indiuiſo tenuerunt, et poſſid. et hodie tenent. et poſſident. verum, quia iure cautum eſt, quod omnis communio parit diſcordiam, et negligi ſolet, quod communiter poſſidetur: Ideo tenore præſentium moneatur idem B. quatenus infra triduum proximum ſub etc. debeat realiter, et cum effectu diuiſionem ſimul cum dicto A. facere rerum, et bonorum primæ hæreditatis, et domus præd. necnon omnium, et ſingulorum fructuum per eundem B. habitum, et perceptum ſi exſtant ſin autem de illorum vero pretio, et valore ad rationem quamplurimi,

&in

& in futurum percipiendis, & pro parte, & partibus pertinentibus ad eund inſtan. ex dictis domo, & bonis hæreditarijs ſimul cum damnis, expenſis, & intereſſe paſſis, & factis, ac fiendis, & patiendis per ipſum d. inſtan &c. & præd. idem inſtans fieri petit præmiſſo, & omni alio meliori modo, &c. deducen. &c. in præſenti iudicio, &c. non aſtringen. &c. ſe &c. & ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. Alioquin, &c.

Aliud pro hæreditate delata ex teſtamento.

DE mandato, &c. & ad inſtan. D. A. hędredis ex teſtamento q. D. B. prout de illius teſtamento appareret dicitur rogato manu publici Notarij ſuis loco, & tempore in actis, & proceſſu cauſę exhibendo, & producendo tenore pręſentium moneatur D. N. detentor, & indebitus poſſeſſor rerum, & bonorum hæreditatis dicti q. B exaduerſo principalis quatenus infra triduum proximum ſub &c. pœnis debeat realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem, quorumuis bonorum hæred. d. q. B tempore ſuæ mortis poſſidebat, & quæ nunc detinet, & indebite poſſidet D. N realiter, & cum effectu vacuam, liberam, & expeditam eidem inſtanti dimiſiſſe, & relaxaſſe, & ab illorum intruſione ceſſaſſe, & abſtinuiſſe, necnon de omnibus, & ſingulis fructibus, redd. & prouen. ex dicta hæreditate, & bonis indebite percept. & in futurum, vſque in diem illorum relaxation. percipien. damniſq. expen. & intereſſe paſſis, & patien. ſuis loco, et tempore liquidan. integraliter ſatisfeciſſe, et de illis eidem inſtan. ſatisfactionem debitam impendiſſe, attento quod fuit ex parte dicti inſtan. comparitum, et allegatum ipſum, tam ex remedio l. fin. de edict. Diu. Adr. tollen. quam ex aliquo alio remedio ei proficuo immitten. fore, & eſſe in poſſeſſionem hęreditatis, & bonorum prædictor. ipſumq. immiſſum manutenendum, et conſeruandum dictum N. tanquam illicitum detentorem à dictis bonis, et illorum poſſeſſione eijcien. expellen. fore, et eſſe, et ſi ſenſerit ſe, etc. compareat, etc. Alioquin, &c.

Aliud pro hæreditate ab inteſtato delata vigore interdicti quorum bonorum.

DE mandato, &c. at ad inſtan. A. hæredis ab inteſtato q. D. B. principalis tenore præſentium moneatur D. N. exaduerſo principalis detentor bonorum hæreditatis D. B. quatenus infra triduum proximum, ſub etc. pœnis debeat realem, actualem, et corporalem omnium, ac quorumcunq. rerum, et bonorum d. q. B. in eius hæreditate relictorum, et quæ tempore ſui obitus d. B. tenebat, et poſſidebat in proceſſu cauſę, et cauſarum huiuſmodi ſingulatim exprimen. liberam, et expeditam eidem d. inſtanti relaxaſſe, tradidiſſe, ac dimiſiſſe, vna cum omnibus, et ſingulis fructibus, ex dictis bonis, et hæreditate indebite perceptis, ac in futurum percipien. et in proceſſu cauſæ liquidan. et ab vlteriori illorum intruſione, ac detentione deſtitiſſe, ceſſaſſe, et ſe abſtinuiſſe, attento quod fuit pro eiuſdem d. inſtan. comparitum, et allegatum dictum q. B. nuper ab hac vita deceſſiſſe ab inteſtato, nullis relictis liberis, ac cum eidem q. B. nu-

B. nuper ab hac vita deceſſiſſe ab inteſtato, nullis relictis liberis, ac cum eidem q. B. tanquam proximiorem ſucceſſiſſe, ac ſuccedere in vim interdicti quorum bonorum, et alio quocunque iuris remedio eum immitten. fore, ac eſſe in poſſeſſionem bonorum hæreditatis prædictæ, ipſumq. N. tanquam illicitum, et indebitum detentorem ab illorum poſſeſſionem amouen. et eijcien. fore, ac eſſe, et ideò ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

Aliud pro rei vendicatione.

DE mandato etc, ac ad inſtantiam D. A. principalis tenore præſentium moneatur D. B. ex aduerſo principalis, quatenus infra triduum proximum, ſub, etc. pœnis, debeat domum poſitam, etc. quam prædictus B. à pluribus menſibus citra nullo præceden. etc. legitimo titulo, ac iniuſtè, et indebitè detinet, et poſſidet, illiuſque realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem, iuriumque, et pertinentiarum illius quorumcunq. inſtanti, et liberè dimiſiſſe, relaxaſſe, et reſtituiſſe, vna cum omnibus et ſingulis fructibus ex ea indebitè perceptis, et in futurum, vſque in diem illius dimiſſion. percipien. ſuis loco, et tempore in proceſſu cauſæ, et cauſarum huiuſmodi liquidan. attento quod fuit comparitum, et allegatum pro parte d. D. inſtan. etc. dictam domum ad eum pleno iure dominij, vel quaſi ſpectare, et pertinere, et ab eodem N. tanquam indebito detentore, ei poſſeſsore, eam tanquam propriam dicare, illamque ac illius poſseſſionem, vna cum fructibus rehabere, tam ex remedio iuris vindicatione, quàm alio quocúque remedio iuris ſibi magis pro ſicuo ac aliàs omni meliori modo, etc. et ſi ſenſerit ſe, etc. compareat, etc. alioquin, etc.

Aliud in actione noui operis.

DE mandato, etc. et ad inſtantiam A principalis aſserentis, quod cum N. anno præſenti, et menſe Aprilis proximè præteriti cæpiſset ſeu inchoaſset fieri, ſeu fabricari facere ſuper quodam ipſius A. ſedimine poſito, etc. quendam parietem muri cauſa ædificandi vnam domum, idem A. ſentientes ſe ex tali ædificio, ac opere, et conſtructione grauari ipſi N. nouum opus ſolemniter nunciauit, moduloſque ſeu menſuram, tunc extructi operis aſsumpſit, ſeu aſsumi fecit, prout de his omnibus aſseritur conſtare per publica documenta ſuis loco, et tempore exhibenda, et producenda apud acta Notarij cauſæ huiuſmodi, qua quidem nũciatione, tunc per ipſum N. ſpreta in contemptum officij præſidis, prædictus N. in ipſo opere, et ædificio proceſſit, ſeu procedi curauit, et fecit vſque fere ad dicti operis conſumationem in maximum ipſius inſtan. præiudicium, ideò tenore pręſentium moneatur idem ex aduerſo principalis, quatenus infra triduum proximum, etc. debeat demoliri facere ſuis proprijs ſumptibus, et expenſum totum, et vniuerſum opus, et murum prædictum per d. *N.* ac illius ordine, et mandato conſtructum, et ædificatum poſt denunciationem, et à tempore dictæ denunciationis citra, deque

omnibus damnis, & expen. & intereſſe per inſtantem præmiſſorum occaſione, paſſis, & patiendis, & in proceſſu cauſæ, ac cauſarum huiuſmodi ſuis loco, & tempore liquidan. integraliter ſatisfeciſſe, & debitam ſolutionem inpendiſſe, ac impendere, & præmiſſa fieri petit idem A. inſtans, non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni alio meliori modo, ſaluo iure &c. & ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

Aliud pro conſequenda hæreditate ex fideicommiſſo.

DE mandato, &c. ac ad inſtantiam D. A. aſſerentis, quod alias q. P. eius Patruus, ſuum poſtremum condidit teſtamentum, in quo ipſum A. F. & B omnes fratres æquis portionibus hæredes inſtituit, & eoſdem inuicem ſubſtituit vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum, ea conditione appoſita, quod ſi quis eorum quandocunq deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore, & legit. matrim. procreatis, quia tunc ille, vel illi qui ex eis ſuperuenirent, ipſi ſic decendenti ſuccederent, prout ſtrictius in dicto teſtamento contineri dicitur aſſerentis etiam quod ſupradictus B. eius frater, iam tribus annis elapſis deceſſit adita per ipſum hæreditate prædicta, nullis ex eo ſuperſtitibus liberis, & per eund. B. condito teſtamento in quo Z. ſibi hæredem inſtituit, qui Z ipſam hęreditatem q. B. adiuit, & apprehendit, & apprehenſam, occupatam obtinuit, & indebite, ac iniuſte detinet aſſerentis, amplius dictus A, quod poſt mortem B. vt prędicitur ſine liberis defuncti eius hæreditas, & bona, virtute dicti fideicommiſſi, & ſubſtitutionis prædictæ peruenerunt & deuoluta ſunt ad ipſos A. & F. tunc ſuperſtites æqualibus portionibus. Ideo tenore pręſentium moneatur dictus Z. exaduerſo principalis quatenus infra triduum proximum, ſub &c. debeas eid. d. A. realem actualem, & corporalem poſſeſſionem, quorumcumq. bonorum hæreditatis dicti q. B. tempore ipſe obijt per eum relictum, & poſſeſſorum pro dimidia parte ad eum pertinenti ex dicta hęreditate realiter, & cum effectu dimiſiſſe, ac relaxaſſe, vna cum omnibus, & ſingulis fructibus à die illorum detentation. vſq in diem illorum relaxation. indebite perceptis ac percipiendis in proceſſu cauſæ liquidan. ac ſe ab illorum vlteriori intruſione ceſſaſſe, ac abſtinuiſſe cum vigore dicti teſtamenti, ac fideicommiſſi, & ſubſtitution. prędictus A. C. tam ex remedio in l. fin. de Edict. Diu. Adr. tollen. ac alio quocunque iuris remedio, in poſſeſſionem bonorum dictæ hæreditatis q. B. fide committen. immitendos venit, ac prædicto Z. ab illis, ac illorũ poſſeſſione eijciendus, & appellandus præmiſſo, ac omni alio meliori modo deducend. &c ſaluo iure, &c. ac ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

Aliud ſimile pro fideicommiſſarijs.

DE mandato; &c. ac ad inſtantiam N. & N. pro quorum parte fuit eid. A. C. exhibitum inſtrumentum teſtamenti alias per q. P. conditi, in quo ſuos ſibi particulares hæredes inſtituit A, eius filium

tunc

tunc natum, ac poſthumos maſculos ex ipſo teſtatore, & P. eius vxore naſcituros, quibus ſine aliis maſculis, legitimis, ac naturalibus decedentibus, ſubſtituit in omnibus eius bonis, abſque vlla diminutione, & ſuccedere voluit G. eius fratrem germanum. illiuſque hæredes, ac ſucceſſores obiit poſt dictum q teſtamentum P. ſuperſtito dicto A. nullis relictis filiis ſuperſtite prænominato G. in teſtamento vocato, qui poſtmodum deceſſit relictis dictis N. & N. eius filijs, & hæredibus, ac d. P. ſuſtitutis, & fideicommiſſariis hæredibus, tenore præſentium moneatur D. B. detentor, ac indebitus poſſeſſor vnius domus ſitæ, &c. ac prędij ſiti, &c. ac aliorum bonorum in proceſſu cauſæ ſpecifican. quæ dictus qu. P. tempore ſui obitus habebat, & poſſidebat exaduerſo principalis, quatenus infra triduum proximum, ſub, &c. pœnis debeat realem, actualem & corporalem poſſeſſionem dictorum bonorum eiſdem inſt. n. tanquam filiis d. G. hæredibus ſubſtitutis, & fideicommiſſariis d. q. P. realiter, ac cum effectu dimiſiſſe, & relaxaſſe, vna cum omnibus, ac ſingulis fructibus per eum hactenus indebite perceptis, & in futurum percipien. vſq. in diem illorum relaxation. attento, quod factus eſt locus fideicommiſſario, & ſubſtitutioni in perſonam dictorum inſtan. & ideo tam in vim remedii l. fin. de edicto diu. Adrian. tollen. quam alterius cuiuſcunq. remedii illis de iure magis proficui in dictorum bonorum poſſeſſionem imponendi, ac immittendi veniunt, et ideo, &c. ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

Aliud pro diuiſione bonorum.

De mandato, &c. & ad inſtantiam A filij, ac hæredis pro medietate q. D. A. aſſerentis habere, ac poſſidere pro indiuiſo plura bona, tam mobilia, quam immobilia, relicta in communi hæreditate paterna cum N. eius germano fratre, filio, ac cohærede q. B. & cum non placeat eidem inſtanti, nec expediat, amplius in communione perſiſtere, cum vt plurimum, communio diſcordiam pariat, & quæ communiter poſſidentur, communiter negliguntur. Ideo tenore præſentium moneatur idem N. exaduerſo principalis, quatenus infra triduum proximum, ſub &c. pœnis debeat ad diuiſionem eorundem communium bonorum cũ inſtante dimiſiſſe, ac pro dicta diuiſione facienda peritum idoneum pro eiuſdem inſtantis parte nominari ac elegiſſe, & alterum pro eiuſdem inſtantis pro parte nominari, ac deputari vidiſſe, qui debitas partes ſeu portiones eorundem bonorum faciant, ac vnicuique ipſorum ſuam aſſignet, ſeu per eundem A. C. aſſignari, ſeu adiudicari mandari vidiſſe pro pretio arbitrando, aliaſque, & alia fieri vidiſſe in præmiſſi à iure requiſita, ac neceſſaria, & opportuna, ac ius, & iuſtitiam miniſtrari prę miſſo, ac omni meliori modo, & ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. alioquin, &c. Et quatenus diuiſio fundorum fiat addatur Nec in terminos & confinia poni vidiſſe, & mandaſſe, & ſi poſiti fuerint termini, & auulſi

illos ſuis ſub debitis finibus repoſuiſſe, & reponi vidiſſe, aliaſq. & alia feciſſe, & fieri vidiſſe vt ſupra.

Citatio cum inhibitione vigore appellationis extra curiam.

PEtrus Paulus, &c. Romanæq Curiæ Iudex ordinarius. Vniuerſis,ac ſingulis dd. Abbatibus,&c. Noueritis quod nuper in quadam cauſa verten. coram Magnifico D. præſidente N inter d. Appellãtem ex vna, & D B. appellatum de,& ſuper in ſubinſerta ſententia contentis rebuſq. alijs in actis, & proceſſu cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis, & illorum occaſione partibus, ex altera, idem d. Præſes, ſuam in ſcriptis ad fauorem dicti B. tulit, & promulgauit ſententiam diffinitiuam, vt illius fide, ſeu inſtrumento coram nobis exhibito tenoris infraſcripti, videlicet, Christi nomine inuocato, &c. à qua quidẽ prætenſa ſententia,& aliis quibuſcunq. grauaminibus eidem d.A. per eundẽ d. Præſidem illatis ad Sanctiſſimum D. N Paulum diuina prouidentia Papam V prouocatum,& appellatum fuit, & ſic cauſa appellationis huiuſmodi coram nobis tanquam Roman. Cur.ac appellationum, & reclamationum in terris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate, ac immediate ſubiectis interpoſitarum Iudice ordinario legitime introducta, ſubſequenter cum appellans ipſe appellationem ſuam huiuſmodi proſequi velit, ac intendat, fuimus pro eiuſdem D.N. appellantis parte debita cum inſtantia requiſiti: quatenus ſibi citationem legitimam, vna cum inhibitione extra Romanam Curiam,ac ad partes,contra,& aduerſus dictum B, exaduerſo principalem,ac dictum dominum Pręſidem ſi ſua putauerit intereſſe, omneſque alios, & ſingulos ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putantes in exequutione citationis nominandos in forma ſolita,et conſueta decernere,et concedere dignaremur. Nos igitur Auditor præfatus attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam. D.ſcretioni veſtræ, et cuiuslibet veſtrum committimus, ac diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, et receptis præſentibus,etc. ſub pœnis,etc. dictum B exaduerſo principalem,ac dominum Præſidem ſi ſupra putauerit intereſſe,et ſententiam huiuſmodi defendere voluerit, omneſque alios, ac ſingulos ſua communiter vel diuiſim intereſſe putantes in eorum propriis perſonis, ſi eorum præſentias commode habere poteritis, alioquin in hoſpitiis habitationum ſuarum ſi ad ea vobis tutus pateat acceſſus, et in parochiali, ſeu parrocchialibus ſub qua, vel quibus degunt, et morantur, aliiſque Eccleſiis, et locis publicis, et conſuetis, ac vbi, quando, et quoties opus fuerit infra Miſſarum, et aliarum Horarum, et diuinorum Officiorum ſolemnia, dum ibidem fidelis populus ad diuina audiendum conuenerit publice, alta, et intelligibili voce ex parte noſtra peremptorie citare curetis, quos nos etiam tenore præſentium citamus, quatenus ſexta die poſt citationem veſtram huiuſmodi modo præmiſſo factam immediate ſequentem, ſi dies ipſa ſexta iuridica fuerit

rit alioquin proxima die iuridica ex tunc immediate ſequen. compareant in iudicio legitime coram nobis, ſeu noſtro in ciuilibus Locumtenente cum omnibus, et ſingulis actis actitatis ſcripturis, iuribus, inſtrumentis, processibus, ac munimentis quibuſcumque cauſam, et cauſas huiuſmodi tangentibus, ac eam, ſeu eas quomodolibet concernen. vtrique parti in hac cauſa de iuſtitia reſponſuri, ac in ea ad omnes ac ſingulos actus iudiciales gradatim, ac ſucceſsiue etiam vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiue debitis, ac conſuetis terminis, et dilationibus, vt moris eſt proceſſuri ac procedi viſuri, aliaſque dicturi, facturi, et recepturi, quod iuſtitia ſuadebit, ac ordo dictauerit rationis. Certificantes nihilominus eoſdem citatos, quod ſiue in dicto termino, vt præmiſſum eſt comparere curauerint, ſiue non. Nos nihilominus, vel Locumtenens noſter prædictus ad partis comparentis, et cauſam huiuſmodi proſequi curantis inſtantiam ad præmiſſa omnia, et ſingula, ac alias, prout iſtum fuerit procedemus, ſeu procedet dictorum citatorum abſentia, ſeu contumacia non obſtante, et inſuper attendentes, quod lite, et cauſa huiuſmodi ſic, vt præmittitur, coram nobis indeciſis penden. nihil ſit in partibus per quemcunque attentandum, ſeu innouandum. Idcirco eidem D. Præſidi, cæteriſque aliјs dd. officialibus, Iudicibus commiſſariis, delegatis, ſubdelegatis, exequutoribus ordinariis, ſeu extraordinariis quæcunque auctoritate fungentibus, quibuſcunque nominibus cenſeantur, et quacunque præfulgeant dignitate, præſertim eidem B. exaduerſo principali, omnibuſque aliis, ac ſingulis quorum intereſt, intererit, ſeu intereſſe poterit, quomodolibet in futurum eiſdem auctoritate, et tenore inhibemus, ne ipſi, vel alter ipſorum in vilipendium litiſpendentiæ, et iuriſdictionis, noſtræ, Immo verius Apoſtolicæ Sedis contemptum, dictique d. N. principalis prǫiudicium, ac grauamen quicquam, per ſe, vel alium, ſeu alios publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quouis quęſito colore attentare, ſeu innouare prǫſumant, aut aliquis eorum præſumat. Quod ſi ſecus factum fuerit id totum reuocare, & in priſtinum ſtatum reducere curabimus iuſtitia mediante. Abolutionem vero, &c. In quorum, &c. Datum, &c.

Mandatum de immittendo in poſſeſſionẽ cũ declaratoria vigore ſentẽtiæ.

POtentiſſimo &c. Marcellus, &c. Noueritis quod alias decretis, & conceſſis per eos, ſeu p ędeceſſorẽ noſtrum extra Ro. cu & ad partes litteris monitorialibus in vim litterarum Apoſtolicarum in forma breuis ſub annulo Piſcatoris legitime expeditarum ad inſtan. R. D. A. Clerici Pampilonen. contra quoſcunq; intruſos, ac intrudendos detentores, & occupatores in vno ex duobus perpetuis ſimplicibus beneficijs Eccleſiaſticis de la Marſa nuncupat. in parocchiali Eccleſia Sancti Ioannis Oppidi Ciuitatis nuncupat. de Stella eiuſdem Pampilonen. diœceſ. &c. per obitum q. Petri de Suphia de menſe Aprilis 1586.

extra Rom. Cur. defuncti vacan. de, et ſuper dimiſſione, ac traditione poſſeſſionis dicti beneficij, ac fructuum, reddituum, et prouentuum, iurium, obuentionum, et emolumẽtorum eiuſdem reſtitutione, et ſolutione, ac paritione dictarum litterarum apoſtolicarum, et monitorialium ad fauorem eiuſdem A. deſuper conceſſarum, et expeditarum rebuſque alijs, etc. dictiſq. monitorialibus litteris in partibus D.B. aſſerto clerico eiuſdem diœc. in eodem beneficio intruſo legitime intimatis, et coram nobis iudicialiter reproductis ſucceſſiue pro parte eiuſdem d. A. productis nonnullis iuribus, examinatiſque nonnullis teſtibus pro iuſtificatione contentorum in dictis litteris apoſtolicis, et monitorialibus. Tandem R. P. D. Matthæus Burattus noſter in ciuilibus Locumtenens viſis prius videndis, verificatis verificandis, ſeruatiſq. ſeruandis cauſa cognita citato d. Didaco N. dicti B. exaduerſo principalis procuratore per vnum ex Sanctiſſimi D N. Papę Curſoribus ad dicti d. A. inſtantiam ſua ad eius fauorem contra eundem B. tulit, et promulgauit ſententiam huiuſmodi, ſub tenore videlicet. De iuriſperitorum conſilio, quę omnia, etc. quo circa vos Potentiſſimum, etc. vobis vero omnibus, et ſingulis ſupradictis committimus, etc. quatenus ſtatim, etc. dictum d. A. ſiue eius legitimum procuratorem in, et ad realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem dicti beneficij per obitum dicti q. Petri vacan. ac illi annexorum, iuriumq. membrorum, et pertinentiarum omnium ſuorum inducatis, et immittatis, ac inductum, immiſſum manuteneatis, et defendatis amoto exinde eiecto, et penitus expulſo dicti B eidemq. d. A. ſiue eius legitimo procuratori de omnibus et ſingulis dicti beneficij fructibus redditibus, et prouentibus, ac iuribus obuentionibus, & emolumentis vniuerſis à die obitus dicti q Petri decurſis, & debitis ac in futurum vſq in diem realis, & effectualis dimiſſionis poſſeſſionibus dicti beneficij decurrendis, & debendis reſponderi faciatis, prout nos tenore præſentium eundem A. in dictam poſſeſſionem induci, immitti, ac imponi, & manuteneri defendi, & de dictis fructibus, &c. integre reſpondere mandamus. Et inſuper vobis D D. Abbatibus, Prioribus, & alijs ſupradictis, ad quos ſpectat tenore præſentium committimus, &c. quatenus ſtatim, &c. eundem B. exaduerſo principalem ſi infra 15. dies à die intimationis eidem etiam per affixionem ad valuas parochialis Eccleſię ſub qua degit, & moratur faciendæ præſentium noſtrarum litterarum poſſeſſionem realem, actualem, & corporalem dicti beneficij iurium, & illi annexorum quorumcunq. d. A. ſeu eius procuratori realiter, & cum effectu reſtituerit, & perſoluerit, eiſdemq. Apoſtolicis, & monitorialibus litteris in omnibus, & per omnia paruerit excõmunicationis, omneſq. alias Eccleſiaſticas ſententias, cen. & pœn. in eiſdem litteris Apoſt. ac noſtris litteris monitorialibus pro illarum exequutione per nos decretis contentas ob illarum non paritionem, & poſſeſſionem dicti benef. & illi annexorum non dimiſſionem, ac traditionem, fructuumq. reddi-

tuum

tuum, et prouentuum, iurium obuentionum, et emolumentorum non reſtitutionem, et ſolutionem damnabiliter incidiſſe, et incurriſſe declaretis, eundemq. B. exaduerſo principalem ſic excommunicatum, et declaratum in veſtris Eccleſijs, etc. publico nuncietis, ab omnibus Chriſtifidelibus arctius euitari mandetis, et faciatis prout nos tenore præſentium publice nunciari, et euitari mandamus, in præmiſſis taliter vos habentes, etc. In quorum fidem, etc. Datum, &c.

Cedulonus.

D. B. Clericus Pampilonen. diœc. intruſus in ſimplici beneficio de la Morſa nuncupato in parochiali Eccleſia *S.* Ioannis Oppidi Ciuitatis nuncupat. de Stella Pampilonen. dioec. per obitum q. Petri de Suſia defuncti vacan. hic auctoritate Apoſtolica denunciatur excommunicationis, aliaſq. Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, et pænas in litteris Apoſtolicis, et monitorialibus pro illarum exequutione decretis contentas ob illarum non paritionem poſſeſſioniſque dicti beneficij non dimiſſionem, et relaxationem, fructuumq. reddituum, et prouentuum, ac emolumentorum non reſtitutionem, et ſolutionem damnabiliter incidiſſe, et incurriſſe declaratus, niſi infra 15. dies à die intimationis præſentis inſtrumenti ſententiæ, ac litterarum declaratorialium contra eum relaxat. quæ intimatio per affixionam ad valuas parochialis Eccleſiæ ſub qua moratur fieri poſſit poſſeſſionem realem, actualem, et corporalem dicti beneficij dimiſerit, ac de fructibus, et alijs prædictis ſatisfecerit, ac litteris Apoſtolicis, et monitorialibus deſuper emanatis paruerit, ac alias, prout in ſupradicto inſtrumento declaratoriç, inſtante R. D. A. Clerico Pampilonen. principali.

Exequutoriales contra intruſum, in beneficio vigore commiſſionis exequutorialis.

POtentiſſimo, & Catholico Principi DD. Philippo ab Auſtria, diuina fauente clementia Hiſpaniarum Regi, eiuſq. Proregibus, Archiducibus, Principib. Marchionibus, Comitibus, Domicellis, Baronibus et Mareſchallis, ac quarumcunq. Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, aliorumq. dominiorum veſtrorum, locorum. Gubernatoribus, Iudicibus, Locatenentibus, Vicariis, ac Commiſſariis ordinariis, et extraordinariis; Necnon Reuerendiſſimo in Chriſto Patri, ac D. D. Dei, et Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopo N. eiuſq in ſpirituali, et temporali Vicario Generali. Vniuerſis quoq. ac ſingulis DD. Abbatibus, Prioribus, Prçpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Archipresbyteris, Primiceriis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Succentoribus, Sachriſtis, tam Cathedralium, quam Collegiatarum Canonicis, Parochialiumq. Eccleſiarum, Rectoribus, ſeu Locatenentibus eorundem Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, et non Curatis, ac Monaſteriorum ordinum quocumcunq. Generalibus, Prouincialibus, Miniſtris, Prioribus, Vicariis, Guardianis, Cuſtodibus,

necnon Commendatoribus, Bailiuis cæteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis, ac Tabellionibus publicis, ac fructuum, reddituum, et prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum Collectoribus, et Subcollectoribus nunc, ac pro tempore exiſtentibus quibuſcunq. per dictorum locorum, Prouincias, Ciuitates, ac Diæceſes vbilibet inſtitutis, ac etiam venerabilibus, et circumſpectis viribus Decanis, Capitulo, ac Canonicis Eccleſiæ N. ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos Canonicatus, et præben. eiuſdem Eccleſiæ N. quos q. N. inhibi dum vixit, obtinebat, ac poſſidebat collatio prouiſio, præſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio, ac fructuum, reddituum, ac prouentuum quorumcunq. ad dictos canonicatum, ac præbendam ſpectan. ac pertinen. ſolutio communiter, vel diuiſim pertinet, vniuerſis quoque ac ſingulis Arrendatoribus reddituarijs, Colonis, Agricolis, Decimatorijs, Cenſuarijs, Penſionarijs, Receptoribus, debitoribus, detentoribus, ac poſſeſſoribus fructuum, reddituum, ac prouentuum, iuriumq. obuentionum ac emolumentorum huiuſmodi, et præſertim d. *N.* exaduerſo principali in dictis canonicatu, et præbenda intruſo, cæteriſque forſan intruſis, ac in poſterum intrudendis, omnibuſque alijs, et ſingulis quorum intereſt inter erit, aut intereſſe poterit, quomodolibet in futurum quibuſcunque nominibus cenſeatur, aut quacunque præfulgent dignitate. Petrus Paulus, etc. ac vnicus Exequutor ad infraſcripta auctoritate Apoſtolica ſpecialiter deputatus, Salutem in Domino, ac huiuſmodi immo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis; noueritis, quod nuper Sanctiſſimus Dominus Noſter Dominus Paulus Diuina prouidentia Papa Quintus quandam commiſsionis, ſiue ſupplicationis papiri cedulam nobis per vnum ex ſuis Curſoribus præſentari fecit, quam nos cum ea, qua decuit reuerentia recepimus huiuſmodi tenoris, videlicet Beatiſsime Pater, etc. cuius quidem commiſsionis vigore cauſa huiuſmodi in, et ſuper dictis canonicatu, et præbenda illorumque poſſesſione, ac illorum fructuum indebita perceptione, litterarumque Apoſtolicarum deſuper expeditarum, ac nobis præſentatarum exequutione contra eundem N. dictis canonicatu, et præbenda intruſum legitime introducta, ac in ea ad varios, et diuerſos actus iudiciales inter dictas partes, demum *R. P. D.* Aloyſius Guicciardinus Iur. V. D. Vtriuſque Sgnaturę Referendarius noſter in ciuilibus Locumtenens partibus in voce, ac in ſcriptis plene informantibus, cum eorum Procuratoribus, et Aduocatis, debitiſq. ſeruatis terminis de more, et ſtylo curiæ noſtræ ſeruari ſolitis, et conſuetis, ſeruatis ſeruandis, ac verificatis verificandis cauſa cognita, ac mature diſcuſſa ſuam in ſcriptis in huiuſmodi cauſa tulit, ac promulgauit ſententiam in hunc, qui ſequitur modum. Chriſti nomine inuocato. Quæ quidem ſententia taliter erit ſubſcripta, ita pronunciaui. Ego Aloyſius Guicciardinus Locumtenens, et Commiſſarius, quia quidem ſententia nulla prouocatione, ſeu appellatione ſuſpenſa in rem tranſiuit iudicatam

deinde

deinde vero. Idem Sanctiſſimus Dominus Noſter Papa ad dicti domini N. principalis inſtantiam aliam commisſionem, ſeu ſupplicationis cedulam per vnius alium ex ſuis Curſoribus nobis præſentari fecit, ſub inſerto tenore.

Beatisſime Pater, &c. in cuius fine taliter erat ſignata. De mandato, etc. Poſt cuius quidem vltimæ commisſionis, ſiue ſupplicationis cedulæ præſentationem, ac receptionem nobis, et per nos, vt præmittitur factas, Nos ad venerabiles viri domini N. principalis in pręinſertis commisſionibus, ac ſententia principaliter nominati inſtantiam præfatum N. exaduerſo principalem intruſum ad dicendum, ac excipiendum quicquid verbo, vel in ſcriptis contra proxime præinſertam commisſionem nobis vltimo pręſentatam dicere, ſiue excipere voluerit, necnon ad videndum, et audiendum omnes, ac ſingulas expenſas pro parte dicti Domini N. principalis in proſequutione litis, ac cauſa huiuſmodi quomodolibet factas, et in quibus idem N. exaduerſo principalis ſententialiter condemnatus exiſtit taxari, ac moderari, ſententiamque præinſertam, et expenſarum taxationem huiuſmodi exequi, et exequutioni debite demandari, litterasque, ſiue proceſſus exequutoriales in forma ſolita, et conſueta decerni, et concedi, vel dicendum, et cauſam ſi quam habent rationabilem, quare præmiſſa fieri non debeant allegandum per vnum ex dictis Curſoribus citari mandauimus, et fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem, et horam infraſcriptos quibus audientibus comparuit in iudicio legitime coram dicto in ciuilibus Locumtenenti prouidus vir N. in Romana Curia cauſarum, et pręfati domini N. principalis procurator, prout de ſuo procurationis mandato apud acta cauſæ huiuſmodi nobis legitima conſtat documentis, et eo nomine procuratorio præmiſſa citatione contra eundem N. exaduerſo principalem, ſiue eius procuratorem in actis relata, et reportata non comparentem, nec aliquid releuanter deducentem, omnes, ac ſingulas expenſas ad ſummam ſcutorum ſexaginta auri in auro præfatus dominus noſter in ciuilibus Locumtenens taxauit, ac moderatus fuit ſententiam præinſertam, et expenſarum taxationem prædictas exequendus, et debite exequutioni demandandas, litteraſque ſiue proceſſus exequutoriales deſuper opportunos in forma ſolita, & conſueta iuxta vltimo præinſertæ commisſionis tenorem decernendas, et concedendas duxit, et decreuit, prout nos ſub modificatione infraſcripta decernimus, et concedimus per præſentes.

Quę, omnia, ac ſingula præmiſſa, & in eis contenta, Vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, quibus præſentes noſtræ litteræ diriguntur intimamus, inſinuamus, & notificamus & ad veſtram & cuiuslibet veſtrum notitiam deducimus, ac deduci volumus per præſentes. Voſque præſertim viros Eccleſiaſticos, &

veſtrum

veſtrum quælibet auctoritate prædicta requirimus, ac monemus primo ſecundo, & tertio, ac vobis, & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub infraſcriptis pœnis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem, ſeu notificationem præſentium, ac requiſitionem vobis pro parte d. N. principalis deſuper factam immediate ſequent. quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino ac monitione canonica aſſignamus, eundem D. N principalem, vel procuratorem ſuum in, & ad actualem, realem, & corporalem dictorum canonicatus, & præbendæ, iuriumque & pertinentiarum prædictarum ponatis, & inducatis, ac poni, & induci faciatis inductumq. manuteneatis, defendatis, et conſeruetis amore exinde d.N. intruſo exaduerſo principali, ac intruſis, et intrudendis prædictis, quos nos etiam, & eorum quęlibet in quantum poſſumus amouemus, et per præſentes denunciamus amores ipſumq. D. N. principalem, vel dictum procuratorem ſuum ad præbendam huiuſmodi in dicta Eccleſia, in canonicum recipiatis, ac in fratrem, ſtallumq. ſibi in Choro, & locum in Capitulo ipſius Eccleſię cum plenitudine iuris canonici aſſignetis, et vt moris eſt admmittatis, ac admitti faciatis, ſibiq. de ipſorum, canonicatus, et præbendæ fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, et obuentionibus vniuerſis plenarie, et integre reſpondeatis, et faciatis quantum in vobis erit ab alijs reſpon deri, et nihilominus vos reddituarij coloni laboratores fictabiles, decimatores, et alij prædicti de omnibus et ſingulis fructibus, redditibus, et prouentibus huiuſmodi per vos, vel alterum veſtrum occaſione laborerij fictorum, et decimationis, aut alias qualitercunque occaſione dictorum canonicatus, et præbendæ d. N. principali, vel procuratori ſuo, et nulli alij reſpondetis, et perſoluatis, ac plenariam, et integram ſolutionem, ac ſatisfactionem impendatis. Monemus inſuper modo, et forma præmiſſis, ac ſub eiſdem infraſcriptis pœnis te N. intruſum prędictum, quatenus infra triginta dierum ſpatium poſt præſentationem, et requiſitionem tibi vigore præſentium pro parte dicti D. N. principalis deſuper fact. immediate ſequent. quorum triginta dierum decem pro primo, decem pro ſecundo, et reliquos decem dies tibi pro tertio, et peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus eidem dominum N. principali, vel procuratori ſuo ad hoc ſufficiens mandatum habenti de fructibus per te ex canonicatu, et præbenda à tempore intruſionis illius citra perceptis, alioquin eorum vero valore, ac de ſumma ſcutorum ſexaginta prædictis ratione expenſarum per d. D. N. principalem in lite, et cauſa huiuſmodi factarum, in quibus vt pręfertur condemnatus exiſtis, vna cum aliis ſcutis ſex auri pro expeditione præſentis noſtri proceſſus condignam ſolutionem, ac ſatisfactionem realiter, et cum effectu impendas, vt interim cum eo ſuper præmiſſis amicabiliter concordes. Inhibentes propterea modo, ac forma præmiſſis omnibus, et ſingulis ſupradictis

ctis, ac generaliter quibuſcunq. alijs cuiuſcunq. ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis exiſtant ne præfato D.N. principali, vel procuratori ſuo quominus poſſeſſionem canonicatus, & prębendæ cum omnibus iuribus, ac pertinentijs ſupradictis pacifice aſſequatur, ſibique de illorum fructibus, redditibus, ac prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis plenarie, & integre reſpondeatur, ac de dictis perceptis fructibus, & ſumma ſcutorum ſexaginta condigna ſatisfactio, ac ſolutio impendatur omniaq. alia, & ſingula ſupra, ac infraſcripta ſuum debitum conſequantur effectum impedimentum aliquod præſtetis, ſeu præſtent, ac impedientes ipſum dominum *N.* principalem, vel procuratorem ſuum in aliquo ſuper præmiſſis, præbeatis, vel præbeat auxilium, conſilium, vel fauorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quouis quæſito colore, vel ingenio. Quod ſi forte pręmiſſa omnia, ac ſingula non adimpleueritis, & mandatiſq. monitionibus, & inhibitionibus noſtris huiuſmodi, immo verius Apoſtolicis non parueritis, ſeu paruerit cum effectu nos in vos, & ipſos omnes, ac ſingulos ſupradictos, qui culpabiles, fueritis, ſiue fuerint in præmiſſis, ac in contradictores quoslibet, & rebelles, dictiſq. Canonicis monitionibus pręmiſſis excommunicationis, ac ſuſpenſionis à diuinis reſpectiue ſententias ferimus in his ſcriptis, vobis vero Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo *N.* prædicto dumtaxat excepto, qui ob reuerentiam veſtræ Pontificalis dignitatis deferimus in hac parte. Et ſi forte dictus *N.* exaduerſo principalis, ac forſan alij intruſi, ac intrudendi, cæteriq. contradictores, & rebelles prædicti mandatis, monitionibus, et requiſitionibus noſtris. immo verius Apoſtolicis infra dictos terminos ſuperius expreſſos parere, & obedire neglexerint aut recuſauerint, ſententias, & cenſuras prædictas in eos vt præmittitur latas damnabiliter incurrendo ex tunc prædictis ſubdelegatis noſtris ſub dicta excommunicationis pæna committimus, & mandamus, quatenus ſingulis diebus Dominicis, & feſtiuis in ſuis Eccleſijs, Monaſterijs, & Cappellis infra Miſſarum, ac aliarum horarum diuinarum ſolemnia, ac alias, vbi, quando, & quoties expedierit, ac pro parte d. D.N. principalis deſuper requiſiti fuerint, ſeu alter eorum fuerit requiſitus præfatum N. exaduerſo principalem, ac intruſos, ſeu intrudendos, cęteroſq. contradictores, ac rebelles ſic excommunicatos publice denuncient, ac ab alijs quantum in re fuerit denunciari faciat, donec, & quotieſcunq. à nobis, vel ſuperiori noſtro ſuper hoc habuerint in mandatis. Si vero N. exaduerſo principalis, ac intruſi, & intrudendi contradictoreſq. & rebelles pręditi dictam excommunicationis ſententiam per decem dies illius denũciationem immediate ſeq. pertinaciter ſubſtinuerint. Nos ex tunc quia creſcen. contumacia, ac inobedientia, creſcere debeat, & pæna ne facilitas pęnæ audaciam tribuat delinquen. proceſſus noſtros huiuſmodi aggrauamus dictis ſubdelegatis noſtris modo, & forma pręmiſſis percipientes quatenus ſingulis diebus dominicis, & feſtuis in ſuis Ec-

cleſijs

cleſijs, Monaſterijs,& Cappellis infra miſſarum, ac aliarum præſcriptarum horarum ſolemnia dictam excommunicationis denuciationem reiterando, ac innouando eundem N. ac intruſos, ſeu intrudendos contradictores, & rebelles ſic vt præmittitur excommunicatos denunciatos nominatim campanis pulſatis, candelis accenſis, & demum extinctis, ac in terram proiectis, cruce erecta, & religione inducta aquam benedictam aſpergendo, ad fugandum dæmones, qui eos detinent, ſic ligatos, laqueis ſuis catenatos orando quod Dominus Noſter Ieſus Chriſtus, ipſos ad catholicam fidem, & Sanctę Matris Eccleſię gremium reducere dignetur, ac eos talibus peruerſitate, & duritia dies eorum finire permittat, cum decantationem reſponſorij, relectabunt cęli iniquitatem Iudæ, &c. Pſalmi, Deus laudem eum ne tacueris, &c. cum ante media vita in morte ſumus totaliter, & his finitis ad ianuas Eccleſiarum, vna cum clericis, & Parochiani accedant, & ad terrorem, vt eo citius ad obedientiam redeant tres lapides rurſus domus habitationum ſuarum proiiciant in ſignum maledictionibus æternæ, & etiam poſt miſſam, ac in veſperis, alijſq. horis canonicis ſolemniter publicent, & denuncient, ac ab alijs quantum in eis fuerit publicari, & denunciari, ac ab omnibus Chriſtifidelibus arctius euitari faciant donec aliud à nobis, vel ſuperiori noſtro receperint in mandatis. Verum ſi præfati denunciati aggrauationem huiuſmodi per alios decem dies illius publication. & dictos decem dies immediate ſequent. animis, (quod abſit) ſubſtinuerint induratis nos ex tunc, quia peruerſorum audacia præſumptiua, vt vnica pęna non contenti ſororibus arceantur pænis, qui ſuis ſuperioribus obedientiam ſemper impenderunt proceſſus noſtros huiuſmodi reaggrauamus ſupradictis ſubdelegatis noſtris, vt ſupra mandantes, quatenus dicta auctoritate Apoſtolica, omnes, & ſingulos Chriſtifidelibus vtriuſq. ſexus homines pręſertim familiares, & ſeruitores denunciatorum, & aggrauatorum cuiuſmodi modo, & forma præmiſſis moneant, & requirant primo, ſecundo, tertio, & peremptorio, vt etiam nos requirimus, & monemus eoſdem ipſiuſq. & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientię, & ſub excommunicationis pęna quatenus infra ſex dies à die monitionis huiuſmodi ipſis factæ immediate ſequen. quos dies ipſis, & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac monitione canonica aſſignet, prout nos aſſignamus eidem à participatione, communione, familiaritate, & ſeruitio ipſorum denunciatorum, aggrauatorum penitus, & omnino deſiſtant, nec cum eis, vel eorum aliquo ſeruiendo, loquendo, nec conſeruando (præterquam in caſibus, & perſonis, à iure præmiſſis,) participare pręſumant, ſeu aliquis eorum præſumat, & ſi contrafecerint, Nos in eos, & eorum quemlibet cum dd. denunciatis, ac aggrauatis rebelliter participan. & contrafacien. ex nunc prout ex tunc dicta ſex dierum canonica monitione præmiſſa excommunicationis, ſententiam ferimus in ſcriptis dictiſque ſubdelegatis noſtris diſtincte præcipien.

pien. mandantes quatenus ſingulis diebus Dominicis, et feſtiuis in ſuis Eccleſijs infra miſsarum, et aliarum horarum ſolemnia, ac vbi, quando, et quoties expediuerit præfatos Chriſtifideles familiares, et ſeruitores, qui cum dictis denunciatis, et aggrauatis rebelliter participauerint excommunicatos tamdiu publicè denuncient, ac ab alijs quatenus in eis fuerit publicari, denunciari, et ab omnibus Chriſtifidelibus arctius euitari faciant, donec, et quouſque abſolutionis beneficium deſuper meruerint obtinere. Demum verò ſi præfati, denunciati, aggrauati, et reaggrauati huiuſmodi per alios decem dies ipſius publicationis, et dictos triginta dies immediatè ſequen. ſubſtinuerint, ac proceſsibus, mandatis, monitionibus, et inhibitionibus noſtris huiuſmodi, immò veriùs Apoſtolicis non paruerint cum eff. ctu, nos ex tunc, quia mucrone non proficiente Eccleſiaſtico temporalis ſaltem gladius non immeritò ſuffr gatur auxilium brachij ſæcularis duximus inuocandum, vt quos Dei timor à malo non reuocat temporalis ſaltim coerceat ſecuritatis diſciplinæ, hinc eſt, quod vos Potentiſsimum, et Catholicum Principem Hiſpaniarum Regem antedictum dicti gladij principalem vibratorem in Domino exortamur, voſque Dominos Duces, Comites, Marchiones, Barones, eorumque Locatenentes, Iudices, Officiales, et alios ſupradictos iuriſdictionem temporalem, et ordinariam per vos, vel alium, ſeu alios exercen. quibus præſens noſter proceſſus dirigitur dicta authoritate tenore præſentium requirimus, et monemus primò, ſecundò tertiò, et peremptoriè, vobis, et veſtrum cuilibet in virtute Sanctæ obedientiæ, et ſub excommunicationis pœna diſtrictè percipien. mandamus quatenus infra ſex dierum ſpatio poſt ſupradictos terminos ſucceſsiuè præexpreſſos, necnon notificationem, et publicationem præſentium vobis, ſeu alteri veſtrum in veſtris territorijs, iuriſdictionibus, et diſtrictibus, ac requiſitiones pro parte dicti Domini N. principalis deſuper factas immediatè ſequeri, quorum ſex dierum, duos pro primo, duos pro ſecundo, et reliquos duos dies vobis, et veſtrum cuilibet pro tertio, et peremptorio termino, ac monitione canonica aſsignamus: vos omnes, et ſinguli Domini N. temporales antedicti (quorum omnium ſuper hoc auxilium brachij ſæcularis inuocamus) quoties, et quando pro parte dicti Domini N. principalis vigore præſentium ſuper hoc fueritis requiſiti in iuris ſubſidium contra prædictos denunciatos, aggrauatos, et reaggrauatos dicta authoritate Apoſtolica per captionem, inuaſionem, incarcerationem, et detentionem perſonarum corporum, rerum, et bonorum eorundem inſurgatis, ac alios inſurgendos faciatis, necnon perſonas corpora, res, ac bona eorum, et cuilibet ipſorum inuadatis, incarceretis, ac in firma, et tuta cuſtodia teneatis, et arreſtetis per vos, vel alium, ſeu alios, ac quilibet veſtrum, qui ſuper hoc requiſitus fuerit, inuadat, incarceret, cuſtodiat, detineat, et arreſtet, vt liberè, ac li-

tate detineri. Contrarium vero facientes prędictis noſtris cenſuris prędicta canonica monitione præmiſſa, ipſo facto volumus ſubiacere, mandamus tamen copiam fieri de præmiſſis eam petentibus, ſumptibus tamen, & expenſis eorum petentium. Abſolutionem vero. In quorum fidem &c. Datum Romæ, &c.

Monitorium in Curia pro præſtatione alimentorum.

DE mandato &c. & ad inſtantiam D. A. filij legitimi, & naturalis Magnifici D. B. aſſerẽtis cum omnibus, quibus decu t honore, & reuerentia, ac filiali affectione erga dictum eius Patrem geſſiſſe, nec aliquod ingratitudinis vitium in eum commiſiſſe ita vt tanquam filio ingrato alimen. ex vtroque iure debita licite denegari potuerint, neque poſſint, nihilominus dictus eius pater nullis præcedentibus cauſis contra omne iuris, & æquitatis debitum ab eius præſentia, & patria poteſtate, ac paterna domo de facto expulſit, ac debita alimenta ei denegauit, ac denegat in maximum eiuſdem dicti inſtantis damnum, ac proprię vitæ periculum. Quare moneatur prędictus B. quatenus infra triduum proximum, ſub mille ducat &c. pœnis debeat eidem inſtanti dicta alimenta, tam pro præterito, quam etiam in futuris temporibus debita, ac deben. arbitrio Iudicis et ex eius officio taxan. ac moderan. realiter, & cum effectu ſubminiſtraſſe, ac perſoluiſſe, & debitam ſolutionem de eis impendiſſe & impendere, & ſi ſenſerit ſe, &c.

Et licet in hoc articulo alimentorum plura ſcribere potuerimus iuxta diſpoſitionem capit. cum haberet, de eo, qui dux. in ma. tamen hæc duo tantum circa modum procedendi breuiter referam alterum ſcilicet quod ommiſſum præſcripto monitorio, ſed per viam ſimplicis citationis, ac ſummariæ, & exequutiue ſiue eo, ſeu libelli porrectione nullis terminis ſubſtantialibus ſeruatis valide procedi poteſt, & in hoc atteſtando credo non errare fretus auctoritate Gui. de Suza. in lib. de alimentis, C. de tranſaction. Secus tamen dicendum arbitror ſi lis ageretur de alimentis præteritis vt ibi ad quem in facti contingentiam recurre. Alterum vero quod filius ob paternam reuerentiam ante inchoationem Iudicij petat, & obtineat à Iudicem veniam litem agendi contra parentes eius quę & parte non citata concedi debet, vt ſatis diffuſe habetur per Roland. à Valle in conſ. 18. num. 1. 2. & 3. ſecundo volumine.

Aliud vigore remedij L. Aquiliæ.

DE mandato, &c. ac ad inſtantiam D. A, quærelanter aſſerentis quod B neſcitur, qua de cauſa motus propria auctoritate, & de facto auſus fuit ingredi poſſeſſionem ipſius A. poſitam, &c. & ex ea doloſe inciſit, ſeu incidere fecit plures arbores etiam fructiferos valoris ſcut. 100. & vltra in maximum eiuſdẽ D. A inſtantis damnum, et prę iudicium, et dictæ eius poſſeſſionis detrimentum. Quare pro illius indemnitate moneatur prædictus B. exaduerſo principalis quatenus infra

triduum

triduum proximum, ſub, &c. pœnis debeat dictum damnum, vt ſupra factum, & in proceſſu cauſæ liquidan. realiter, & cum effectu emendaſſe et pro illius emendatione dictam ſummam ſcutorum 200. pro dicto damno paſſo realiter, & cum effectu eidem inſtan. perſoluiſſe, & exburſaſſe ad quorum ſolutionem faciendam dicitur ipſum licite cogi, & compelli debere, tam ex remedio l. Aquiliæ, quam ex quocunque alio iuris remedio in proceſſu cauſæ deducendo, & ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

Aliud diſcuſſionis bonorum.

DE mandato, &c. ac ad inſtantiam Magnif. D. A. creditoris B. in notabili ſumma pecuniarum in proceſſu cauſæ, ac cauſarum huiuſmodi ſuis loco, & tempore deducen. & ſpecifican. aſſerentis eius notitiam deueniſſe eundem B fratrem ſuum in deterius mutauiſſe, & ſe ab Vrbe abſentaſſe, timeatque interim illius bona ab alijs illius aſſertis creditoribus diſſipari, & dilapidari, illaque in fraudem, & præiudicium ipſius inſtan. priora, & potiora iura in eis haben. alienari. Ideò tenore præſentium moneantur dd N. & N. omneſque alij aſſerti creditores, ſeu detentores bonorum dicti B. in exequutione præſentium nominandi, & cognominandi quatenus infra triduum proximum, ſub, &c. pœnis debeant, & quilibet ipſorum debeat deſiſtere à quibuſcunque moleſtationibus, & iactationibus, illatis, ac præſtitis, & in futurum inferendis, & præſtandis in, & ſuper bonis dicti B. ab eis, & quolibet ipſorum quouis aſſerto titulo quæſita fuerint illa realiter, & cum effectu reſtituiſſe, & ab vlteriori illorum occupatione, & detentatione ceſſaſſe, & ſeſe abſtinuiſſe, attento quod fuit coram eodem A. C. comparitum, & allegatum eidem inſtanti in, & ſuper dictis bonis priora, et potiora iura competijſſe, & competere, & cæteris alijs creditoribus dicti B. in eis præferen. & anteponen. fore, & eſſe, donec de iuribus creditorum illorum prioritate, ac potioritate diſcutiatur interim illa diſtrahi, nec alienari à quoquam iure non potuiſſe, neque poſſe, & quatenus alienata fuerint, tam ex remedio reuocation. fact. in fraudem creditorum, quàm ex alio quocunque iuris remedio talem alienationem reuocandam, & reſcinden. fore, ac eſſe, & interim debeant de illorum, et cuiuſque eorum credito, et iuribus infra dictum terminum coram eodem A. C. docuiſſe cum inhibitione, ne ſub eiſdem pœnis audeant præmiſſorum cauſa alibi, quàm coram eodem A. C. inſtantem moleſtare, neque in iudicium trahere, quod ſi ſecus, &c. et ſi ſenſerint ſe, &c. compareant, &c.

Formula obligationis Cameralis, quæ nunc eſt in vſu.

PRO quibus omnibus, ac ſingulis præmiſſis firmiter tenendis, et inuiolabiliter obſeruandis idem A. debitor ſe ipſum, ſuoſque hæredes, ac ſucceſſores quoſcunque, ac bona ſua, et ſuorum quæcunque præſentia, et futura in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ obligauit, et hypo-

hypothecauit, necnon curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, eiuſque Camerarij, Vicecamerarij, Auditoris, Viceauditoris, Regentis, Locumten.&Comiſſarij ac oĩum,& ſingularum aliarum Curiarum Eccleſiaſtic. ac ſæcularium vbilibet conſtitutarum iuriſdictionibus, & coertionibus, compulſionibus, iuribus, rigoribus, ſtylis, & meris exam inibus ſuppoſuit, & ſubmiſit. Per quas quidem curias, & earum quomodolibet inſolidum, tam coniunctim, quam diuiſim voluit, & expreſſe conſenſit ſe, ac ſuos prędictos poſſe realiter, ac perſonaliter cogi, compelli, conſtringi, excomunicari, aggrauari, reaggrauari, & ad brachium ſæculare deponi, arreſtari capi, carcerari, & detineri vno, & eodem tempore, vel diuerſis temporibus, & per diuerſorum temporum interualla, vſq. ad plenariam & integram pręmiſſorum obſeruationem, ac omnium, & ſingulorum damnorum expenſarum, & intereſſe huiuſmodi occaſione faciendorum, & ſubſtinendorum refectionem, ita tamen quod exequutio vnius curiæ exequutionem alterius non impediat, nec retardet iure dicente, quod vbi iudicium ceptum eſt, ibidem finem accipere debet, & qualibet alia iuris, & facti exceptione in contrarium faciente non obſtante, ita quod vna via electa, altera non ſit excluſa, renunciauitq. omni, & cuilibet exceptioni doli, mali, vis, metus, fraudis, leſionis, & machinationis non numeratæ pecuniæ, ſpeique futurę receptionis, & numerationis præſentis contractus non ſic, vt præmittitur facti, & celebrati, & aliter aut plus, vel minus fuiſſe factum, vel dictum quam recitatum, & è contra. Renunciauitque inſuper omni & cuicunque appellationi, reclamationi, & recurſi per eum contra præmiſſa, ac illorum quodlibet quouis prætextu, & cauſa etiam enormiſſimæ læſionis, vel alias quomodolibet coram quocunque Iudice magiſtratu, vel tribunali forſan interponendæ, & introducendę, nec non omnibus, & ſingulis aliis exceptionibus, legibus, & legum auxiliis, quibus mediantibus ſe contra præmiſſa vel eorum aliquod defendere, ac tueri, & per quas præſentis inſtrumenti vis, & effectus, ſeu exequutio ſuſpendi, impediri, retardari, vel alias quomodolibet differri poſſet. Quinimmo appellatione, reclamatione, & recurſu huiuſmodi, vt ſupra interponendis, ac introducendis, ceteriſque omnibus exceptionibus non obſtantibus hoc inſtrumentum, & omnia in eo contenta, in primis & ante omnia debitum ſuum conſequatur effectum, ac debitæ exequutioni penitus demandentur, ita & taliter, quod appellatio huiuſmodi, alięque exceptiones eidem A. quo ad effectun ſuſpenſiuum minime ſuffragari valeant, me notario tanquam publica & authentica perſona pro abſen. ac omnibus & ſingulis quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit in futurum ſtipulante, & ſic tactis ſcripturis ad Sacroſancta Dei Euangelia in manibus mei notarii iurauit. Super quibus, &c.

Aduerte, quod ibi nihil dicitur de procuratorum conſtitutione de qua in antiqua formula, quia iam ea à multis annis citra receſſit ab au-

la ex rationibus, de quibus in cap. 9. lib. 3.

Aduerte etiam, quod licet in ſupradicta obligationis formula dicatur, quod ſcilicet debitor voluit, ac conſenſit poſſe excommunicari, aggrauari, & reaggrauari, &c. non propterea contra eum immediate proceditur ad fulminationem cenſurarum, ſed cum grano ſalis, vt puta in iuris ſubſidium ac ſi quatenus contra eum realis, nec perſonalis exequutio facile fieri non poſſit, iuxta formam Concilii Tridentini, et reformation. Pij V. de quibus ſupra meminimus.

Et licet ab aliquibus ſuperflua, ſeu dubitabilis reddi poſſe videatur extenſio preſcriptæ clauſulę me notario pręſente, & pro abſente tanquam publica, et authentica perſona legitime ſtipulante, pro omnibus, et ſingulis quorum intereſt, & cętera, prout in ea cum in antiqua formula cameræ appoſita videatur poſt clauſulam ratihabitionis procuratorum, qui tunc ibi antiquitus conſtituti ſolebant, et conſequenter ibidem adaptari. Qua quidem procuratorum conſtitution. nunc ex præmiſſis ceſſante, ac illius extenſio quoque ceſſare videatur tamen quia re huiuſmodi non ſemel controuerſa viſum fuit notarijs inſimul congregatis indifferenter. eam modo præmiſſo extenden. fore, vt in eorum duplicatis reſolutionibus, de quibus in eorum veteri libro rubeo, folio 3. & 168. & iuxta illorum reſolutionem dd. de Rota dixerunt, vigore præſcriptæ clauſulæ, et contractus, dandam eſſe exequutionem intereſſe habentibus, vt in vna Romana releuationis indemnitatis pro dd. de Incoronatis, & Maſſimis contra dictum Tiberium Vellium die 27 Octobris 1603. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Seraphino tunc Rotæ Auditore.

Formulam autem inuentarij. Bald. de Peruſio habes in formulario inſtrumentorum, ideo hic ſuperflue apponendam eſſe cenſui cum in facti contingentia ibi recurrere poteris.

Has habes infraſcriptas alias expeditionum formulas ſumptas ex antiquo Romano formulario, quas alijs impeditus negocijs in moderniorem vſum in hoc meo libello potius mihi laborioſo, quàm lucroſo redigere non valui, tu igitur in facti contingentia ad eas recurrere, illaſque ſingulatim iuxta tuam prudentiam ſemper in eis forma Sacroſancti Concilij Tridentini ſeruata accomoda mutatis, ac ſingula ſingulis congruè referendo, & debitè adaptando, &c.

ABSOLVTIO EXCOMMVNICATIONIS ab Auditore Cameræ.

IOANNES Baptiſta Cicada, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopus Albinganen. Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, eiuſque Camerarius:

neratius, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor; Romanæque Curiæ Iudex ordinarius, &c. ſpecialiter deputatus. Vniuerſis, & ſingulis DD. Abbatibus, per Ciuit. & Diœc. N. illique, vel illis, ad quem, vel ad quos, præſentes noſtræ litteræ peruenerint: Salutem in Domino, et præſentibus fidem indubiam adhibere, noſtriſque huiuſmodi, et dictæ curiæ firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod nos, die, et hora infraſcriptis, iuxta ritum, et formam ſanctæ Matris Eccleſiæ abſoluimus: et eiuſdem ſanctæ Matris Eccleſiæ vnitati, et Eccleſiaſticorum Sacramentorum participatione, ac communioni fidelium reſtituimus N.N. Diœc. propterea coram nobis perſonaliter conſtitutum, et id flexis genibus humiliter petentem, à quadam excommunicationis ſententia, ad inſtan. N. ob non ſolutionem certæ pecuniarum ſummæ, per nos, et authoritate dictæ Curię, alias in eum lata, et promulgata, ex eo quia idem N. propterea perſonaliter coram nobis conſtitutus, ad hoc ſuum liberalem pręſtitit conſenſum pariter, et aſſenſum: et idem N. de ſtando iuri, ac parendo noſtris, et ſanctę Matris Eccleſiæ mandatis in noſtris manibus, tactis per eum corporaliter ſcripturis ſacroſanctis, ſolitum pręſtitit iuramentum cum reincidentia, tamen in eandem excommunicationis ſententiam ipſo facto, in euentum in quem dictus N. eidem N. de pecuniarum ſumma, ob cuius non ſolutionem excommunicatus, ac vt talis declaratus extitit, hinc ad duos menſes proximè futuros, à die dat. pręſentium in antea computan. plenariè, et integrè non ſatisfecerit. Quapropter vobis, et veſtrum cuilibet, tenore pręſentium, damus diſtrictè in mandatis quatenus ipſum N. abſolutum modo pręmiſſo, in veſtris Eccleſiis, Monaſterijs, et capellis, dum, et quoties expedierit, et requiſitio deſuper facta fuerit; publicè nuncietis, ac faciatis ab alijs nunciari. In quorum teſtimonium, pręſentes litteras exinde fieri, ſigillique dictæ curiæ cauſarum Camerę Apoſtolicę, quo vtimur, iuſſimus, et fecimus appenſione communiri. Datum, etc.

Commiſſio abſolutionis ab eodem Auditore Cameræ.

IOannes Baptiſta, etc. Venerabilibus viris Dominis N. et N. etc. et eorum cuilibet inſolidum: Salutem in Domino. Diſcretioni veſtrę et cuilibet veſtrum, tenore pręſentium committimus, ac in virtute ſanctę obedientię diſtricte percipien. mandamus; quatenus ſtatim viſis, et receptis pręſentibus, et poſtquam pro parte honorabilium virorum Dominorum N. et N. fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit ſuper hoc requiſitus, eoſdem N. et N. à quadam excommunicationis ſententia, in eos, et eorum quemlibet, ob non ſolutionem certarum pecuniarum, in quibus honorabilibus viris N. et N. efficaciter obligatur, et ad inſtantiam dictorum N. et N. creditorum, per nos authoritate dictæ curię lata, et promulgata, ſi id humiliter petierint, ac de ſtando, et parendo noſtris, et veſtris, ac Sanctę Matris Eccleſię mandatis, in ve-

ſtris manibus, tactis per eos, & eorum quemlibet, corporaliter ſcripturis Sacroſanctis, ad ſancta Dei Euangelia, ſolitum præſtiterint iuramentum: ac honorabiles viri N. & N. N. diœc. aut aliquis eorum, ſuum liberalem præſtiterit conſenſum pariter, & aſſenſum, hac vice dumtaxat, authoritate noſtra, & dictæ curiæ abſoluatis, & communioni fidelium, ac participationi Eccleſiaſticorum Sacramentorum, ſanctæq. Matris Eccleſiæ vnitati, reſtituatis, iniuncta ſibi pro modo culpæ pœnitentia ſalutari: Ipſoſque ſic abſolutos, & reſtitutos publicè nuncietis & faciatis ab alijs in veſtris Eccleſijs, Monaſterijs, Capellis, & locis publicis, vbi, quando, & quoties expediens fuerit, publicè nunciari, & ſuper abſolutione, & reſtitutione huiuſmodi, veſtras litteras authenticas, aut inſtrumentum publicum, ſi illas, vel illud petierint, & habere voluerint, in fidem, & teſtimonium præmiſſorum, dando, & concedendo. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras exinde fieri, & per notarium publicum, noſtrumque, & dictæ curię ſcribam infraſcriptum, ſubſcribi, & publicari mandauimus; Sigillique dictæ curiæ, quo vtimur iuſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum, &c.

Abſolutio ad cautelam breuis, per Auditorem Cameræ.

IOannes Baptiſta, &c. Vniuerſis & ſingulis, &c. Noueritis, quod cum alias honorabilis vir N. mercator Florentin. Roman. Cur. ſequens pro ſe & N. & N. ſociis mercatoribus Rom. cur. ſequen. R. P. D. N. ab omnibus obligationibus ſibi, & dictis ſuis mercatoribus, per eundem R. P. vſque ad diem N. menſis N. anni, &c. liberaſſet, atque quietaſſet, ipſe R. P. dubitans occaſione pręmiſſarum obligationum, in aliquam excommunicationis ſententiam incidiſſe. Cum piarum mentium ſit culpam timere, vbi culpa non reperitur: Ipſum ab excommunicationis ſententia, ad cautelam abſolui, per nos, debita cum inſtantia poſtulauit. Nos tunc N. Auditor præfatus, attenden. requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & conſon. m rationi: De conſenſu præfati N. mercatoris, & dictorum ſociorum mercatorum, pariter, & aſſenſu: dictum R. P. coram nobis genibus flexis cọnſtitutum, & abſolutionem humiliter petentem: ab omnibus, & ſingulis excommunicationis, ſententijs, in eum occaſione præmiſſorum forſan latis, ad cautelam abſoluendum: Ipſumq; communioni fidelium, ac Sacramentorum Eccleſiaſticorum participationi, & Sanctæ Matris Eccleſiæ vnitati, reſtituendum duximus, & abſoluimus, ac reſtituimus per præſentes. In cuius, &c.

Inhibitio Auditoris Cameræ ad Senatorem in curia facta.

IOannes Baptiſta Cicada, &c. vt ſupra in abſolutione ab Auditore Cameræ, vſque Generalis Auditor. Vide etiam ſub littera curialitatis. Magnifico, & Illuſtri viro D. Almæ Vrbis Senatori, pro tempore exiſtentibuſque, & Curiæ Capitolij Locumtenen. Collateralibus, Iudicibus, &

Exequu-

Exequutoribus, Mareſcallis, officiali, ſeu officialibus extraordinarijs, ac omnibus, et ſingulis alijs officialibus eiuſdem Vrbis, præſentibus, et futuris, et eorum cuilibet inſolidum, ad quem, vel ad quos, præſentes noſtræ litteræ peruenerint, ſeu præſentatæ fuerint: Salutem in Domino, et præſentibus fidem indubiam adhibere: ac noſtris huiuſmodi, immò verius apoſtolicis, firmiter obedire mandatis. Quoniam ex fide dignorum recipimus teſtimonio, venerabilem, et diſcretum virum Dominum Alexandrum Peregrinum clericum Comen. Corteſanum, ac Rom. Cur. ſequentem, et in eadem, lites geren. et haben. fore, et eſſe. Ea propter, noſtræ iuriſdictioni ſubiectum: noſq. de ſuis cauſis, tam criminalibus, quàm ciuilibus, agnoſcere habeamus. Idcirco vobis omnibus, et ſingulis ſupradictis, et veſtrum cuilibet, in virtute ſanctæ obedientiæ, et ſub excommunicationis pœna, (quam in vos, et veſtrum quemlibet, huiuſmodi veſtræ inhibitioni contrauenientem, ipſo facto, ferimus in his ſcriptis) tenore præſentium inhibemus: ne vos, aut aliquis veſtrum, contra dictum Alexandrum procedere, aut ipſum alias, tam in perſona, quam rebus, et bonis ſuis, quomodolibet moleſtare, vexare, aut perturbare præſumatis, ſeu aliquis veſtrum præſumat, in noſtræ iuriſdictionis, immò verius Apoſtolicæ Sedis, vilipendium, et contemptum: Sed ipſum Alexandrum in omnibus ſuis cauſis, contra eum, et pro eo motis, et mouendis, ad nos tanquam eius Iudicem ordinarium, et competen. remittere curetis, cum parati ſimus, tam noſtro ex officio, quàm ad cuiuſcunque inſtan. et de eo conqueren. iuſtitiæ miniſtrare complementum: alioquin contra vos, et quemlibet veſtrum, in hac parte rebelles ad dictæ excommunicationis ſententiæ declarationem, ac ad alia grauiora procedemus, veſtra, et cuiuslibet veſtrum rebellione id exigente: In cuius rei teſtimonium, præſentes noſtras litteras exinde fieri, et noſtri ſigilli, quo vtimur, iuſſimus, et fecimus impreſſione communiri. Dat. Romæ in domo ſolitę noſtrę reſiden. Sub Anno, etc. M.D.XLVI. Indictione quarta. die verò N. menſis Maij. Pontificatus Sanctiſſ. &c. Pauli, &c. Papæ Tertij, Anno duodecimo. Præſentibus ibidem honorabilibus, & diſcretis viris, Dominis Marco Antonio Oliuerio, laico Nepeſin. diœc. & Ioanne Sauarino clerico Lugdunen. diœc. Teſtib. &c.

Inſtrumentum petitionis Apoſtolorum.

IN nomine Domini, Amen, &c. Conſtitutus prouidus vir, Magiſter N. in Romana Curia cauſarum, et venerabilium virorum Dominorum Præpoſiti, Decani, et Capituli Eccleſiæ N. procurator, prout de ſuæ procurationis mandato, legitima extitit, facta fides, et eo nomine procuratorio, dixit, et aſſeruit, quod cum alias: ipſe in cauſa, coram præfato Domino N. Auditore, inter dictos N. principales ſuos, et quendam N. aſſertum laicum aduerſarium, de, et ſuper nonnullis decimis, in prima inſtantia pendente. Nonnullos articulos, ſeu materias

articulatas admiſibiles, & releuantes, & parti ſuę vtiles iudicialiter exhibuiſſe, & pro illorum admiſſione, ac teſtium deſuper receptione inſteтiſſent: fuerunt eædem materiæ per pręfatum Dominum Auditorem, tanquam impertinentes, ſaltem tac tè reiectæ: A qua quidem reiectione, & admiſſionis denegatione, cum ad Sedem Apoſtolicam appellaſſent, et dictus D. Auditor, terminum iuris, ſuper huiuſmodi appellatione, Apoſtolos petendi ſibi præfixiſſet, et iam momentum eiuſdem termini inſtet: Idcirco intendens dictæ ſuæ appellationi, tanquam iuſtæ interpoſitæ: Apoſtolos tales, quare de iure habere debeat, ſibi dari, et concedi per præfatum Dominum Auditorem, debita cum inſtantia poſtulauit. Qui quidem Dominus Auditor, certificatus de inſtanti momento ad petendum Apoſtolos: præfato magiſtro N. procuratori, præſenti, inſtanti, & Apoſtolos petenti, reſpondit in hæc verba, vel eis ſaltem in effectu ſimilia, &c. vt ſupra.

DE CITATIONE.

Citatio cum inhibitione inſerta extra Romanam Curiam.

FABIVS Accorombonus, vtriuſque Iuris Doctor, Sanctiſſ. Domini Noſtri Papę Cappellanus, & ipſius Sacri Palatij Apoſtolici, cauſarum, cauſæq. & cauſis, ac partibus infraſcriptis, ab eodem Domino Noſtro Papa, Auditor ſpecialis deputatus. *Vel ſic*. Petrus Vvorſtius Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopus Aquen. vnius ex Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditoribus Locumtenens, cauſæque, & cauſis, ac partibus infraſcriptis à Sanctiſſ. D. N. Papa, Iudex ſpecialiter deputatus. *Vel ſic*. Sebaſtianus Piguinus, vtriuſque Iuris Doctor Sanctiſſ. D. N. Papæ Cappellanus, & ipſius Sacri Palatij Apoſtolici, cauſarum Auditor, cauſæque, & cauſis, ac partibus infraſcriptis, in locum bon.mem. D. Noſtri eiuſdem Palatij Apoſtolici, dum vixit, Coadiutoris noſtri: certæ generalis nobis deſuper factæ, & præſentatæ commiſſionis vigore ſubrogatus, ſpecialiter deputatus. *Vel ſic*. Ioannes Mohedanus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopus Rauellen. Iudex, & Commiſſarius, cauſarum, cauſæque, & cauſis, ac partibus infraſcriptis à Sanctiſſ. Domino Noſtro Papa ſpecialiter deputatus. *Vel ſic*. Hieronymus miſeratione diuina, tituli Sancti Clementis Presbyter Cardinalis Ghinuccius vulgariter nuncupatus, Iudex, & cauſarum, cauſæque, & cauſis, &c. vt in proxima. Vniuerſis, & ſingulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Succentoribus, Sacriſtis, tam Cathedralium etiam metropolitan. quàm collegiatarum, Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Locatenen. eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, & non Curatis, Vicarijs perpetuis,

tuis, Altariſtis, cæteriſque Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis, quibuſcunque per ciuitatem, vel diœceſ. N. ac alias vbilibet conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum, ac illi, vel illis. ad quem, vel ad quos, præſentes noſtræ litteræ peruenerint: Salutem in Domino, noſtris huiuſmodi, immo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod nuper Sanctiſſ. in Chriſto P. D. N. D. Paulus, diuina prouidentia Papa III. quandam commiſſionis, ſiue ſupplicationis cedulam, nobis per certum ſuum curſorem, præſentari fecit, quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recipimus, huiuſmodi ſub tenore. Dignetur, &c. in fine vero dictę commiſſionis, ſiue ſupplicationis, cedulæ, penitus, & omnino diſſimili, & diuerſa hæc verba videlicet, De mandato D. N. Papę, &c. ponatur tota ſignatura. In extremitate vero marginis inferioris eiuſdem commiſſionis, ſiue ſupplicationis cedulę: ſcripta erant, de alienæ manus, littera, ſuperioribus litteris ipſius cedulæ, etiam penitus diſſimi i, & diuerſa hæc verba, videlicet Domini Noſtri Papę. P. P. Cardin. Pariſius. Poſt cuius quidem commiſſionis, ſiue ſupplicationis, cedulę præſentationem, & receptionem nobis, & per nos, vt præmittitur, factas, fuimus per honorabilem virum d. N. principalem, in præinſerta nobis facta, & præſentata commiſſione, principaliter nominatum, coram nobis, perſonaliter conſtitutum, debita cum inſtan. requiſiti. Vel ſic: fuimus per prouidum virum magiſtrum N. in Roman. Cur. cauſarum, & honorabilis viri N. principalis, in præinſerta nobis facta, & præſentata commiſſione, principaliter nominati, procuratorem aſſertum, (prout de ſuæ procurationis mandato legitimam promiſit facere fidem) debita cum inſtan requiſiti. Vel ſic: fuimus pro parte honorabilis viri, d. N principalis, & præinſerta commiſſione nobis, vt pręmittitur facta, et pręſentata, principaliter nominati, debita cum inſtan. requiſiti: quatenus ſibi citationem legitimam, vna cum inhibitione inſerta, extra Roman. Cur. & ad partes, contra, et aduerſus quendam N. exaduerſo principalem, in eadem nobis facta, et repræſentata commiſſione, exaduerſo principaliter nominatum; omneſque alios ſingulos, ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putan. et in exequutione citationis huiuſmodi, nominandos, iuxta, et ſecundum, dictę nobis factæ, et præſentatę commiſſionis, vim, formam, et tenorem: in forma ſolita, et conſueta, decernere, et concedere dignaremur. Nos igitur N. Auditor præfatus, attenden. requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, et conſonam rationi, volentque in cauſa, et cauſis huiuſmodi, et inter partes, in dicta commiſſione contentas, rite, et legitime procedere, ac partibus ipſis, dante domino, iuſtitiam miniſtrare, vt tenemur. Idcirco, auctoritate apoſtolica nobis commiſſa, et qua fungimur in parte; Vos omnes, et ſingulos ſupradictos, et veſtrum quemlibet inſolidum, tenore præſentium requirimus, et monemus, primo, ſecundo, tertio, et peremptorio. Vobiſque nihilominus,

& veſtrum cuilibet in virtute ſanctę obedientiæ, & ſub excommunicationis pęna, quam in veſtrum quemlibet, canonica monitione præmiſſa (ſi ea quæ vobis in hac parte committimus, & mandamus, neglexeritis; ſeu distuleritis contumaciter adimpleri) ferimus in his ſcriptis, diſtricte præcipiendo mandantis: quatenus infra ſex dierum ſpatium, poſt pręſentationem, ſ. u notificationem pręſentium, vobis, ſeu alteri veſtrum, factas. Et poſtquam pro parte dicti d. N. principalis, ſuper hoc vigore præſentium fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus immediate ſequ. Quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies, vobis vniuerſis, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet, pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica, aſſignamus.

Ita tamen, quod in his exequendis, vnus veſtrum alterum non expectat: nec vnius pro alio, ſeu ſuper alium excuſet: præfatum N. ex aduerſo principalem, omneſq. alios, & ſingulos, ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putan. & in exequutione præſentium noſtrarum litterarum, nominandos: in eorum proprijs perſonis, ſi ipſorum præſentias commode habere poteritis: Alioquin in hoſpitiis habitationum ſuarum, ſi ad ea vobis tutus pateat acceſſus, & in parochiali Eccleſia N. N. diœc. Sin autem in cathedrali N. & dicta parochiali N. necnon parochiali, ſeu parochialibus, ſub qua, vel ſub quibus degunt, & morantur, aliiſue Eccleſiis, & locis publicis quibuſcunque de quibus, ac vbi, dum ibidem populi multitudo ad diuina audien. conuenerit, aut alias, legitime congregata fuerit, ex parte noſtra, immo verius Apoſtolica auctoritate, alta & intelligibili voce, peremptorie citare curetis. Ita tamen, quod veriſimile ſit, citationem noſtram huiuſmodi, ad ipſorum citandorum, notitiam, indubiam deuenire, ne de pręmiſſis, vel infraſcriptis, ignorantiam aliquam oſtendere valeant, ſeu etiam quomodolibet allegare: quos nos etiam, & eorum quemlibet, tenore præſentium, ſic citamus: quatenus quadragintadie poſt citationem veſtram huiuſmodi, per vos, ſeu alterum veſtrum, eis factam, immediate ſequen. ſi dies ipſa quadraginta iuridica fuerit, & nos vel alter forſan loco noſtri, ſubrogandus Auditor. Vel ſic. ſi citatio eſt decreta per ſubrogatum. Et nos, vel dictus N. Coauditor noſter, ſeu alter forſan interim ſubrogandus Auditor, ad iura redden. & cauſas audien. pro tibunali ſederimus, vel ſederit: Alioquin proxima die iuridica immadiate ſequen. qua nos, vel eundem ſubrogandum Auditorem pręfatum, Romæ, vel alibi, vbi tunc Dominus Noſter Papa; cum ſua Rom. Cur. reſidebit in Palatio cauſarum Apoſtolico, mane hora audientiæ cauſarum conſueta. Vel ſic: in noſtrę habitationis domo, hora veſperarum, & audentiæ cauſarum more commiſſariorum conſueta, ad iura reddendum, & cauſas audiendum, pro tribunali ſedere contigerit: compareant in iudicio legitime coram nobis, vel dicto domino N. Coauditore noſtro, ſeu ſubrogando Auditore prędicto, per ſe, vel pro-

procuratorem, ſeu procuratores, ſuum, vel ſuos, idoneum vel idoneos, cauſam, & cauſas huiuſmdi ſufficienter inſtructum, ſeu inſtructos, cum omnibus, & ſingulis actis, actitatis, litteris, ſcripturis inſtrumentis, proceſſibus, priuilegiis, aliiſque iuribus, & munimentis, cauſam, & cauſas huiuſmodi tangentibus, ſeu eam, & eas quomodolibet concernentibus præfato Domino N. principali, ſeu eius procuratori legitimo, de & ſuper omnibus, & ſingulis, in ſupradicta nobis facta, & præſentata commiſſione contentis, de iuſtitia reſponſuri: ac in cauſa, & cauſis huiuſmodi, ad omnes, & ſingulos actus, & terminos, gradatim, & ſucceſſiue etiam vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiue, debitis, & conſuetis terminis, & dilationibus præcedentibus, vt moris eſt, proceſſuri, & procedi viſuri, aliaſque dicturi, facturi, allegaturi, audituri, & recepturi, quicquid iuſtitia ſuadebit, & ordo dictauerit rationis. Certifican. nihilominus, eoſdem ſic citatos, quod ſiue in dicto citation. termino, vt præmiſſum eſt, comparuerint, ſiue non. Nos nihilominus, vel dictus dominus N. Coaditor noſter, ſeu ſubrogandus Auditor præfatus, & ad partis comparen. & cauſam, ſeu cauſas huiuſmodi proſequi curantis, inſtan. præmiſſa omnia, & ſingula, ac alias, prout iuſtum fuerit, procedemus, ſeu procedet iuſtitia median. dictorum citatorum contumacia, ſeu abſentia in quo aliquo non obſtante.

Et inſuper attenden. quod lite, & cauſa, ſeu cauſis huiuſmodi, ſic vt præmittitur coram nobis, in Rom. Cur. indeciſis pendentibus, nihil ſit in partibus innouandum per quæcunque, ſeu attentandum. Idcirco vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, quibus præſentes noſtræ diriguntur & cuilibet veſtrum: auctoritate Apoſtolica ſupradicto modo & forma præmiſſis, tenore præſentium, committimus, & mandamus: quatenus poſt legitimam, dictæ citationis exequutionem, Reuerendiſſimo in Chriſto Patri, & domino domino, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopo N. eiuſque in ſpiritualibus, & temporalibus Vicario, ſeu officiali generali.

Vel ſic, ſi eſt pro Epiſcopo, vel contra Epiſcopum. Reuerendiſſimis, & Reuerendis in Chriſto patribus, & dominis quorumcunque locorum ordinariis, eorumque, & cuiuslibet ipſorum in ſpiritualibus, & temporalibus Vicariis, ſeu Officialibus generalibus: ceteriſque Officialibus, Iudicibus, Commiſſariis, Delegatis, Subdelegatis, ordinariis, & extraordinariis quibuſcunque per Ciuitatem, & diœceſ. N. prædictas, & alias vbilibet, conſtitutis:

Et præſertim N. exaduerſo principali ſupradicto, omnibuſque aliis, & ſingulis, quorum intereſt, intererit, & intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quibuſcunque nominibus cenſeantur, & quacumque præfulgeant dignitate, de quibus pro parte antedicti Domini N. principalis vigore præſentium, ſuper hoc fueritis requiſiti, ſeu

alter

alter veſtrum fuerit requiſitus, inhibeatis, quibus nos etiam & eorum cuilibet tenore præſentium, inhibemus: ne ipſi, ſeu eorum alter, in cauſa, & cauſis huiuſmodi, per ſe, vel alium, ſeu alios, publice, & occulte directe, vel indirecte, quouis quæſito colore, vel ingenio, in litis pendentiæ, & iuriſdictionis noſtræ, immo verius Apoſtolicæ Sedis, vilipendium, contemptum, dictique domini N. principalis, iuriſque ſui, præiudicium, & grauamen, lite. & cauſa, ſeu cauſis huiuſmodi coram nobis in deciſis penden. quicquam innouare, ſeu attentare præſumant, ſeu præſumat: Quod ſi ſecus factum fuerit, totum id reuocare, & in ſtatum priſtinum reducere curab mus, iuſtitia median. Diem vero, ſeu dies citationis, & inhibitionis veſtrarum huiuſmodi, atque formam, & quicquid in præmiſſis feceritis, ſeu alter veſtrum duxerit facien. nobis per veſtras litteras patentes, aut inſtrumentum publicum, harum ſeriem, ſeu deſignationem in ſe continen ſiue continens, remiſſis præſentibus quanto citius poteritis, fideliter intimare curetis. Abſolutionem vero omnium, & ſingulorum, qui præfatam noſtram excommunicationis ſententiam incurrerint, ſiue incurrerit quoquomodo: nobis, vel ſuperiori noſtro tantummodo reſeruamus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum: præſens publicum inſtrumentum, huiuſmodi noſtras citationem, & inhibitionem in ſe continen. ſiue continens, exinde fieri, & per Notarium publicum, noſtrumq. & huiuſmodi cauſæ coram nobis ſcribam infraſcriptum, ſubſcribi, & publicari mandauimus, ſigillique noſtri iuſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum, & actum Romæ, apud Sanctum Petrum in Palatio cauſarum Apoſtolico, in quo iure reddi ſolent, nobis inhibi, mane hora audien. cauſarum conſueta ad iura redden. & cauſas audien in loco noſtro ſolito, & conſueto, pro tribunali ſedente; Sub anno &c. indictione, &c. die vero N. menſis N. Pontificatus præfati Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ III. anno duodecimo. Vel ſic. Datum, & actum Romæ, in domo habitationis noſtræ: Sub anno, &c. Præſentibus ibidem diſcretis viris magiſtris N. & N. Notarii publicis ſcribiſque noſtris, Clericis N, & N. diœceſ. teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, atq. rogatis.

DE INHIBITIONE.

Inhibitio ſimplex ad partes.

IOANNES Suauis Romanus, V. I. D. &c. deputatus. Vniuerſis, & ſingulis dd. Abbatibus, &c. vt ſupra in citatione, vſque ad continuationem. Cuiuſquidem commiſſionis vigore, citatione legitima, vna cum inhibitione inſerta, extra Roman. Cur. & ad partes, per nos decreta, & conceſſa, vel ſic, ſi non, eſt decreta citatio, Poſt cuiuſquidem

dem commiſſionis, ſiue ſuplicationis cedulæ præſentationem, & receptionem, nobis, & per nos, vt præmittitur, factas fuimus per prouidum virum, magiſtrum N. in Rom. Cur. cauſarum, & ſupradicti Domini N. principalis, in præinſerta nobis facta, & præſentata commiſſione, principaliter nominati, procuratorem (de cuius procurationis mandato, ſufficienter extitit edoctum) coram nobis conſtitutum, debita cum inſtan. requiſiti: quatenus in cauſa, & cauſis huiuſmodi, modo ſolito, inhibere, ſibique, & parti ſuæ litteras inhibitorias, deſuper opportunas, ſub excommunicationis, alijſque ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis extra Rom. Cur. & ad partes in forma ſolita, & conſueta decernere, & concedere, dignaremur. Nos igitur. Ioannes Suanis Auditor præfatus attenden. requiſitionem huiuſmodi, fore iuſtam, & rationi conſonam: volenteſq; inter partes prædictas, æqualitatem, vt decet, ſeruare: ac dante domino, iuſtitiam miniſtrare, vt tenemur: ac quod in cauſa, & cauſis huiuſmodi, ſic in Roman. Cur. coram nobis in decif. penden. nihil ſit in partibus, perquemcunque attentandum, ſeu innouandum. Idcirco authoritate Apoſtolica, nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte: vos omnes, & ſingulos ſupradictos, & veſtrum quemlibet inſolidum, tenore præſentium, requirimus, & monemus, primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè. Vobiſque nihilominus, & veſtrum cuilibet, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam in vos, & veſtrum quemlibet (ſi ea, quę vobis, in hac parte, committimus, & mandamus, neglexeritis, ſeu diſtuleritis contumaciter adimplere) canonica monitione præmiſſa, fuerimus in his ſcriptis, diſtrictè præcipiendo mandan. quatenus, infra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem ſeu notificationem præſentium vobis, ſeu alteri veſtrum factas: & poſtquam pro parte dicti D. N. principalis, vigore præſentium, fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, immediatè ſequen. Quorum ſex dierum, duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica, aſſignamus; ita tamen quod in his exequendis, vnus veſtrum, alium non expectet, nec vnus pro alio, ſeu per alium, ſe excuſet, acceden, propterea quo fuerit accedendum. Reuerendo in Chriſto Patri, & D. D. N. Dei, et Apoſtolicę Sedis gratia, Epiſcopo N. ſub interdicto ingreſſus Eccleſiæ: eiuſque in ſpiritualibus, et temporalibus Vicario, ſeu officiali generali: necnon venerabili viro, D. N. Præpoſito Eccleſię N. aſſerto Iudici delegato: cęteriſque Officialibus, Iudicibus, Commiſſarijs, Delegatis, Subdelegatis, Ordinarijs, Extraordinarijs quibuſcuuque, quacunque authoritate fungen. et pręſertim N. ex aduerſo principali prædicto: omnibuſque alijs, et ſingulis, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit, quomodolibet in futurum, quibuſcunque omnibus cenſeantur, et quacunque præfulgeant dignitate; de quibus pro parte dicti D. N. principalis, fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum

ſtrum fuerit requiſitus: etiam ſub excommunicationis, alijſque ſententijs, cenſuris, et pœnis Eccleſiaſticis, quas in his ſcriptis ferimus, quaſque quemlibet huiuſmodi noſtræ inhibitioni contrauenien. incurrere volumus ipſo facto, inhibeatis: quibus, et nos etiam, tenore præſentium, ſub ſimilibus pœnis inhibemus: ne ipſi, vel eorum alter, in cauſa, et cauſis huiuſmodi per ſe, vel alium, ſeu alios publicè, vel occulte, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore, vel ingenio, in vilipendium litis pendentis, et iuriſdictionis noſtræ, immo verius Apoſtolicæ, aut in dicti Domini N. principalis, iuriſque ſui præiudicium, et grauamen lite, et cauſa huiuſmodi, ſic coram nobis in deciſ. penden. quicquam attentare, ſeu innouare præſumant, ſeu præſumat. Quod ſi ſecus factum fuerit: id totum reuocare, et in ſtatum priſtinum reducere curabimus, iuſtitia mediante. Diem verò, ſeu dies, inhibitionis, ſeu inhibitionum veſtrarum huiuſmodi, etc. In quorum omnium, et ſingulorum fidem, et euidens teſtimonium pręmiſſorum: pręſentes litteras, ſiue pręſens publicum inſtrumentum huiuſmodi noſtram inhibitionem, in ſe continentes, ſiue continens, exinde fieri, etc. Si habes conficere inhibitionem ad partes, ſub cenſuris Eccleſiaſticis, et pœnis pecuniarijs: videas ſuperius citationem cum inhibitione inſerta, ſub cenſuris, vbi pleniſſimè inuenies.

S. D. N.

PII PAPAE V.

Reformatio Tribunalis Auditoris Cameræ.

MOTV PROPRIO etc. Inter illa, quę in ſingulis in Vrbe Curiis, et Officijs emendanda, ſeu rectius diſponenda decreuims, hęc de Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditoris Officio, ac Tribunali ſeorſum ab vniuerſali reformatione Apoſtolica authoritate perpetuo ſtatuimus, et ordinamus, quę et ab Auditore, et ab eius Locumtenentibus, Curięque ipſius Iudicibus, Notarijs exactiſſimè ſeruari pręcipimus.

In primis, ne quiſquam ex confeſſione debita procuratore ſuo ad id ipſamet obligatione in poſterum conſtituto in iudicio, vel alibi facta condemnetur; niſi idem etiam procurator ad defendendum in iudicio fuerit conſtitutus, et ipſe cum conſtitueretur, defendendi onus huiuſmodi ſponte præſens acceptauerit.

Neque

Neque quiſquam ratione ſui conſenſus in contractu, ſeu quaſi contractu, aut alias in iudicio, vel extra iudicium, per ſe, vel alium quocunque modo, etiam in ſusceptione, quam vocant cenſurarum de cætero praſtiti, purè, aut ſub conditione, aut in diem cenſuris Eccleſiaſticis innodetur, aut innodatus declaretur.

Quinimò nec procuratoris, ad confitendum debitum, conſtitutio in ipſa debiti obligatione, niſi, & ad defendendum vna conſtituatur, & ipſe defendendi onus acceptet, vt præfertur nec cenſurarum, conſenſus, aut ſuſceptio huiuſmodi vſquam recipiatur, vel admittatur, ſiue etiam deſcribatur: neque de his quiſquam rogetur, etiam in Cameralis obligationis formula, ſiue principaliter, ſiue incidenter: neque iudicium vllum, aut vlla exequutio inde fiat, aut decernatur.

Excipimus autem ab his, quæ de confeſſione debiti, & procuratoris ad id conſtitutione, ſupra ſtatuimus, obligationes, quæ de rebus, ac iuribus ad Cameram Apoſt. pertinentibus factæ iam ſunt, aut in poſterum fieri oportuerit, in quibus quoad huiuſmodi confeſſionem, & conſtitutionem, liceat illud idem fieri, quod hactenus eſt obſeruatum.

Quod ſi quando aliqui ſeipſos in Vrbe efficacius obligare voluerint; vt in exactionibus laborandum non ſit, quas pro commodiori hominem commercio faciles eſſe expedit, poterit Iudex parti præſenti, & ſe obliganti pręcipere, vt die certa tunc ſtatuenda ſoluat; monens, quod ſi ea die ſponté non ſoluerit, nulla exinde facta perſonali citatione, ſed pręuia tantum vnica dilatione, quę per affixionem locis conſuetis intimabitur ad exequutionem contra ipſum procedat: & in ſubſidium, vbi exequutio realis, perſonalis facilè fieri non poterit, in ipſum tanquam contumacem, contemptoremq; ſui pręcepti, excommunicationem decernet. Hæc tamen quoad excommunicationem monitio, vbicunque facilis futura eſſet, exequutio non adhibeatur.

Cum autem pręſcripta dies ceſſerit: ea diſtinctio ſeruetur, vt ſi obligatio, vel in Vrbe erit contracta, vel in Vrbe ſit ſoluenda, ſola intimationis affixio pręd.ctę ſufficiat. Si verò extra Vrbem, & obligatio contracta, & ſolutio deſtinata fuerit, non aliter ad exequutionem procedatur, niſi facta legitimè debitori intimatione, dilationis huiuſmodi.

Rurſus vbi in obligatione extra Vrbem facta, pariter ſolutio extra Vrbem deſtinata fuerit, pręter dictam dilationem, detur etiam alia pro loci diſtantia, intra quam docere poſſit, & debeat debitor ſe ſoluiſſe.

Quod ſi parti petenti, ac debitum agnoſcenti, danda videbitur aliquando longior aliqua dilatio ad ſoluendum (intra quam nullum omnino mandatum, aliudue exequutionis genus relaxari poterit) ea erit dierum triginta, aut ſaltem arbitrio Iudicis qui pro debitoris qualitate, & debiti ſumma, vtrum voluerit de prædictis terminis eliget.

Qua in re illud obſeruetur, vt ſi fortè poſt decretum, & relaxatum, atque etiam actuario notario traditū mandatum exequutiuum, viſum fuerit

Iudici

Iudici dilationem hac concedere; non alio poſtea iudicio, aut etiam mandato, opus ſit actori, ſi reus intra dilationem ipſam non ſolucrit, ſed eodem illo, quod antea traditum, aut relaxatum, ſiue decretum fuerat exequutionem ſuam proſequatur.

Sed et in omnibus, quæ aliter quam cum ſupradictis precepto, et monitione vbicunque locorum factæ fuerint obligationibus, et alias ſemper, illud omninò ſeruetur: vt ad excommunicationem cuiuſquam non deueniatur, niſi cuius fuerit erga Iudicem contumacia, ipſo etiam nec tantum procuratore ſuo, quamuis ſpecialiter conſtituto, prius legitimè citato.

Verùm ſicuti antea, earum quæ in forma Cameræ erant obligationum, ita, et harum quæ futuræ ſunt, pro illius iudicium, ſiue cognitio, et exequutio in Vrbe ad Auditorem Cameræ ſolùm ſpectet in vniuerſum: iuxta ſuas facultates: Romanos tamen debitores laicos liceat creditoribus etiam in Curia Capitolij conuenire iuxta priuilegia Populo Romano conceſſa, Quo verò ad clericos, ratione originis, vel beneficij Romanos locus ſit præuentioni inter ipſum Auditorem, et noſtrum in Vrbe Vicarium.

Cæterùm idem Auditor appellationes non aliter audiat, ſiue admittat, quam ſi exhibita fuerit notario in actis appellante fides publica, ſeu publicum inſtrumentum ſententiæ, à qua extitit appellatum, eaque ſit definitiua, vel vim habeat definitiuæ: neque aliter earum ratione inhibeat; quam inſerto in literis inhibitionis toto fidei, ſeu inſtrumenti huiuſmodi tenore.

Quare Iudices, à quibus appellari continget, eorunque notarij, fidem, ſeu inſtrumentum huiuſmodi partibus petentibus, debitam notarijs mercedem ſoluentibus tradent in tempore: alioquin Iudices officio iudicandi, notarij exercitio notariatus, tandiu ſuſpenſi ſint, donec appellanti omnia damna, et intereſſe propterea paſſa ab ipſo Auditore extraiudicialiter æſtimanda reſarſerint. Et nihilominus facta ab appellante fide de ſua petitione, et Iudicis, ſiue notarij denegatione, idem Auditor inhibere, et in cauſa procedere poſſit. Litteras Apoſtolicas, quibus certus, qui per ſeipſum procedat, exequutor præſcriptus eſt, nullo modo exequatur: ſed et omnes præterea, in quarum exequution e pars vocanda fuerit, non aliter exequatur, quam ſeruatis, pro rerum contingentia, conſtitutionibus fel. rec. Bonifacij PP. VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, et concilij generalis de duabus dietis, niſi ipſis conſtitutionibus derogatum fuerit expreſsè in litteris, quæ fuerint exequendæ: ſed et tunc, ne quemquam extra diœceſim vltra tot dietas euocet quot in ipſis litteris expreſſum erit, neue alijs vices ſuas committat, vel ſubdelegет, quam conſtitutis in dignitate Eccleſiaſtica, aut cathedralium Eccleſiarum Canonicis.

Exceptis litteris penſionum, quarum ſolutio in Romana Curia deſtinatur

natur, et his omnibus, quibus, ipſe nominatim exequutor præſcriptus fuerit, his enim caſibus poſſit ad ſe vndecunque, et quocumque partes euocare.

Monitoria generalia, vulgo Significauit, appellata, quę ſcilicet, vt aliquid reueletur, ſeu reſtituatur, vel probetur, cum cenſuris Eccleſiaſticis publicari ſolent, nullo modo decernat, ſiue expediat.

Similiter nihil ſine ſpeciali noſtra commiſſione decernat, aut faciat, aut mandet, quod Epiſcopos, aut alios locorum ordinarios impedire poſſit, ne ad exequutionem decretorum Sacri Concilij Tridentini, correctionemque morum procedant.

Ab omnibus autem, et ſingulis iis, quæ ad eius iuriſdictionem ſecundum præmiſſa pertinere nolumus, vſque adeo abſtineat, vt neque monitoria, neque citationes, neque inhibitiones, neque ſequeſtra, neque mandata de manutenendo, neque aliud quicquam, quocunque ſub prætextu, ſuper iis aut ipſe decernat, aut ab aliis decreta reuocet, et pariter eius notarii nihil omnino expediant, aut etiam ſcribant, ſub pœna omiſſionis officij.

In cauſis vero ſui for ciuilibus, etiam in quibus ſummarie, et ad inſtar beneficialium procedendi, ei conceſſa eſt facultas: nunquam omnino ad pœnas contumaciales deueniat, ſed potius receptis probationibus ab negocium principale ſpectantibus, datoque competenti termino parti abſenti, demum ſuper his ſeruatis ſeruandis diffinitiue pronunciet, etiam ſine litis conteſtatione.

Mandata de manutenendo, nunquam, niſi parte legitime citata, & compendioſa, ac ſummaria cauſæ cognitione adhibita, decernat.

Idem & in ſequeſtris ſeruetur, niſi aliqua ratione timendum ſit Iudicis arbitrio, de ſuſpicione fugę, vel bonorum dilapidatione.

Ne autem contingat, vt abſentes, & in remotiſſimis ab Vrbe partibus degentes, ſi ob prętenſum aliquod crimen moneatur ad perſonaliter comparendum, deinde inculpabiles reperti, maxima itineris incommoda, & diſpendia nulla ſua culpa pati ſinat, neminem poſthac extra Italiam exiſtentem ad comparendum perſonaliter moneat, niſi facto verbo nobiſcum, de quo verbo habita fiat mentio in litteris monitoriis.

Poſtremo Notarii nihil vnquam cuiuſuis generis ſcripturæ ad iudicium pertinentis, quod extra Curiam mittendum ſit, expediant, & parti tradant. niſi cum ſubſcriptione Auditoris, vel eius Locumtenentis.

Circa impenſas autem, quæ à partibus pro ſcripturis, & expeditionibus faciendæ ſunt, vel vltra ea, quæ in vniuerſum in omnibus curiis obſeruari volumus, infraſcripta ſpecialiter in eadem Curia Auditoris, etiam in cauſis pendentibus obſeruentur.

In cauſis, quæ ordinariæ, ſecundum Auditoris facultates in eis tribunal. introductæ fuerint, vel in toduci potuerint, ſiue poſt cœptam cau-

ſam ſuperueniat commiſſio, ſiue ante impetrata ſit, ſiue in prima, ſiue in vlteriori inſtantia, nulla in re augeat impenſam; ſed quo ad hoc habeatur ſemper cauſa pro ordinaria, ita etiam ratione, ſententiæ, neque notarij, neque Iudices quicquam propterea accipiant, vltra, quod accipere potuiſſent, ſi commiſſio non adeſſet.

Siue igitur adſit commiſſio, ſiue non, in cauſis ordinariæ ad hunc forum pertinentibus exigatur vt infra, & non amplius.

Sit itaque pretium perfectæ expeditionis, taxa, & aliis omnibus comprehenſis.

Pro monitorio ſpeciali ad partes, iul. nouem.

Pro monitorio ſpeciali per edictum, iul. duodecim.

Pro monitorio in vim Bullæ Eugenianæ, iul. duodecim.

Pro Eugeniana per edictum, iul. quindecim.

Pro monitorio in vim Bullæ cœnæ Domini, iul. duodecim.

Pro citatione cum inhibitione, vigore appellationis extra Curiam, cum inſertione inſtrumenti ſententiæ à qua appellatur, iul. decem.

Pro inſtrumento remiſſoriæ, iul. nouem.

Pro inſtrumento litis pendentię extra curiam, iul. nouem.

Pro tranſumpto ſimplici vnius Bullæ, ſeu inſtrumenti, aut cedulæ, vel etiam plurium ſimilium, vel aliorum iurium in eodem tranſumpto deſcriptorum, ſi fuerint in forma probanti, iul. duodecim.

Si vero in forma vidimus iul. nouem: habita tamen ratione exceſſus ſcripturarum arbitrio Iudicis, quo ad laborem notarii.

Pro ſequeſtro extra Curiam, iul. nouem.

Pro litteris ſuperuenientiæ, quę non taxentur, iul. quatuor, vna cum ſigillo.

Pro fide legalitatis apponendę in inſtrumentis notariorum, in totum vna cum ſigillo, iul. duo.

Pro mandato de exequendo, iul. nouem.

Pro nota ſententiæ nihil exigatur.

Pro ſportulis etiam nihil.

At in cauſis, quæ per commiſſionem introducuntur, & ab initio ſunt commiſſariæ, neque alias ad huius fori cognitionem ſpectant, ſoluatur vt ſequitur.

Pro citatione vigore commiſſionis abſque inhibitione extra Curiam iul. nouem.

Pro citatione cum inhibitione ſimplici. iul. vndecim.

Pro citatione cum inhibitione ſub cenſuris, iul. quatuordecim.

Pro citatione cum inhibitione ſub cenſuris per edictum etiam pro neceſſario examine, iul. decem & octo.

Pro inhibitione ſimplici extra curiam, iul. nouem.

Pro inhibitione extra curiam ſub cenſuris, iul. duodecim.

Pro inhibitione in curia, iul. tres cum dimidio.

Pro mo-

Pro monitorio ſpeciali, iul. quindecim.

Pro noti. ſententiarum diffinitiuarum, quæ in ſcriptis proferuntur in prima inſtantia, iul. quadraginta, in ſecunda, iul. triginta, in tertia, iul. viginti.

Pro nota abſolutoriæ, & ab obſeruatione iudicij, iul. quindecim.

Pro nota interloquutoriæ, iul. quindecim.

Pro nota declaratoriæ, iul. octo.

Pro mandato de exequendo, iul. quindecim.

Pro ſequeſtro, iul. quindecim.

Pro ſportulis iudicum pro ſententijs diffinitiuis ex ſcripto proferendis, non vltra id, quod in alijs curiæ tribunalibus ordinarijs à fel. rec. Pio Papa IV. præſcriptum eſt.

De cæteris verò actis, ſcripturis, & expeditionibus infraſcriptis, ſiue cauſæ ſint ordinariæ, ſiue commiſſariæ, ſoluatur tantummodo infraſcriptum pretium, videlicet.

Pro compulſorialibus generalibus, ſiue ſpecialibus, iul. duodecim.

Pro palmo rotuli remiſſoriæ, iul. tres. Sit autem palmus linearum triginta, & linea ſyllabarum decem & octo.

Pro inſtrumento remiſſoriæ, iul. duodecim.

Pro inſtrumento litis pendentiæ in Curia, iul. quatuor cum dimidio.

Pro interdicto ſpeciali, iul. quindecim.

Pro inſtrumento relaxationis interdicti, iul. quindecim.

Pro exequutorialibus, iul. triginta ſex.

Pro mandato de immittendo in poſſeſſionem vigore litterarum Apoſtolicarum, ſeu in forma breuis, iul. decem.

Pro abſolutione, ſiue abſolutionis commiſſione pro vno, iul. nouem.

Pro duobus litis conſortibus, iul. quatuordecim.

Pro tribus litis conſortibus, iul. decem & octo.

Pro quatuor litis conſortibus, iul. viginti tres.

Vltra quatuor, quotcunque addantur perſonæ litis conſortes, nihil augeatur pretium expeditionis.

Pro capitulo, collegio, confraternitate, aut vniuerſitate, iul. 50.

Pro inſtrumento abſolutionis, iul. duodecim.

Pro decretis à Iudice prolatis, non ex ſcripto, etiam vim definitiuæ habentibus, eorum nota, & ſportulis, nihil.

Pro ſimplici fide etiam plurium actorum, iul. duo.

Pro examine teſtium cum articulis, & interrogatorijs in cauſa, quę ſit ęſtimationis à quinquaginta ſcutis ſupra, vſque adquamcunque ſummam, ſi articuli non excedant numerum vigintiquinque interrogatoria numerum trigintaquinque, in domo, vel officio notarij, iul. quatuor. Extra verò officium, non vltra duplum.

In cauſa eſtimationis à quinquaginta ſcutis infra, ſoluatur tantùm pro dimidia: quod ſi articuli excedant numerum vigintiquinque, &

Ff inter-

interrogatoria triginta quinque, ſoluatur merces Notarij arbitrio Iudicis.

Pro inſtrumento ſententiæ, ſi extrahatur iul. quindecim.

Pro inſtrumento declaratoriæ, non tamen vigore obligationis in forma Cameræ, iul. duodecim.

Pro brachio ſæculari ob non paritionem monitorij, aut litterarum Apoſtolicarum, vel exequutorium: iul. triginta.

Pro mandato ſuſpicionis fugæ, vſque ad quamcumque ſummam, etiam in vim obligationis Cameralis decreto, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de conſignando, vigore ſequeſtri, etiam vbi pro illius verificatione debitor prius fuiſſet conuentus via exequutiua, vigore obligationis Cameralis, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de conſignandis pignoribus ſubhaſtandis, aut delibetandis, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de relaxando pro debito ciuili, iul. quatuor cum dim.

Pro mandato in cauſis ciuilibus loco litterarum pro parua ſumma, iul. quatuor cum dimidio.

Computatio in his omnibus mandatis, iulio ſigilli.

De pretio autem ſic præſcripto, in omnibus ſupradictis expeditionibus, ſiue ordinarijs, ſiue commiſſarijs, dentur Auditori, & maſſæ notariorum, item (quoad ordinarias) Camerario eædem portiones, quæ & prout antea pro eiſdem expeditionibus dabantur, nulla ex parte diminutæ. Reliquum quod ijs portionibus detractis ſupererit, ſit Notarii expeditionis, præterquam in expeditione abſolutionis, ſiue commiſſionis abſoluendi, in qua ſingulis detrahatur pro rata, ita vt non tantum portio notarii, ſed cuiuſque aliorum minuatur ad rationem, vt tantum vnicuique portioni pro eiusmodo decreſcat, quantum omnibus in vniuerſum detraximus.

Pro mandato exequutiuo, ſiue brachio, vbi inuocatione opus fuerit ſæculari, per omnia expeditio, omnibuſque comprehenſis, pretium ſit, vt infra, videlicet.

Ab vno ſcuto, vſque ad quindecim, iul. quatuor cum dimidio.

A ſcutis quindecim, vſque ad vigintiquinque, iul. vigintiduo.

A ſcutis vigintiquinque, vſque ad quingentos, iul. trigintatres.

A ſcutis quingentis, vſque ad mille iul. ſexaginta ſex.

A ſcutis mille, vſque ad quamcunque ſummam, iul centum, & decem.

Hoc autem pretium ita diuidatur, vt ex iuliis vigintiduobus, Auditor habeat iul. ſex. Camerarius pro ſigillo habeat iul. quatuor cum dimidio. Maſſa Notariorum habeat iul. quatuor cum dimidio. Reliquum habeat Notarius expeditionis.

Ex aliis trigintatribus, Auditor habeat iul. octo, & baiochos duos cum dimidio, Sigillum iulios quinque cum dimidio. Maſſa habeat iulios octo, & baiochos duos cum dimidio. Reſiduum Notarius.

Ex

Ex iulijs ſexaginta ſex, Auditor habeat iul. ſexdecim cum dimidio, Sigillum iulios vndecim, Maſſa iulos ſexdecim cum dimidio, Notarius quod ſupereſt.

Ex iulijs centum, & decem, Auditor habeat iulios vigintiquatuor, & baiochos ſeptem cum dimidio. Sigillum iulios ſex decim cum dimidio, Maſſa iulios vigintiduos, Notarios reliquum.

Ad conſtituendas autem ſupradictas ſummas, computentur iulij vndecim pro ſingulo ſcuto, quilibet vero iulius ſit decem baiochorum,

Cenſurarum Eccleſiaſticarum nomine nihil accipiatur, vel in expeditione mandati exequutiui, ſeu brachij ſecularis, vel ſeorſum ab eo, nec vſquam alias, niſi vbi ad illas rite proceſſum fuerit re ipſa.

Cum vero ad illas procedi contigerit: tunc pro declaratoria, aggrauatoria, & reaggrauatoria ſimul iunctis, & totali earum omnium expeditione, tantumdem exigatur, quantum pro mandato, ſeu brachio ſeculari, habita ratione prædictæ diſtinctionis ſummarum, itaut omnis impenſa vtriuſque expeditionis, mandati ſcilicet, vel brachij ſecularis, et cenſurarum ſimul collecta, duplum non excedat eius pretij, quod mandato, ſeu brachio ſeculari ſupra taxatum eſt, pro qualibet ſupradictarum ſummarum. Excepta vltima maiori ſumma, videlicet à mille ſupra. In ea enim ſumma etiam ſi contingat vltra, vel poſt mandatum exequutiuum, ſeu brachium ſęculare, cenſuras quoque relaxari, nihil tamen earum nomine exigatur; ſed tantum præter id pretium, quod pro ſolo mandato, ſeu brachio ſęculari ſupra taxatum eſt accipi poſſit vltra mercedem pro ſcriptura.

Nunquam tamen cogantur partes inuitæ, vna cum mandato exequutiuo, ſeu brachio ſęculari, cenſurarum quoque expeditionem accipere, aut earum expeditionis pretium ſoluere, etiam ſi ad cenſuras ipſas in ſubſidium contra contumacem, Iudex comminando rite proceſſerit; & extra loca temporalia Dominio Sanctę Romanę Eccleſię ſubiectam, vel etiam extra Italiam expeditio mittenda foret.

Quod ſi forte quiſquam legitime ſeruatis proceſſibus, vtramque expeditionem, mandati ſcilicet, ſeu brachij ſecularis, & cenſurarum eoſdem tempore habere voluerit: tunc apponatur verbis expreſſis in ipſa expeditione, quoad cenſuras, ne is pretium, quoad illarum ratione expedit vllo modo repetere poſſit ab ijs contra quos decretæ, & probatæ fuerunt, niſi aduerſus eoſdem, vigore mandati exquutiui, ſeu brachij ſecularis, non ſatisfacientes, aut alias non parentes, cenſuris ipſis neceſſe fuerit vti.

Ipſius vero expeditionis cenſurarum pretium prędictum eadem ratione, & eiſdem portionibus diuidatur, quibus pretium mandati exequutiui, ſeu brachij ſecularis, vt ſupra dictum eſt.

Pro duplicatis etiam poſt quodcumque tempus expeditis, nihil exigatur præter ſcripturę mercedem.

Pro ſigillo paruo appenſo in qualibet expeditione,ſoluatur iulius vnus tantum, vbi non adeſt minor taxa.

Pro mandatis exequutiuis, vel alijs quibuſcumque expeditionibus, Notarij nihil recipiant, niſi illis effectualiter partibus conſignatis.

Nec partes ipſę cogantur accipere aliquam expeditionem niſi eam quam voluerint.

Pauperibus etiam expeditiones in forma pauperum, miſerabilibus vero gratis omnino tradant, etiam ſcripturæ mercedem, diſtinctio vero illarum perſonarum Iudicis arbitrio remittitur.

Pro terminis coram Iudice ſeruandis, Iudicibus informandis,ſcripturis ad eos deferendis, ſeu etiam in officio perquirendis, regeſtris, ſeu extractionibus tranſportandis, & alijs huiuſmodi, Notarij, vel eorum ſubſtituti & in eorum officijs ſcribæ, & copiſtæ, etiam nomine regularium,ſeu bibaliorum, nihil prorſus etiam à ſponte dantibus accipiant.

In cauſis criminalibus expeditionum, quæ erunt eiuſdem generis, ſeu nominis, cuius ſunt ſupraſcriptæ, pretium augeri non poſſit vltra tertiam partem eius, quod ſupra in ciuilibus præſcriptum eſt.

In regeſtris extractibus, copijs indiciorum, & alterius quam ſupradicti generis, ſeu nominis expeditionibus criminalibus, ſeruetur taxa ab eodem Pio prædeceſſore alijs tribunalibus ordinarijs Vrbis præſcripta.

In omnibus expedition.imo earum parte Notarius apponat integram ſummam eius, quod vere expoſitum fuit, ſub his verbis, videlicet. Expoſuit in totũ tantũ: idemq.etiam in lib. expeditionũ ipſius Notarij deſcribatur

Et vt præmiſſa omnibus pateant,ſciatq. quilibet, quid, & quantum in præmiſſis exponere debeat, quilibet Notarius Auditoris teneatur poſt hac tabulam ſupradictorum pretiorum expeditionum litteris maiuſculis, ordinate, & diſtrincte ſcriptam, in eius officio palam loco eminenti, & cognito proponere, & ſemper retinere:

Conſtitutionis item, quæ tam à nobis, quam ab aliis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ad reformationem huius Curiæ pertinentes emanarunt, & in futurum emanabunt, modo his contrariæ non ſint, omnino in eadem curia obſeruentur.

Diſtrictius inhibentes Auditori, ſub indignationis noſtrę,& Locumtenentib. ſiue iudicib. ac notariis prædictis, ſub priuationis officiorum ſuorum hmôi,& aliis etiam grauioribus noſtro, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis arbitrio infligendis, & applicandis pęnis, ne de expeditionib & aliis ſibi per præſentem interdictis, ac contra præſentis formã & tenorem, etiã quorumuis priuilegiorum, & indultorũ, ac litterarũ eis quomodolibet conceſſarũ, aut cõſuetudine, & ſtyli immemorabiliter obſeruari, vel alio quouis prætextu ſe intromittere quoquomodo audeant.

Decernentes quæcunque decreta, & acta, ab eiſdem Auditore, Iudicibus, & Notariis pro tempore contra pręſentis formam, & tenorem manata, & facta, nulla, & inualida, ac extorta, & ſubreptitia, nulliuſque

robo.

roboris, vel momenti fore, & cenſeri, neminique propterea ſuffragari poſſe, vel debere, Et ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſt ac ſtylo, conſuetudine, ac quocunque temporis curſu, etiam immemorabili roboratis, priuilegijs quoq. indultis, eidem tribunali, ac illius Auditoratus officio & Auditori etiam in eiuſdem officii erectione, & inſtitutione, ac Iudicibus & Notariis ipſis illorumque Collegio etiam ſimili motu, etiam conſiſtorialiter, &c. ſub quibuſcunq. tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, & alias quomodolibet, etiam per non conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi præſenti pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcunque, & quibuslibet aliis priuilegijs, indultis, & litteris Apoſt. generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, non obſtantibus per quæ præſenti non expreſſa vel totaliter inſerta, effectus præſentis impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumcunq. totis tenoribus ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum habenda eſſet mentio ſpecialis.

Vt autem præſens Motus proprius ad omnium notitiam deducatur, ac omnes quorum intereſt, vel intereſſe poterit afficiat, volumus, et mandamus, illius copiam in Palatii noſtri Apoſtolici, ac domus, ſeu curiæ prædicti Auditoris valuis, necnon acie Campi Floræ affigi, et ibidem relicta eius copia aliquandiu detineri.

Volumus item, quod præſentis Motusproprii ſola ſignatura ſufficiat & vbiq. fidem faciat in iudicio, et extra, regula contraria non obſtante, Quodque eius tranſumptis Notarii publici manu ſubſcriptis, & perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ ſigillo ſignatis, plenæ, & indubia fides eaque prorſus adhibeatur in iudicio, et extra, quæ præſenti adhiberetur, ſi foret exhibitus, vel oſtenſus.

Placet, et ita Motu proprio ſtatuimus, et mandamus M.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, duodecimo Kalen. Decembris, Anno Quinto.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo Quingenteſimo ſeptuageſimo

indictione decimatertia, die verò quarta Menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno eius quinto, Retroſcriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis retroſcriptis, Necnon præſentatæ, intimatæ, & notificatæ fuerunt Illuſtriſ. & Reuerendiſs. Patri D. Alexandro Riario curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, eidemque data copia, Et etiam R. P. D. Vincentio Fuſcherio in ciuilibus, & Magnifico D. Vincentio Bellutio in criminalibus eiſdem Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo P. D. A. C. Locumtenentibus, & D. Ioanni Antonio Curto Notario, & Menſario Dominorum Notariorum eiuſdem R. P. D. A. C. videlicet data copia per me Ioannem Andream Rogerium præfati S. D. Papæ Curſorem.

LITTERAE

S. D. N. GREGORII

PAPAE XIV. FACVLTATVM.

Illuſtriſ. & Reuerendiſſ. P. D. Camillo Burgheſio Protbonotario Apoſtolico, vtriuſque Signaturæ Referendario, Curiæque cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori conceſſarum.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

DIlecto Filio Mag. Camillo Burgheſio, Presbytero Romano V. I. D. Cappellano noſtro, & cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad generis nobilitatem, eximiamq; doctrinam, ac in rebus gerendis experientiam, & dexteritatem, necnon fidei, & iuſtitiæ zelum, ac integritatem, ſingularemq; probitatem, & cæteras virtutes quibus clarè dignoſceris, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum, ac indebitè ſperantes, quod ea; quæ tibi duxerimus committenda, ſumma cum prouidentia, & exacta diligentia laudabiliter exequeris: dignum, quin potius debitum reputamus, vt perſonam tuam condignis honoribus, & gratijs proſequamur. Alias ſiquidem fel. rec. Sixtus Papa V. prædeceſſor noſter, officium generalis Auditoratus, ſeu Audientiæ cauſarum curiæ Cameræ Apoſtolicæ, quod dilectus filius noſter Auguſtinus Sancti Adriani Diaconus Cardinalis Cuſanus nuncupa-

tus

tus, tempore aſſumptionis de perſona ſua ad Cardinalatus honorem per eundem Sixtum prędeceſſorem factę obtinebat, per aſſumptionem huiuſmodi, aut aliàs tunc vacans, cum officio correctoris Archiuij Romanę Curię, alijſque illi annexis, ac omnibus, & ſingulis ſuis honoribus, priuilegijs, necnon ex diſmembratione, & ſeparatione ſex millium ſcutorum monetę Romanę annuorum ad rationem decem iuliorum eiuſdem monetę pro quolibet ſcuto huiuſmodi ex fructibus dicti officij Auditoratus, per eundem prędeceſſorem tunc ex certis cauſis factis eidem Camerę, ſeu applicatorum; remanentibus iuribus, regalibus, & emolumentis conſuetis, ac facultatibus, & indultis, necnon decretis etiam in ordine, & modo procedendi in cauſis, eidem Auguſtino Cardinali, & pro tempore fuerant cauſ rum curię huiuſmodi generalibus Auditoribus, etiam per pię memorię Iulium Secundum, Leonem Decimum, Clementem Septimum, Paulum Tertium, Iulium etiam Tertium, & alios quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam eundem Sixtum prædeceſſorem, & Sedem Apoſtolicam, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clauſulis, & decretis, tam ſub plumbo, quàm in forma Breuis, & aliàs ex vſu, ſtylo, & conſuetudine, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis quondam Horatio Burgheſio, cauſarum curię huiuſmodi, dum viueret, Auditori Apoſtolica authoritate conceſſit, & aſſignauit: ipſumque Horatium ad eius vitam ſuum, & pro tempore exiſtentium Romanorum Pontificum, & dilecti filij noſtri Henrici, tituli Sanctę Pudentianę Presbyteri Cardinalis Caietani nuncupati, & pro tempore exiſtentis Camerarij Sanctę Romanę Eccleſiæ, & curię cauſarum huiuſmodi generalem Auditorem, cum honoribus, oneribus, priuilegijs, iuribus, regalibus, emolumentis, facultatibus, & decretis prędictis conſtituit, & deputauit: ac in locum dicti Auguſtini Cardinalis, ad huiuſmodi Auditoratus officium, eiuſque liberum exercitium ſubſtituit, ac ſubrogauit. Et quia dictus Horatius in eiuſdem Sixti prædeceſſoris, & dictæ Sedis ſubuentionem, pro pretio emolumentorum dicti officij Auditoratus, ſexaginta millia ſcuta monetæ decem iulijs pro quolibet ſcuto huiuſmodi ſoluere promiſerat, ac realiter, & cum effectu perſoluere intererat: idem Sixtus prædeceſſor propterea eundem Horatium, ab eodem officio Auditoratus, illius vita durante, per eundem Sixtum prædeceſſorem, vel ſucceſſores ſuos Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, aut Sedem, & Cameram prædictas, etiam ex quauis cauſa, inuitum amoueri non poſſe, nec illud, eique aſſignata, & remanentia ex diſmembratione ſex millium ſcutorum monetæ annuorum, ad rationem decem iuliorum pro quolibet ſcuto huiuſmodi, ſupra ab eodem Sixto prædeceſſore facta, iura, regalia, emolumenta, cæteraque ſupradicta in toto, vel in parte imminui, vel ſubtrahi poſſe voluit, & mandauit. Quinimmo

officium Auditoratus huiuſmodi ad tres annos, à data litterarum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi computandos, per dicti Horatij obitum minime vacare, ſeu dicti Horatij interea decedentis, ſucceſſorem ad ſoluendum eiuſdem Horatij Hæredibus: ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, & non alteri, integrum eiuſdem officij pretium ſexaginta millium ſcutorum prædictorum teneri; ita quod illud totum integrum pretium deberet omnino peruenire ad eoſdem hæredes, & non ad Cameram prædictam, vel alios quoſcunque earundem litterarum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi reuocatione, ſiue per eundem Sixtum prædeceſſorem, ſiue per ſucceſſores in futurum quouis modo facienda, etiam per viam legis, ſeu regulæ generalis Cancellariæ, quæ in eo caſu nulla eſſet, & inualida, & conceſſionem Sixti prædeceſſoris huiuſmodi minimè comprehenderet, etiam ſi verbis quantumuis generalibus, & vniuerſalibus concepta eſſet, quia eidem Horatio, illiuſque vt præfertur hæredibus, hoc ſpeciale priuilegium ita conceſſum eſſe voluit, etiam in vim contractus ſpecialiter inter Sixtum prædeceſſorem, & Cameram prædictos ex vna, ac eundem Horatium ex altera partibus initi, vt per quamcunque generalem, ſeu vniuerſalem conſtitutionem, ſub quibuſuis verbis conceptam, etiam cum clauſula, quod tenores haberentur pro expreſſis, nullatenus id reuocatum cenſeretur, ſeu ei in aliquo derogatum, ipſiuſque Horatij hæredes, ad huiuſmodi pretium ſexaginta millium ſcutorum, & pro illo ad officium Auditoratus huiuſmodi, vſque ad integram dicti pretij ſolutionem directam haberent actionem, ac eos, & non alios ſuper pretium ſexaginta millium ſcutorum, & pro illo ad officium Auditoratus huiuſmodi, vſque ad integram dicti pretij ſolutionem, directam haberent rationem, ac eos, & non alios ſuper pretio huiuſmodi, quale, et quantumcunque foret, cum perſona eidem Sixto prædeceſſori, vel illius ſucceſſoribus prædictis beneuiſa, ad dictum Auditoratus officium pro tempore deputanda, antequam ad illud deputaretur libere, et licitè conuenire, et contrahere, neque perſonam deputandam huiuſmodi, antequam de dicto pretio, vt præfertur, integrè ſatisfeciſſet, poſſeſſionem dicti officij Auditoratus, ſeu illius exercitij apprehendere: nec eum, aut alium quempiam illud interim, etiam per modum prouiſionis, niſi de fructibus, et redditibus ex illo quomodolibet prouenientibus, hæredibus, et aliis prædictis re ipſa reſponderet, et eorumdem hæredum ad id accederet aſſenſus, exercere poſſe: necnon eundem Horatium intra ſpatium eorundem trium annorum, de dicto pretio, ſeu officio, per viam legati donationis, etiam cauſa mortis, teſtamenti, ſeu alterius cuiuſcunque vltimæ voluntatis, ſeu etiam cuiuſuis contractus inter viuos, in toto, vel in parte, in vnius, vel plurium, et diuerſarum perſonarum fauorem, diſponere, et ordinare, illudque traſmittere, et transferre, etiam ab

inte-

inteſtato, dicta authoritate liberè, et validè poſſe, nec fructus ex eodem Auditoratus officio pro tempore perceptos, in ſortem illius pretii connumerari, nec Horatium, illiſque hæredes prædictos ſuper his, et aliis omnibus prædictis per Sanctæ Romanæ Eccleſię Camerarium, Vicecamerarium, ipſamque Cameram, ac illius Theſaurarium, Clericos, Præſidentes, et Commiſſarios, ac eiuſdem Sixti prædeceſſoris, et pro tempore exiſtentem Datarium, vel quoſcunque alios quauis authoritate fungentes, quouis prætextu, etiam nomine, et actione ſpoliorum, vel aliàs quomodolibet moleſtari, aut inquietari debere declarauit, etiam ſi officio Auditoratus huiuſmodi ex fructibus, redditibus, & prouentibus Eccleſiaſticis emptum foret, et ex ſexaginta millium ſcutorum huiuſmodi ſummam longe maiorem excederet, et ad quamcunque etiam notabiliſſimam ſummam aſcenderet: quam totam, et integram tam idem Horatio, quàm alteri, qui ſibi in dicto officio ex reſignationis cauſa mediatè, vel immediatè ſuccederet, ac etiam dicto Horatio infra dictus tres annos vita functo, illius hæredibus, et ſucceſſoribus prædictis inter viuos etiam irreuocabiliter donauit, et liberaliter remiſit, ac totum, et integrum pretium prædictum, qualecunque, et quantumcunque foret, dicti Horatii, ipſoque Horatio infra dictos tres annos decedente, hæredum prædictorum omnino eſſe voluit. & nihilominus pro dicti Horatij, illiusque hæredum, ac in officio Auditoratus huiuſmodi ſucceſſorum prædictorum ſecuritate, & indemnitate, ac omnium, & ſingulorum prædictorum obſeruatione, & executione, etiam nomine, & loco damnorum, & intereſſe, quæ eundem Horatium, & illius hæredes, & ſucceſſores huiuſmodi pati contigeret, & pro euictione generali, & particulari, defenſione, & manutentione, ac confirmatione perpetuis, & aduerſus quaſcunque perſonas ius quomodolibet deſuper habentes, ſeu habere tunc, & pro tempore prætendentes, omnia, & ſingula eiuſdem Cameræ, iura, res, & bona quæcunq præſentia, & futura nedum generaliter, verùm etiam ſpecialiter, & expreſsè in ampliſſima d. Cameræ forma, cum omnibus, & ſingulis clauſulis, decretis, & cautelis in ſimilibus opponi ſolitis, & conſuetis eidem Horatio, illiusq; hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis obligauit, & hypothecauit necnon quatenus per conſequendo d. officio ab alijs maius pretium dicta ſumma ſexaginta millium ſcutorum quandocunq. reperta foret, vel reperiri contingeret, illud omne, & totum cuiuſcunq. quantitatis, & ſummę, foret etiam ſi dimidiam, vel maiorē partem iuſti pretij excederet eidē Horatio, gratioſè, & irreuocabiliter, ac perpetuò etiam donatione inter viuos remiſit, & condonauit. Decernens eaſdem litteras ad probādum plenè, quod eadē omnia in Sixti prædeceſſoris, ac Sedis, & camerę prædictorum ſubuentionē conuerſa forent, aliaſq; pręmiſſa vbique tam in iudicio, quàm extra ſufficere, nec ad id alterius probationis admini-

minicnlum requiri, ac nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis Sixti prædeceſſoris huiuſmodi, aut alio quouis defectu etiam ex eo, quod intereſſe forſan habentes ad id vocati non fuiſſent, vel ex quauis cauſa quantumuis vrgenti legitima, & iuridica etiam neceſſario exprimenda notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, & in ius, ac controuerſiam reuocari, aut aduerſus illas quodcumque iuris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, minuſque ſub ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, etiam ſub ea, per quam in principio aſſumptionis cuiuslibet ad ſummi Apoſtolatus apicem reuocarentur, facultates percipiendi pretia officiorum, in toto, vel in parte, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per quemcunque Romanum Pontificem de officiis vacaturis, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroſo, ac ſub quacunque verborum forma pro tempore factis, ſeu ſub quibuſuis aliis conſtitutionibus, decretis, & declarationibus, generalibus, & ſpecialibus, quomodolibet tunc editis, & edendis, ac factis, & faciendis, etiam cum quibuſuis derogatoriarum derogatoriis, verborumque expreſſionibus, quantumcunque prægnantibus, comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & cum in quo antea quomodolibet erant, ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie etiam ſub quacunque data per Horatium, illiuſque hæredes, & ſucceſſores huiuſmodi ex altera partibus, rite, & recte initi, & ſtipulati, ac etiam vtrinque iurati habere, & perpetuo obtinere dictamque Cameram Horatium, illiuſque hæredes, & ſucceſſores prædicto in iuribus huiuſmodi tuendos, & ab omni incommodo damno læſione, lite, cauſa, & controuerſia immunes indemnes, & exemptos conſeruandos teneri, obligatam eſſe, ac foro: ſicque & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici auditores, ac S. R. E. Cardinales, in quauis inſtantia ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, auctoritate, iudicari, et deffiniri debere: ac ex nunc irritum, et inane quidquid ſecus ſuper iis, et circa ea quauis auctoritate, etiam ab eodem Sixto prædeceſſore, illiuſque ſucceſſoribus Romanis Ponteficibus pro tempore exiſtentibus, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac alias prout in litteris dicti Sixti prædeceſſoris, ſub Dat. videlicet quinto Calendas Ianuarii Pontificatus ſui anno quarto deſuper confectis, ac in dicta Camera vigeſima ſeptima menſis Februarii anni à Natiuitate Domini milleſimi quingenteſimi octuageſimi noni, ſeu alio veriori die admiſſis, et regiſtratis plenius continetur.

Cum autem prędictus Horatius integra ſumma ſexaginta millium ſcutorum huiuſmodi per eum prædicto Sixto prædeceſſori, ſeu illius

mini-

miniſtris perſoluta, integra prædictum triennium, nempe die tertia Octobris milleſimi quingenteſimi nonageſimi, apud Sedem Apoſtolicam, illa per obitum recolendæ memoriæ Vrbani Papæ Septimi ſimiliter prædeceſſoris noſtri vacante fuerit vita functus.

1 Nos te eiuſdem Horatij fratrem germanum, & cohæredem, ac in vtraque Signatura noſtra Referendarium, necnon in Ciuitate noſtra Bononien. Vicelegatum, quem propter præmiſſa, ac prædictarum, & aliarum egregiarum virtutum tuarum merita cæteris in aſſequutione dicti officij Auditoratus anteponendum eſſe iudicauimus, horum intuitu gratioſo fauore proſequi volentes, teque à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus, & exiſtis ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes: Necnon ſingulorum priuilegiorum, indultorum, facultatum, officio prædicto conceſſorum, ac ſcripturarum prædictarum, aliarumque litterarum deſuper confectarum tenores, ac ſi verbo ad verbum inſerentur, præſentibus expreſſis habentes: Motuproprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtra, tibi quoad vixeris officium Auditoratus, ſeu Audientiæ cauſarum huiuſmodi, ſiue per obitum dicti Horatij, ſiue aliàs quouis modo, quem præſentibus haberi etiam volumus pro expreſſo, aut ex alterius cuiuſcunque perſona vacet, ſeu reſpectiuè ceſſet cum officio Correctoriæ Archiuij huiuſmodi, alijſque illi annexis, ac omnibus ſingulis illius honoribus, & priuilegijs, necnon ſalua diſmembratione, & ſeparatione ſex millium ſcutorum huiuſmodi per dictum Sixtum prædeceſſorem, vt præfertur facta, iuribus, regalibus, & emolumentis conſuetis, etiam à die obitus dicti Horatij decurſis, ac facultatibus; & indultis, necnon decretis, etiam in ordine, & modo procedendi in cauſis eidem Horatio, & alijs, qui pro tempore fuerunt cauſarum curiæ huiuſmodi generales Auditores, etiam per Iulium Secundum, Leonem, Clementem, Paulum, Iulium Tertium, & Sixtum præfatos, necnon alios quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, & dictam Sedem, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, tam ſub plumbo, quàm in forma breuis, & aliàs ex vſu ſtylo, & conſuetudine quomodolibet conceſſis, & confirmatis, innouatis, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, concedimus, & aſſignamus, ac quatenus opus ſit, liberaliter, & gratioſè damus, & elargimur; teque ad tui vitam, noſtrum, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, ac prædicti Henrici Cardinalis moderni, & pro tempore exiſtentis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarij, ac cauſarum curiæ huiuſmodi generalem

lem Auditorem cum honoribus, oneribus, priuilegiis, conceſſionibus, indultis, iuribus, regalibus, emolumentis, facultatibus, et decretis prædictis, conſtituimus, et deputamus, ac in locum dicti Horatij, quod huiuſmodi auditoratus officium, eiuſque liberum exercitium, quoad vixeris ſubſtituimus, et ſubrogamus.

2 Indulgentes, quod te quouis modo immiſcendo in criminalibus etiam vbi pœna ſanguinis, et vltimi ſupplicii imponenda foret, ſeu imponeretur, nullam propterea cenſuram Eccleſiaſticam, aut irregulariter, vel inhabilitatis cuiuſcunque notam, et impedimenta, vllatenus incurras, dummodo ſententiam, vel votum ſanguinis per te ipſum non feras.

3 Tibique, vt per te, vel alium, ſeu alios idoneum, vel idoneus Locumtenentem, ſeu Locumtenentes, ac officiales tuos, vel Vicegerentes, quos, et quomodo, pro tempore duxeris aſſumendos, aut deputandos de omnibus, et ſingulis cauſis, modis, et formis præſentibus pro expreſſis, cognoſcendi, et decidendi facultatem concedimus.

4 Ita, vt tu, tam in cauſis obligationum in forma Cameræ, quam in forma iuris guarentigię, vel Ripę, et Ripettę celebratarum, ac etiam in aliis obligationibus, in quibus etiam abſque obligatione in forma Cameræ, debitores conſentiunt in mandatum exequutiuum vnica, vel ſine citatione, et quarum obligationum, vel conſenſuum vigore, in aliis Tribunalium exequutiue per relaxationem mandatorum proceditur quouis modo ſolus, pręterquam inter Ciues Romanos, inter quos priuilegium, ſeu conſtitutionem vltimo loco per ſimilis memoriæ per Pium Papam Quartum etiam prædeceſſorem noſtrum deſuper in fauorem Populi Romani Motuproprio factum, ſeruari volumus. Alii vero quicumque, etiam Romanæ Curiæ Iudices in ſimilibus cauſis, nulloque modo procedere poſſint, ac de omnibus, et ſingulis obligationibus in forma Cameræ, vbi vis locorum, et inter quaſcunque perſonas factis, et faciendis, his dumtaxat exceptis, quæ in dependentibus à litibus, et cauſis in eadem Camera coram aliis Iudicibus pro tempore introductis factæ, ſeu receptæ fuerint, et tunc non per viam cenſurarum, ſed per viam mandati exequutiui cognoſcas.

5 Ita, vt quaſcunque cauſas, quæ de cætero perpetuis futuris temporibus in eadem curia ſuper ipſis obligationibus, aliiſque omnibus prędictis, in alio, quam Auditoratus huiuſmodi Tribunali, præterquam in vim ſpecialis commiſſionis noſtræ de dictis obligationibus ſpecialem mentionem facientis motæ fuerint, in illarum ſtatu, gradu, et terminis in quibus reperientur tua ordinaria auctoritate, exceptis dumtaxat cauſis curiæ Capitolii, contra dictos Ciues Romanos

manos pro tempore iuxta formam dicti priuilegij motis, reaſſumere.
6 Inhibendo iudicibus, quibus ſunt commiſſæ, ac coram quibus illę pendebant, ne in eis, aut de illis, quoquomodo, aut quouis quæſito colore, directe, vel indirecte, ſe intromittere, itidemque omnibus, & quibuſcunque Iudicibus, eorumque Locumtenentibus, & Auditoribus, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, ne in exequutionibus, ac proceſſibus prædictarum obligationum, ac contractuum de cætero contra tenorem præſentium, ad inſtantiam cuiuſuis perſonæ Collegij, Vniuerſitatis, Capitulorum, & quorumuis priuilegiatorum ſub excommunicationis latę ſententię, indignationiſq. noſtrę pænis, ac partibus ipſis Notarijs, Procuratoribus, Sollicitatorib. exequutoribus, Officialibus, ſub eiſdem cenſuris, & pœnis, ac priuationis officiorum ſuorum, & inhabilitatis, ad illa, & alia in poſterum obtinenda, necnon quingentor. ducator. Fiſco, & eidem Camerę applicandorum, refectioniſque expenſarum partibus arbitrio tuo, & nullitatis proceſſuum, quouis modo directe, vel indirecte ſe intromittere præſumant, & quicquid ſecus ſuper his contigerit attentari, irritum, & inane decernendo.
7 Præterea ſolus vigore dictarum obligationum cenſuras Eccleſiaſticas prẹmulgare.
8 Necnon omnes, & ſingulas ſpirituales Eccleſiaſticas, & prophanas ac quorumuis, etiam eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalium eorumq. & noſtrorum familiarum continuorum commenſalium, necnon quorumcunque Prælatorum in ipſa curia degentium, ac etiam Imperatoris, Regum, Principum. ac Communitatum, & Vniuerſitatum, Oratorum, nec non dictæ curiæ Officialium eandem curiam ſequentium, & familiarum eorundem, & ipſius cur. cauſarũ huiuſmodi Auditoris notatiorũ, & eorum familiarũ Campſorũ quoq. & quorumuis Mercatorum, ac penſionum annuarum ſuper fructibus, redditib. ac prouentib. Eccleſiaſticis, ac earundem fructuum loco penſionum huiuſmodi reſeruatorum, & aſſignatarum etiam ſi earum, & eorum ſolutionem ſit in prædicta curia, ſed in partibus facienda.
9 Et quaſcumque alias etiam commiſſarias cauſas, tam ciuiles, quam criminales, & mixtas coniunctim, vel diuiſim, in eadem Curia quomodocunque, & qualitercumque motas, & mouendas, & inter quoſcumque partes etiam per viam inquiſitionis, aut ex officio quomodolibet pendentes, & quæ per appellationem à grauaminibus illatis, & inferri comminatis, ſeu ſententiis definitiuis, vel interloquutoriis à quibuſuis Iudicibus, ordinariis, & arbitris, atque arbitratoribus, in Curia, & Vrbe prædictis Vicario noſtro, ac Gubernatore, & Senatore Vrbis prædictæ, ac Iudicibus Capitolinis dumtaxat exceptis, & extra eas, ac quibuſcunq. iudicibus ordinariis, vel delegatis, ſeu arbitris, vel arbitratoribus, ac etiam dictæ Sedis Legatis, ac etiam vicelegatis in Terris, eidem Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſu-

bie&tis, aut alijs earum Gubernatoribus, vel officialibus, & quibus in fæudum, ſeu Vicariatum, aut alias quomodolibet conceſſis, pro tempore latis, et promulgatis, interpoſitam, ſeu alias ad eandem Sedem, etiam per viam reclamationis iudicialis, vel extraiudicialis, aut nullitatis, vel recurſus à quibuſcunque ſententijs, quorumcunque ordinariorum, etiam extra ſtatum Eccleſiæ hactenus deuolutæ ſunt, et in poſterum deuoluentur.

10 Eas videlicet, in quibus non agetur vltra ſummam ducentorum ducatorum auri de Cameræ, aut de re verum prædictæ ſummæ valorem non excedente, ſeu quæ inter, et contra mercatores dictæ curiæ pro quibuſcunque negotiis, ad quamcunque ſummam aſcendant, et pro notariis ſuis, ac inter, et contra ipſos, et eorum familias pro tempore vertentur ſummarie, ſimpliciter, et de plano, ſine ſtrepitu, et figura iudicij ſola veritate inſpecta, et manu Regia abſque obſeruatione terminorum, qui de ſtylo, ſeu ordinatione Palatij Apoſtolici, aut alias obſeruari conſueuerunt etiam priuatiue, quoad alia tribunalia: aliæ vero ſummam prædictam, aut illius valorem excedentes, et inter, ac contra alios, quam Mercatores, vertentes, ſeruatis terminis, et alias ſummariè, prout in beneficialibus.

11 Eiſdemque terminis quomodocunque male, et nulliter præpoſtere, ac confuſe tentis pro minore partium diſpendio, et iam vnico contextu citatione, et audientia reiteratis, etiam per affixionem citationis pro tempore faciendæ, ad valuas habitationis ipſorum citandorum, quoad obligatos in forma Cameræ, ſeu quarantigiæ, Ripæ, et Ripettæ, ac alijs ſupradictis formis exequutiuis, & quod alios aliter obligatos, vbi non agetur de maiore, quam de viginti ducatorum ſumma audiri, cognoſcere, decidere, et fine debito terminare.

12 Necnon de omnibus, et ſingulis quibuſcunque, et quantumcumque enormibus criminibus, & delictis, et exceſſibus, tam in Vrbe, & Curiam prædictis, quam extra eas, per quoſcunque tam eiuſdem Curiæ, quam, atque Sedis officiales, quam dictam Sedem ſequentes, & alios etiam à iuriſdictione ordinariorum exemptos, ac dictæ Sedi immediate ſubiectos cuiuſcunque Eccleſiaſticæ, vel mundanæ dignitatis, etiam Epiſcopalis, vel maioris, et per quoſcunque alios cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, perpetratis, vel perpetrandis, tam ad Procuratoris Fiſcalis denunciationem, et promotionem, quam etiam partium accuſationem, vel etiam inſtigationem, ſeu ex mero officio & quoad omnes priuatiuè perpetratis per Notarios tuos, et ſubſtitutos, ac alios in eorum officijs, et intus, ea ſolum inquirere, et ſuper illis tam per viam inquiſitionis, quam accuſationis, ſeu denunciationis, et inſtigationis huiuſmodi procedere, et culpabiles repertos, iuxta ſuorum exceſſum exigentiam, & qualitatem, quouis modo punire.

13 Dum-

13 Dummodo monitoria contra Epiſcopos, vel eorum ſuperiores ad comparendum perſonaliter, niſi præuia commiſſione manu noſtra ſignata, non decernas.

14 Necnon quaſcunque litteras Apoſtolicas, generales, & particulares, tam ſub plumbo, etiam per officium audientiæ noſtrarum litterarum contradictarum, ac etiam per officium minoris gratiæ expeditas, quam in forma Breuis, & quarum ſolam ſignaturam ſufficere conceſſum fuerit ſupplicationes, per nos, & pro tempore exiſtentes Romanos Pontifices, aut in eorum, ſeu noſtri præſentia ſignatas, necnon litteras pro tempore exiſtentis Camerarii, & Pœnitentiarii. Maioris noſtrorum, dummodo in illis, & litteris Apoſtolicis prædictis, alii exequutores deputati non fuerint; ſolus, in quibus verò deputati erunt, accumulatiuè cum illis exequi, & ſuper illis proceſſus debitos in forma ſolita, etiam cum promulgatione cenſurarum in ſimilibus promulgari ſolitarum decernere.

15 Ac tuarum, per te, tuoſque Locumtenentes, ſeu quoſuis alios tam Eccleſiaſticos, quàm ſæculares Iudices, tam delegatos, quàm ſubdelegatos, ac etiam cauſarum dicti palatii Auditores, vel nos, aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentis, tam in ſpecie, quàm in genere, ac aliàs quomodolibet in eadem curia pro tempore latarum ſententiarum, necnon quorumcunque proceſſuum generalium, vel ſpecialium, tam in die Cœnæ Domini, quàm aliàs, cum cenſurarum, & pœnarum Eccleſiaſticarum fulminatione fieri ſolitum, exequutionem, quas etiam ſi delegatis, vel ſubdelegatis prædictis, aut quibuſuis alijs etiam ſpecialiter per nos, & Sedem prædictam commiſſæ fuerint, tibi accumulatiuè, & non priuatiuè commiſſas eſſe volumus, atque decernimus; ſeruatis terminis in tribunali tuo huiuſmodi ſeruari ſolitis, etiam ſingulis diebus, & horis, prout in ordinarijs conſuetum eſt facere, illaſque, & illos debitæ exequutioni, etiam ſi opus fuerit, cum auxilij brachij ſæcularis inuocatione demandare.

16 Et quaſcunque Communitates, Vniuerſitates, Collegia, Capitula, necnon etiam extra dictam Curiam degenres perſonas, pro debitis per eos in eadem curia contractis, aut ſalario, ſeu contractu in dicta curia inito. Degentes verò in eadem curia, ſ ut curiales Eccleſiaſticos, ſęculares, vel regulares, etiam ab ipſa curia abſentes cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, etiam Pontificalis conditionis, vel præeminentiæ exiſtentes pro quibuſuis rebus, & pecuniarum ſummis, ad quorumuis etiam abſentium, quorum intererit, pro tempore inſtanriam, quoties expedierit, etiam per edictum publicum, conſtito, ſummariè, & extraiudicialiter, de non tuto ad eos acceſſu, ad ſatisfaciendum de eorum debitis, & pręſtandum ea, ad quæ pro tempore tenebuntur, monere, & citare.

17 Ac litteras quaſcunque remiſſoriales, & compulſoriales, tam

gene-

interrogatoria triginta quinque, ſoluatur merces Notarij arbitrio Iudicis.

Pro inſtrumento ſententiæ, ſi extrahatur iul. quindecim.

Pro inſtrumento declaratoriæ, non tamen vigore obligationis in forma Cameræ, iul. duodecim.

Pro brachio ſæculari ob non paritionem monitorij, aut litterarum Apoſtolicarum, vel exequutorium: iul. triginta.

Pro mandato ſuſpicionis fugæ, vſque ad quamcumque ſummam, etiam in vim obligationis Cameralis decreto, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de conſignando, vigore ſequeſtri, etiam vbi pro illius verificatione debitor prius fuiſſet conuentus via exequutiua, vigore obligationis Cameralis, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de conſignandis pignoribus ſubhaſtandis, aut deliberandis, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de relaxando pro debito ciuili, iul. quatuor cum dim.

Pro mandato in cauſis ciuilibus loco litterarum pro parua ſumma, iul. quatuor cum dimidio.

Computatio in his omnibus mandatis, iulio ſigilli.

De pretio autem ſic præſcripto, in omnibus ſupradictis expeditionibus, ſiue ordinarijs, ſiue commiſſarijs, dentur Auditori, & maſſæ notariorum, item (quoad ordinarias) Camerario eædem portiones, quæ & prout antea pro eiſdem expeditionibus dabantur, nulla ex parte diminutæ. Reliquum quod ijs portionibus detractis ſupererit, ſit Notarii expeditionis, preterquam in expeditione abſolutionis, ſiue commiſſionis abſoluendi, in qua ſingulis detrahatur pro rata, ita vt non tantum portio notarii, ſed cuiuſque aliorum minuatur ad rationem, vt tantum vnicuique portioni pro eiusmodo decreſcat, quantum omnibus in vniuerſum detraximus.

Pro mandato exequutiuo, ſiue brachio, vbi inuocatione opus fuerit ſæculari, per omnia expeditio, omnibuſque comprehenſis, pretium ſit, vt infra, videlicet.

Ab vno ſcuto, vſque ad quindecim, iul. quatuor cum dimidio.

A ſcutis quindecim, vſque ad vigintiquinque, iul. vigintiduo.

A ſcutis vigintiquinque, vſque ad quingentos, iul. trigintatres.

A ſcutis quingentis, vſque ad mille iul. ſexaginta ſex.

A ſcutis mille, vſque ad quamcunque ſummam, iul centum, & decem.

Hoc autem pretium ita diuidatur, vt ex iuliis vigintiduobus, Auditor habeat iul. ſex. Camerarius pro ſigillo habeat iul. quatuor cum dimidio. Maſſa Notariorum habeat iul. quatuor cum dimidio. Reliquum habeat Notarius expeditionis.

Ex aliis trigintatribus, Auditor habeat iul. octo, & baiochos duos cum dimidio, Sigillum iulios quinque cum dimidio. Maſſa habeat iulios octo, & baiochos duos cum dimidio. Reſiduum Notarius.

Ex

Ex iulijs ſexaginta ſex, Auditor habeat iul. ſexdecim cum dimidio, Sigillum iulios vndecim, Maſſa iulos ſexdecim cum dimidio, Notarius quod ſupereſt.

Ex iulijs centum, & decem, Auditor habeat iulios vigintiquatuor, & baiochos ſeptem cum dimidio. Sigillum iulios ſex decim cum dimidio, Maſſa iulios vigintiduos, Notarios reliquum.

Ad conſtituendas autem ſupradictas ſummas, computentur iulij vndecim pro ſingulo ſcuto, quilibet vero iulius ſit decem baiochorum.

Cenſurarum Eccleſiaſticarum nomine nihil accipiatur, vel in expeditione mandati exequutiui, ſeu brachij ſecularis, vel ſeorſum ab eo, nec vſquam alias, niſi vbi ad illas rite proceſſum fuerit re ipſa.

Cum vero ad illas procedi contigerit: tunc pro declaratoria, aggrauatoria, & reaggrauatoria ſimul iunctis, & totali earum omnium expeditione, tantumdem exigatur, quantum pro mandato, ſeu brachio ſeculari, habita ratione prædictæ diſtinctionis ſummarum, itaut omnis impenſa vtriuſque expeditionis, mandati ſcilicet, vel brachij ſecularis, et cenſurarum ſimul collecta, duplum non excedat eius pretij, quod mandato, ſeu brachio ſeculari ſupra taxatum eſt, pro qualibet ſupradictarum ſummarum. Excepta vltima maiori ſumma, videlicet à mille ſupra. In ea enim ſumma etiam ſi contingat vltra, vel poſt mandatum exequutiuum, ſeu brachium ſeculare, cenſuras quoque relaxari, nihil tamen earum nomine exigatur; ſed tantum præter id pretium, quod pro ſolo mandato, ſeu brachio ſeculari ſupra taxatum eſt accipi poſſit vltra mercedem pro ſcriptura.

Nunquam tamen cogantur partes inuitæ, vna cum mandato exequutiuo, ſeu brachio ſeculari, cenſurarum quoque expeditionem accipere, aut earum expeditionis pretium ſoluere, etiam ſi ad cenſuras ipſas in ſubſidium contra contumacem, Iudex comminando ritè proceſſerit; & extra loca temporalia Dominio Sanctę Romanę Eccleſię ſubiectam, vel etiam extra Italiam expeditio mittenda foret.

Quod ſi forte quiſquam legitime ſeruatis proceſſibus, vtramque expeditionem, mandati ſcilicet, ſeu brachij ſecularis, & cenſurarum eoſdem tempore habere voluerit: tunc apponatur verbis expræſſis in ipſa expeditione, quoad cenſuras, ne is pretium, quoad illarum ratione expedit vllo modo repetere poſſit ab ijs contra quos decretæ, & probatæ fuerunt, niſi aduerſus eoſdem, vigore mandati exquutiui, ſeu brachij ſecularis, non ſatisfacientes, aut alias non parentes, cenſuris ipſis neceſſe fuerit vti.

Ipſius vero expeditionis cenſurarum pretium prędictum eadem ratione, & eiſdem portionibus diuidatur, quibus pretium mandati exequutiui, ſeu brachij ſecularis, vt ſupra dictum eſt.

Pro duplicatis etiam poſt quodcumque tempus expeditis, nihil exigatur præter ſcripturę mercedem.

roboris, vel momenti fore, & cenſeri, neminique propterea ſuffgragari poſſe, vel debere, Et ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſt ac ſtylo, conſuetudine, ac quocunque temporis curſu, etiam immemorabili roboratis, priuilegijs quoq. indultis, eidem tribunali, ac illius Auditoratus officio & Auditori etiam in eiuſdem officii erectione, & inſtitutione, ac Iudicibus & Notariis ipſis illorumque Collegio etiam ſimili motu, etiam conſiſtorialiter, &c. ſub quibuſcunq. tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, & alias quomodolibet, etiam per non conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi præſenti pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcunque, & quibuslibet aliis priuilegijs, indultis, & litteris Apoſt. generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, non obſtantibus per quæ præſenti non expreſſa vel totaliter inſerta, effectus præſentis impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumcunq. totis tenoribus ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum habenda eſſet mentio ſpecialis.

Vt autem præſens Motus proprius ad omnium notitiam deducatur, ac omnes quorum intereſt, vel intereſſe poterit afficiat, volumus, et mandamus, illius copiam in Palatii noſtri Apoſtolici, ac domus, ſeu curiæ prædicti Auditoris valuis, necnon acie Campi Floræ affigi, et ibidem relicta eius copia aliquandiu detineri.

Volumus item, quod præſentis Motuspropriis ſola ſignatura ſufficiat & vbiq. fidem faciat in iudicio, et extra, regula contraria non obſtante, Quodque eius tranſumptis Notarii publici manu ſubſcriptis, & perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ ſigillo ſignatis, plenæ, & indubiæ fides eaque prorſus adhibeatur in iudicio, et extra, quæ præſenti adhiberetur, ſi foret exhibitus, vel oſtenſus.

Placet, et ita Motuproprio ſtatuimus, et mandamus M.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, duodecimo Kalen. Decembris, Anno Quinto.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo Quingenteſimo ſeptuageſimo

indictione decimatertiæ, die verò quarta Menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno eius quinto, Retroſcriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis retroſcriptis. Necnon præſentatæ, intimatæ, & notificatæ fuerunt Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Patri D. Alexandro Riario curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, eidemque data copia, Et etiam R. P. D. Vincentio Fuſcherio in ciuilibus, & Magnifico D. Vincentio Bellucio in criminalibus eiſdem Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo P. D. A. C. Locumtenentibus, & D. Ioanni Antonio Curto Notario, & Menſario Dominorum Notariorum eiuſdem R. P. D. A. C. videlicet data copia per me Ioannem Andream Rogerium præfati S. D. Papæ Curſorem.

LITTERAE

S. D. N. GREGORII

PAPAE XIV. FACVLTATVM.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. P. D. Camillo Burgheſio Protbonotario Apoſtolico, vtriuſque Signaturæ Referendario, Curiæque cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori conceſſarum.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Dilecto Filio Mag. Camillo Burgheſio, Presbytero Romano V. I. D Cappellano noſtro, & cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad generis nobilitatem, eximiamq; doctrinam, ac in rebus gerendis experientiam, & dexteritatem, necnon fidei, & iuſtitiæ zelum, ac integritatem, ſingularemq; probitatem, & cæteras virtutes quibus clarè dignoſceris, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum, ac indubitè ſperantes, quod ea; quæ tibi duxerimus committenda, ſumma cum prouidentia, & exacta diligentia laudabiliter exequeris: dignum, quin potius debitum reputamus, vt perſonam tuam condignis honoribus, & gratijs proſequamur. Aliàs ſiquidem fel. rec. Sixtus Papa V. prædeceſſor noſter, officium generalis Auditoratus, ſeu Audientiæ cauſarum curiæ Cameræ Apoſtolicæ, quod dilectus filius noſter Auguſtinus Sancti Adriani Diaconus Cardinalis Cuſanus nuncupa-

tus, tempore aſſumptionis de perſona ſua ad Cardinalatus honorem per eundem Sixtum prędeceſſorem factę obtinebat, per aſſumptionem huiuſmodi, aut aliàs tunc vacans, cum officio correctoris Archiuij Romanę Curię, alijſque illi annexis, ac omnibus, & ſingulis ſuis honoribus, priuilegijs, necnon ex diſmembratione, & ſeparatione ſex millium ſcutorum monetę Romanę annuorum ad rationem decem iuliorum eiuſdem monetę pro quolibet ſcuto huiuſmodi ex fructibus dicti officij Auditoratus, per eundem prędeceſſorem tunc ex certis cauſis factis eidem Camerę, ſeu applicatorum; remanentibus iuribus, regalibus, & emolumentis conſuetis, ac facultatibus, & indultis, necnon decretis etiam in ordine, & modo procedendi in cauſis, eidem Auguſtino Cardinali, & pro tempore fuerant cauſarum curię huiuſmodi generalibus Auditoribus, etiam per pię memorię Iulium Secundum, Leonem Decimum, Clementem Septimum, Paulum Tertium, Iulium etiam Tertium, & alios quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam eundem Sixtum prædeceſſorem, & Sedem Apoſtolicam, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clauſulis, & decretis, tam ſub plumbo, quàm in forma B. eius, & aliàs ex vſu, ſtylo, & conſuetudine, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis quondam Horatio Burgheſio, cauſarum curię huiuſmodi, dum viueret, Auditori Apoſtolica authoritate conceſſit, & aſſignauit: ipſumque Horatium ad eius vitam ſuum, & pro tempore exiſtentium Romanorum Pontificum, & dilecti filij noſtri Henrici, tituli Sanctę Pudentianę Presbyteri Cardinalis Caietani nuncupati, & pro tempore exiſtentis Camerarij Sanctę Romanę Eccleſiæ, & curię cauſarum huiuſmodi generalem Auditorem, cum honoribus, oneribus, priuilegijs, iuribus, regalibus, emolumentis, facultatibus, & decretis prędictis conſtituit, & deputauit: ac in locum dicti Auguſtini Cardinalis, ad huiuſmodi Auditoratus officium, eiuſque liberum exercitium ſubſtituit, ac ſubrogauit. Et quia dictus Horatius in eiuſdem Sixti prædeceſſoris, & dictæ Sedis ſubuentionem, pro pretio emolumentorum dicti officij Auditoratus, ſexaginta millia ſcuta monetæ decem iulijs pro quolibet ſcuto huiuſmodi ſoluere promiſerat, ac realiter, & cum effectu perſoluere intererat: idem Sixtus prædeceſſor propterea eundem Horatium, ab eodem officio Auditoratus, illius vita durante, per eundem Sixtum prædeceſſorem, vel ſucceſſores ſuos Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, aut Sedem, & Cameram prædictas, etiam ex quauis cauſa, inuitum amoueri non poſſe, nec illud, eique aſſignata, & remanentia ex diſmembratione ſex millium ſcutorum monetæ annuorum, ad rationem decem iuliorum pro quolibet ſcuto huiuſmodi, ſupra ab eodem Sixto prædeceſſore facta, iura, regalia, emolumenta, cæteraque ſupradicta in toto, vel in parte imminui, vel ſubtrahi poſſe voluit, & mandauit. Quinimmo

officium Auditoratus huiuſmodi ad tres annos, à data litterarum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi computandos, per dicti Horatij obitum minime vacare, ſeu dicti Horatij interea decedentis, ſucceſſorem ad ſoluendum eiuſdem Horatij Hæredibus: ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, & non alteri, integrum eiuſdem officij pretium ſexaginta millium ſcutorum prædictorum teneri; ita quod illud totum integrum pretium deberet omnino peruenire ad eoſdem hæredes, & non ad Cameram prædictam, vel alios quoſcunque earundem litterarum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi reuocatione, ſiue per eundem Sixtum prædeceſſorem, ſiue per ſucceſſores in futurum quouis modo facienda, etiam per viam legis, ſeu regulæ generalis Cancellariæ, quæ in eo caſu nulla eſſet, & inualida, & conceſſionem Sixti prædeceſſoris huiuſmodi minimè comprehenderet, etiam ſi verbis quantumuis generalibus, & vniuerſalibus concepta eſſet, quia eidem Horatio, illiuſque vt præfertur hæredibus, hoc ſpeciale priuilegium ita conceſſum eſſe voluit, etiam in vim contractus ſpecialiter inter Sixtum prædeceſſorem, & Cameram prædictos ex vna, ac eundem Horatium ex altera partibus initi, vt per quamcunque generalem, ſeu vniuerſalem conſtitutionem, ſub quibuſuis verbis conceptam, etiam cum clauſula, quod tenores haberentur pro expreſſis, nullatenus id reuocatum cenſeretur, ſeu ei in aliquo derogatum, ipſiusque Horatij hæredes, ad huiuſmodi pretium ſexaginta millium ſcutorum, & pro illo ad officium Auditoratus huiuſmodi, vſque ad integram dicti pretij ſolutionem directam haberent actionem, ac eos, & non alios ſuper pretium ſexaginta millium ſcutorum, & pro illo ad officium Auditoratus huiuſmodi, vſque ad integram dicti pretij ſolutionem, directam haberent rationem, ac eos, & non alios ſuper pretio huiuſmodi, quale, et quantumcunque foret, cum perſona eidem Sixto prædeceſſori, vel illius ſucceſſoribus prædictis beneuiſa, ad dictum Auditoratus officium pro tempore deputanda, antequam ad illud deputaretur libere, et licitè conuenire, et contrahere, neque perſonam deputandam huiuſmodi, antequam de dicto pretio, vt præfertur integrè ſatisfeciſſet, poſſeſſionem dicti officij Auditoratus, ſeu illius exercitij apprehendere: nec eum, aut alium quempiam illud interim, etiam per modum prouiſionis, niſi de fructibus, et redditibus ex illo quomodolibet prouenientibus, hæredibus, et aliis prædictis re ipſa reſponderet, et eorundem hæredum ad id accederet aſſenſus, exercere poſſe: necnon eundem Horatium intra ſpatium eorundem trium annorum, de dicto pretio, ſeu officio, per viam legati donationis, etiam cauſa mortis, teſtamenti, ſeu alterius cuiuſcunque vltimæ voluntatis, ſeu etiam cuiuſuis contractus inter viuos, in toto, vel in parte, in vnius, vel plurium, et diuerſarum perſonarum fauorem, diſponere, et ordinare, illudque traſmittere, et transferre, etiam ab inte-

inteſtato, dicta authoritate liberè, et validè poſſe, nec fructus ex eodem Auditoratus officio pro tempore perceptos, in ſortem illius pretii connumerari, nec Horatium, illisque hæredes prædictos ſuper his, et aliis omnibus prædictis per Sanctæ Romanæ Eccleſię Camerarium, Vicecamerarium, ipſamque Cameram, ac illius Theſaurarium, Clericos, Præſidentes, et Commiſſarios, ac eiuſdem Sixti prædeceſſoris, et pro tempore exiſtentem Datarium, vel quoſcunque alios quauis authoritate fungentes, quouis prætextu, etiam nomine, et actione ſpoliorum, vel aliàs quomodolibet moleſtari, aut inquietari debere declarauit, etiam ſi officio Auditoratus huiuſmodi ex fructibus, redditibus, & prouentibus Eccleſiaſticis emptum foret, et ex ſexaginta millium ſcutorum huiuſmodi ſummam longe maiorem excederet, et ad quamcunque etiam notabiliſſimam ſummam aſcenderet: quam totam, et integram tam idem Horatio, quàm alteri, qui ſibi in dicto officio ex reſignationis cauſa mediatè, vel immediatè ſuccederet, ac etiam dicto Horatio infra dictus tres annos vita functo, illius hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis inter viuos etiam irreuocabiliter donauit, et liberaliter remiſit, ac totum, et integrum pretium prædictum, qualecunque, et quantumcunque foret, dicti Horatii, ipſoque Horatio infra dictos tres annos decedente, hæredum prædictorum omnino eſſe voluit. & nihilominus pro dicti Horatij, illiusque hæredum, ac in officio Auditoratus huiuſmodi ſucceſſorum prædictorum ſecuritate, & indemnitate, ac omnium, & ſingulorum prædictorum obſeruatione, & executione, etiam nomine, & loco damnorum, & intereſſe, quæ eundem Horatium, & illius hæredes, & ſucceſſores huiuſmodi pati contigeret, & pro euictione generali, & particulari, defenſione, & manutentione, ac confirmatione perpetuis, & aduerſus quaſcunque perſonas ius quomodolibet deſuper habentes, ſeu habere tunc, & pro tempore prætendentes, omnia, & ſingula eiuſdem Cameræ, iura, res, & bona quæcunq præſentia, & futura nedum generaliter, verùm etiam ſpecialiter, & expreſsè in ampliſſima d. Cameræ forma, cum omnibus, & ſingulis clauſulis, decretis, & cautelis in ſimilibus opponi ſolitis, & conſuetis eidem Horatio, illiusq; hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis obligauit, & hypothecauit necnon quatenus per conſequendo d. officio ab alijs maius pretium dicta ſumma ſexaginta millium ſcutorum quandocunq. reperta foret, vel reperiri contingeret, illud omne, & totum cuiuſcunq. quantitatis, & ſummę, foret etiam ſi dimidiam, vel maiorē partem iuſti pretij excederet eidē Horatio, gratiosè, & irreuocabiliter, ac perpetuò etiam donatione inter viuos remiſit, & condonauit. Decernens eaſdem litteras ad probādum plenè, quod eadē omnia in Sixti prædeceſſoris, ac Sedis, & camerę prædictorum ſubuentionē conuerſa forent, aliasq; pręmiſſa vbique tam in iudicio, quàm extra ſufficere, nec ad id alterius probationis admini-

minicululum requiri, ac nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis *Sixti* prædeceſſoris huiuſmodi, aut alio quouis defectu etiam exeo, quod intereſſe forſan habentes ad id vocati non fuiſſent, vel ex quauis cauſa quantumuis vrgenti legitima, & iuridica etiam neceſſario exprimenda notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, & in ius, ac controuerſiam reuocari, aut aduerſus illas quodcumque iuris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, minuſque ſub ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, etiam ſub ea, per quam in principio aſſumptionis cuiuslibet ad ſummi Apoſtolatus apicem reuocarentur, facultates percipiendi pretia officiorum, in toto, vel in parte, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per quemcunque Romanum Pontificem de officiis vacaturis, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroſo, ac ſub quacunque verborum forma pro tempore factis, ſeu ſub quibuſuis aliis conſtitutionibus, decretis, & declarationibus, generalibus, & ſpecialibus, quomodolibet tunc editis, & edendis, ac factis, & faciendis, etiam cum quibuſuis derogatoriarum derogatoriis, verborumque expreſſionibus, quantumcunque prægnantibus, comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & cum in quo antea quomodolibet erant, ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie etiam ſub quacunque data per Horatium, illiuſque hæredes, & ſucceſſores huiuſmodi ex altera partibus, rite, & recte initi, & ſtipulati, ac etiam vtrinque iurati habere, & perpetuo obtinere dictamque Cameram Horatium, illiuſque hæredes, & ſucceſſores prædicto in iuribus huiuſmodi tuendos, & ab omni incommodo damno læſione, lite, cauſa, & controuerſia immunes indemnes, & exemptos conſeruandos teneri, obligatam eſſe, ac fore: ſicque & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici auditores, ac *S*, R. E. Cardinales, in quauis inſtantia ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, auctoritate, iudicari, et deffiniri debere; ac ex nunc irritum, et inane quidquid ſecus ſuper iis, et circa ea quauis auctoritate, etiam ab eodem Sixto prædeceſſore, illiuſque ſucceſſoribus Romanis Ponteficibus pro tempore exiſtentibus, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac alias prout in litteris dicti Sixti prædeceſſoris, ſub Dat. videlicet quinto Calendas Ianuarii Pontificatus ſui anno quarto deſuper confectis, ac in dicta Camera vigeſima ſeptima menſis Februarii anni à Natiuitate Domini milleſimi quingenteſimi octuageſimi noni, ſeu alio veriori die admiſſis, et regiſtratis plenius continetur.

Cum autem prędictus Horatius integra ſumma ſexaginta millium ſcutorum huiuſmodi per eum prædicto *Sixto* prædeceſſori, ſeu illius

mini-

miniſtris perſoluta, integra prædictum triennium, nempe die tertia Octobris milleſimi quingenteſimi nonageſimi, apud Sedem Apoſtolicam, illa per obitum recolendæ memoriæ Vrbani Papæ Septimi ſimiliter prædeceſſoris noſtri vacante fuerit vita functus.

1 Nos te eiuſdem Horatij fratrem germanum, & cohæredem, ac in vtraque Signatura noſtra Referendarium, necnon in Ciuitate noſtra Bononien. Vicelegatum, quem propter præmiſſa, ac prædictarum, & aliarum egregiarum virtutum tuarum merita cæteris in aſſequutione dicti officij Auditoratus anteponendum eſſe iudicauimus, horum intuitu gratioſo fauore proſequi volentes, teque à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus, & exiſtis ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes: Necnon ſingulorum priuilegiorum, indultorum, facultatum, officio prædicto conceſſorum, ac ſcripturarum prædictarum, aliarumque litterarum deſuper confectarum tenores, ac ſi verbo ad verbum inſerentur, præſentibus expreſſis habentes; Motuproprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtra, tibi quoad vixeris officium Auditoratus, ſeu Audientiæ cauſarum huiuſmodi, ſiue per obitum dicti Horatij, ſiue aliàs quouis modo, quem præſentibus haberi etiam volumus pro expreſſo, aut ex alterius cuiuſcunque perſona vacet, ſeu reſpectiuè ceſſet cum officio Correctoriæ Archiuij huiuſmodi, alijſque illi annexis, ac omnibus ſingulis illius honoribus, & priuilegijs, necnon ſalua diſmembratione, & ſeparatione ſex millium ſcutorum huiuſmodi per dictum Sixtum prædeceſſorem, vt præfertur facta, iuribus, regalibus, & emolumentis conſuetis, etiam à die obitus dicti Horatij decurſis, ac facultatibus; & indultis, necnon decretis, etiam in ordine, & modo procedendi in cauſis eidem Horatio, & alijs, qui pro tempore fuerunt cauſarum curiæ huiuſmodi generales Auditores, etiam per Iulium Secundum, Leonem, Clementem, Paulum, Iulium Tertium, & Sixtum præfatos, necnon alios quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, & dictam Sedem, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, tam ſub plumbo, quàm in forma breuis, & aliàs ex vſu ſtylo, & conſuetudine quomodolibet conceſſis, & confirmatis, innouatis, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, concedimus, & aſſignamus, ac quatenus opus ſit, liberaliter, & gratioſè damus, & elargimur; teque ad tuā vitam, noſtrum, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, ac prædicti Henrici Cardinalis moderni, & pro tempore exiſtentis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarij, ac cauſarum curiæ huiuſmodi generalem

lem

lem Auditorem cum honoribus, oneribus, priuilegiis, conceſſionibus, indultis, iuribus, regalibus, emolumentis, facultatibus, et decretis præ dictis, conſtituimus, et deputamus, ac in locum dicti Horatij, quod huiuſmodi auditoratus officium, eiuſque liberum exercitium, quoad vixeris ſubſtituimus, et ſubrogamus.

2 Indulgentes, quod te quouis modo immiſcendo in criminalibus etiam vbi pœna ſanguinis, et vltimi ſupplicii imponenda foret, ſeu imponeretur, nullam propterea cenſuram Eccleſiaſticam, aut irregulariter, vel inhabilitatis cuiuſcunque notam, et impedimenta, vllatenus incurras, dummodo ſententiam, vel votum ſanguinis per te ipſum non feras.

3 Tibique, vt per te, vel alium, ſeu alios idoneum, vel idoneus Locumtenentem, ſeu Locumtenentes, ac officiales tuos, vel Vicegerentes, quos, et quomodo, pro tempore duxeris aſſumendos, aut deputandos de omnibus, et ſingulis cauſis, modis, et formis præſentibus pro expreſſis, cognoſcendi, et decidendi facultatem concedimus.

4 Ita, vt tu, tam in cauſis obligationum in forma Cameræ, quam in forma iuris guarentigię, vel Ripę, et Ripettę celebratarum, ac etiam in aliis obligationibus, in quibus etiam abſque obligatione in forma Cameræ, debitores conſentiunt in mandatum exequutiuum vnica, vel ſine citatione, et quarum obligationum, vel conſenſuum vigore, in aliis Tribunalium exequutiue per relaxationem mandatorum proceditur quouis modo ſolus, pręterquam inter Ciues Romanos, inter quos priuilegium, ſeu conſtitutionem vltimo loco per ſimilis memoriæ per Pium Papam Quartum etiam prædeceſſorem noſtrum deſuper in fauorem Populi Romani Motuproprio factum, ſeruari volumus. Alii vero quicumque, etiam Romanæ Curiæ Iudices in ſimilibus cauſis, nulloque modo procedere poſſint, ac de omnibus, et ſingulis obligationibus in forma Cameræ, vbi vis locorum, et inter quaſcunque perſonas factis, et faciendis, his dumtaxat exceptis, quæ in dependentibus à litibus, et cauſis in eadem Camera coram aliis Iudicibus pro tempore introductis factæ, ſeu receptæ fuerint, et tunc non per viam cenſurarum, ſed per viam mandati exequutiui cognoſcas.

5 Ita, vt quaſcunque cauſas, quæ de cætero perpetuis futuris temporibus in eadem curia ſuper ipſis obligationibus, aliiſque omnibus prędictis, in alio, quam Auditoratus huiuſmodi Tribunali, præterquam in vin ſpeicialis commiſſionis noſtræ de dictis obligationibus ſpecialem mentionem facientis motæ fuerint, in illarum ſtatu, gradu, et terminis in quibus reperientur tua ordinaria auctoritate, exceptis dumtaxat cauſis curiæ Capitolii, contra dictos Ciues Romanos

manos

manos pro tempore iuxta formam dicti priuilegij motis, reaſſumere.
6 Inhibendo iudicibus, quibus ſunt commiſſæ, ac coram quibus illę pendebant, ne in eis, aut de illis, quoquomodo, aut quouis quæſito colore, directe, vel indirecte, ſe intromittere, itidemque omnibus, & quibuſcunque Iudicibus, eorumque Locumtenentibus, & Auditoribus, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, ne in exequutionibus, ac proceſſibus prædictarum obligationum, ac contractuum de cætero contra tenorem præſentium, ad inſtantiam cuiuſuis perſonæ Collegij, Vniuerſitatis, Capitulorum, & quorumuis priuilegiatorum ſub excommunicationis latę ſententię, indignationiſq. noſtrę pœnis, ac partibus ipſis Notarijs, Procuratoribus, Sollicitatorib. exequutoribus, Officialibus, ſub eiſdem cenſuris, & pœnis, ac priuationis officiorum ſuorum, & Inhabilitatis, ad illa, & alia in poſterum obtinenda, necnon quingentor. ducator. Fiſco, & eidem Camerę applicandorum, refectioniſque expenſarum partibus arbitrio tuo, & nullitatis proceſſuum, quouis modo directe, vel indirecte ſe intromittere præſumant, & quicquid ſecus ſuper his contigerit attentari, irritum, & inane decernendo.
7 Præterea ſolus vigore dictarum obligationum cenſuras Eccleſiaſticas prę mulgare.
8 Necnon omnes, & ſingulas ſpirituales Eccleſiaſticas, & prophanas ac quorumuis, etiam eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalium eorumq. & noſtrorum familiarum continuorum commenſalium, necnon quorumcunque Prælatorum in ipſa curia degentium, ac etiam Imperatoris, Regum, Principum. ac Communitatum, & Vniuerſitatum, Oratorum, nec non dictæ curiæ Officialium eandem curiam ſequentium, & familiarum eorundem, & ipſius cur. cauſarũ huiuſmodi Auditoris notariorũ, & eorum familiarũ Campſorũ quoq. & quorumuis Mercatorum, ac penſionum annuarum ſuper fructibus, redditib. ac prouentib. Eccleſiaſticis, ac earundem fructuum loco penſionum huiuſmodi reſeruatorum, & aſſignatarum etiam ſi earum, & eorum ſolutionem ſit in prædicta curia, ſed in partibus facienda.
9 Et quaſcumque alias etiam commiſſarias cauſas, tam ciuiles, quam criminales, & mixtas coniunctim, vel diuiſim, in eadem Curia quomodocunque, & qualitercumque motas, & mouendas, & inter quoſcumque partes etiam per viam inquiſitionis, aut ex officio quomodolibet pendentes, & quæ per appellationem à grauaminibus illatis, & inferri comminatis, ſeu ſententiis definitiuis, vel interloquutoriis à quibuſuis Iudicibus, ordinariis, & arbitris, atque arbitratoribus, in Curia, & Vrbe prædictis Vicario noſtro, ac Gubernatore, & Senatore Vrbis prædictæ, ac Iudicibus Capitolinis dumtaxat exceptis, & extra eas, ac quibuſcunq. iudicibus ordinariis, vel delegatis, ſeu arbitris, vel arbitratoribus, ac etiam dictæ Sedis Legatis, ac etiam vicelegatis in Terris, eidem Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſu-

biectis, aut alijs earum Gubernatoribus, vel officialibus, & quibus in fæudum, ſeu Vicariatum, aut alias quomodolibet conceſſis, pro tempore latis, et promulgatis, interpoſitam, ſeu alias ad eandem Sedem, etiam per viam reclamationis iudicialis, vel extraiudicialis, aut nullitatis, vel recurſus à quibuſcunque ſententijs, quorumcunque ordinariorum, etiam extra ſtatum Eccleſiæ hactenus deuolutæ ſunt, et in poſterum deuoluentur.

10 Eas videlicet, in quibus non agetur vltra ſummam ducentorum ducatorum auri de Cameræ, aut de re verum prædictæ ſummæ valorem non excedente, ſeu quæ inter, et contra mercatores dictæ curiæ pro quibuſcunque negotiis, ad quamcunque ſummam aſcendant, et pro notariis ſuis, ac inter, et contra ipſos, et eorum familias pro tempore vertentur ſummarie, ſimpliciter, et de plano, ſine ſtrepitu, et figura iudicij ſola veritate inſpecta, et manu Regia abſque obſeruatione terminorum, qui de ſtylo, ſeu ordinatione Palatij Apoſtolici, aut alias obſeruari conſueuerunt etiam priuatiue, quoad alia tribunalia: aliæ vero ſummam prædictam, aut illius valorem excedentes; et inter, ac contra alios, quam Mercatores, vertentes, ſeruatis terminis, et alias ſummariè, prout in beneficialibus.

11 Eiſdemque terminis quomodocunque male, et nulliter præpoſtere, ac confuſe tentis pro maiore partium diſpendio, et iam vnico contextu citatione, et audientia reiteratis, etiam per affixionem citationis pro tempore faciendæ, ad valuas habitationis ipſorum citandorum, quoad obligatos in forma Cameræ, ſeu quarantigiæ, Ripæ, et Ripettæ, ac alijs ſupradictis formis exequutiuis, & quod alios aliter obligatos, vbi non agetur de maiore, quam de viginti ducatorum ſumma audiri, cognoſcere, decidere, et fine debito terminare.

12 Necnon de omnibus, et ſingulis quibuſcunque, et quantumcumque enormibus criminibus, & delictis, et exceſſibus, tam in Vrbe, & Curiam prædictis, quam extra eas, per quoſcunque tam eiuſdem Curiæ, quam, atque Sedis officiales, quam dictam Sedem ſequentes, & alios etiam à iuriſdictione ordinariorum exemptos, ac dictæ Sedi immediate ſubiectos cuiuſcunque Eccleſiaſticæ, vel mundanæ dignitatis, etiam Epiſcopalis, vel maioris, et per quoſcunque alios cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, perpetratis, vel perpetrandis, tam ad Procuratoris Fiſcalis denunciationem, et promotionem, quam etiam partium accuſationem, vel etiam inſtigationem, ſeu ex mero officio & quoad omnes priuatiue perpetratis per Notarios ſuos, et ſubſtitutos, ac alios in eorum officijs, et intus, ea ſolum inquirere, et ſuper illis tam per viam inquiſitionis, quam accuſationis, ſeu denunciationis, et inſtigationis huiuſmodi procedere, et culpabiles repertos, iuxta ſuorum exceſſum exigentiam, & qualitatem, quouis modo punire.

13 Dum-

13 Dummodo monitoria contra Epiſcopos, vel eorum ſuperiores ad comparendum perſonaliter, niſi præuia commiſſione manu noſtra ſignata, non decernas.

14 Necnon quaſcunque litteras Apoſtolicas, generales, & particulares, tam ſub plumbo, etiam per officium audientiæ noſtrarum litterarum contradictarum, ac etiam per officium minoris gratiæ expeditas, quam in forma Breuis, & quarum ſolam ſignaturam ſufficere conceſſum fuerit ſupplicationes, per nos, & pro tempore exiſtentes Romanos Pontifices, aut in eorum, ſeu noſtri præſentia ſignatas, necnon litteras pro tempore exiſtentis Camerarii, & Pœnitentiarii Maioris noſtrorum, dummodo in illis, & litteris Apoſtolicis prædictis, alii exequutores deputati non fuerint; ſolus, in quibus verò deputati erunt, accumulatiuè cum illis exequi, & ſuper illis proceſſus debitos in forma ſolita, etiam cum promulgatione cenſurarum in ſimilibus promulgari ſolitarum decernere.

15 Ac tuarum, per te, tuoſque Locumtenentes, ſeu quoſuis alios tam Eccleſiaſticos, quàm ſæculares Iudices, tam delegatos, quàm ſubdelegatos, ac etiam cauſarum dicti palatii Auditores, vel nos, aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentis, tam in ſpecie, quàm in genere, ac aliàs quomodolibet in eadem curia pro tempore latarum ſententiarum, necnon quorumcunque proceſſuum generalium, vel ſpecialium, tam in die Cœnæ Domini, quàm aliàs, cum cenſurarum, & pœnarum Eccleſiaſticarum fulminatione fieri ſolitum, exequutionem, quas etiam ſi delegatis, vel ſubdelegatis prædictis, aut quibuſuis alijs etiam ſpecialiter per nos, & Sedem prædictam commiſſæ fuerint, tibi accumulatiuè, & non priuatiuè commiſſas eſſe volumus, atque decernimus; ſeruatis terminis in tribunali tuo huiuſmodi ſeruari ſolitis, etiam ſingulis diebus, & horis, prout in ordinarijs conſuetum eſt facere, illaſque, & illos debitæ exequutioni, etiam ſi opus fuerit, cum auxilij brachij ſæcularis inuocatione demandare.

16 Et quaſcunque Communitates, Vniuerſitates, Collegia, Capitula, necnon etiam extra dictam Curiam degentes perſonas, pro debitis per eos in eadem curia contractis, aut ſalario, ſeu contractu in dicta curia inito. Degentes verò in eadem curia, ſeu curiales Eccleſiaſticos, ſæculares, vel regulares, etiam ab ipſa curia abſentes cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, etiam Pontificalis conditionis, vel præeminentiæ exiſtentes pro quibuſuis rebus, & pecuniarum ſummis, ad quorumuis etiam abſentium, quorum intererit, pro tempore inſtantiam, quoties expedierit, etiam per edictum publicum, conſtito, ſummariè, & extraiudicialiter, de non tuto ad eos acceſſu, ad ſatisfaciendum de eorum debitis, & præſtandum ea, ad quæ pro tempore tenebuntur, monere, & citare.

17 Ac litteras quaſcunque remiſſoriales, & compulſoriales, tam

gratio-

generales, quàm ſpeciales, vbi & quoſcunque opus fuerit arbitrio tuo decernere.

18 Necnon etiam in vim conſtitutionis Eugenianæ in fauorem curialium emanatæ, ac Leoninæ, & cuiuſcunque illius extenſionis inhibere.

19 Ac monitoria, citationis, & inhibitiones ad partes, etiam per ſimile edictum decernere, eos quoque arreſtare, & carcerare, ac ſi tibi videbitur, quaſcunque pœnas, & multas ſimili arbitrio dimittere, & relaxare, ac pro delictorum, & exceſſuum, necnon criminum qualitate, eis per te Locumtenentes infligere, & imponere.

20 Necnon quoslibet inobedientes excommunicare, & à diuinis ſuſpendere, generaliter, vel ſpecialiter interdicere, ac ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, per te, & locumtenentes tuos pro tempore latas etiam iteratis vicibus aggrauare.

21 Et quod à te, vel Locumtenentibus prædictis pro tempore excommunicati, ſeu aliàs cenſurati ab alijs. quam a te, vel Locumtenente prędictis etiam de partium conſenſu, præterquam in mortis articulo conſtituti abſolui non poſſunt, ad euitandum colluſiones ſtatuere.

22 Et cum tibi viſum fuerit, expedire, Communitates, Vniuerſitates, Collegia, Capitula, & perſonas quaſcunque a quibuſuis ſententijs, cenſuris. & pœnis, ac multis Eccleſiaſticis, ſpiritualibus, vel temporalibus, per alios videlicet, quam per te, & tuam curiam inflictis in diebus Paſchalibus, & Natalitijs, cum reincidentia abſoluere. Necnon ſententias, cenſuras, & pœnas, ac multas huiuſmodi, & quæcunque interdicta ſuſpendere, tollere, & eis relaxare.

23 Necnon obligationes in forma Cameræ, etiam poſt mortem debitoris, quoad illius bona tantum, etiam per viam confeſſionis debiti per aliquem ex procuratoribus in qualibet obligatione conſtitutis more ſolito facienda, & hæredibus legitimè citatis, ſeu aliàs arbitrio tuo exequi, & exequutioni demandari facere.

24 Et generaliter omnia, & ſingula, quæ ad officium Auditoris cauſarum curiæ huiuſmodi, de iure, vel ex priuilegio, aut vſu, ſeu litteris, & conſuetudine prædictis olim ſpectabant, & quæ illi, qui pro tempore fuerunt cauſarum curiæ huiuſmodi Auditores, ex conceſſis eis facultatibus facere, & decernere, mandare, ſtatuere, ordinare, & exequi quomodolibet poterant, ſeu conſueuerant, facere, dicare, mandare, ſtatuere, ordinare, & exequi valeas, habituri ratos, & gratos proceſſus, ac ſententias, quas tu, & Locumtenentes tui prædicti pro tempore habuerint, & tulerint, ac reliqua omnia, quæ in præmiſſis, & circa ea, aut quodlibet eorum fecerint, dixerint, mandauerint, ſtatuerint, & ordinauerint, ac facturi ea omnia authore Domino, & ab omnibus vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari.

25 Inſuper, eiſdem authoritate, & poteſtatis plenitudine, tam litteras

teras

teras Iulij II. Leonis X. aliorumque prædeceſſorum huiuſmodi, quam omnia, & ſingula indulta, facultates, iuriſdictiones, & gratias, Officio Auditoratus, & Auditoribus præfatis quomodolibet conceſſa, ac cum omnibus, & ſingulis in eiſdem contentis clauſulis, ſingulas denique deſuper confectas litteras, quorum omnium, & ſingularum prædictarum litterarum huiuſmodi tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, pariter præſentibus haberi volumus pro expreſſis authoritate, & tenore præfatis approbamus, confirmamus, innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere, decernimus, illaque omnia, & ſingula ad officium Auditoratus, & pro tempore exiſtentem Auditorem huiuſmodi perinde, ac ſi eis ſpecialiter, & expreſsè conceſſa, & pro eis, ſeu in illorum fauorem ſtatuta, & ordinata fuiſſent, extendimus, & ampliamus.

26 Quodque conſtitutiones, quæ Odoardus, & Peruenit incipiunt, & quæuis alternatiue, ſeu moratoriæ, & dilationes etiam Salinariæ, per quoſcunque, etiam eiuſdem R.E Cardinales, Clericos Cameræ, & illius Camerarium pro tempore decretæ, quoad obligatos, vt ſupra tam reſpectu bonorum, quàm perſonarum nullatenus proſint. Quinimo obligationes prædictæ exequutioni debitæ demandentur, etiam poſt mortem debitoris, quoad bona.

27 Et non obſtantibus quacunque appellatione, & ſuperinde obtenta commiſſione de huiuſmodi obligatione expreſſam mentionem non faciente, aut diſcuſſione hæreditatis vbilibet pendente ſi per creditores data fuerit idonea cautio in forma depoſiti de reſtituendo id, quod receperint, prioribus, & potioribus creditoribus in euentum ſuccumbentiæ.

28 Quodque tu in Cappella, & reliquis actibus tam publicis, quàm priuatis primum locum poſt eundem Gubernatorem, & Oratores principum, ſi Prælati fuerint, habeas, indulgemus, ſtatuimus, volumus, & ordinamus. Necnon contradictores, & rebelles, tibiq; in præmiſſis non parentes opportunis iuris remedijs compeſcendi, & ad id ſi opus fuerit, auxilium brachij ſæcularis inuocandi, cæteraque in præmiſſis: & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna, tam in dicta Vrbe noſtra, quàm vbique locorum faciendi, & exequendi, iuxta facultates aliàs dilectis filijs noſtris Hieronymo S. Euſtachij Diacono Cardinali Matthæio, dictiſq. Auguſtino Cardinali, & Horatio reſpectiuè tunc officium Auditoratus huiuſmodi obtinentibus attributas plenam, & liberam, authoritate, & tenore præmiſſis, concedimus facultatem.

29 Ac etiam ſtatuimus, et ordinamus, quod ſi in cauſis in tuo tribunali, tam motis, quàm in futurum mouendis, comparuerint Creditores vſque ad ſummam quinquaginta ſcutorum incluſiuè pro quolibet, qui verè ſint miſerabiles perſonæ, eis de eorum credito, etiam quod non ſint priores, aut potiores, ſatisfieri poſſit, ac debeat. Mandantes propterea

tibi, quatenus, conſtito tibi prius, etiam ſummariè, & extraiudicialiter, & quantùm tibi ſufficere videbitur de præmiſſis paupertate, & miſeria, dictos pauperes ad ſatisfieri mandes, & facias, realiter, & cum effectu. Super quibus tibi plenam, & liberam facultatem cum ſimili poteſtate quoſcunque, vbi, & quando, ac quoties opus fuerit, etiam per edictum publicum, conſtito ſummariè, & extraiudicialiter de non tuto acceſsu, ac etiam ſub Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & etiam pecuniarijs, alijsque pœnis imponendis, moderandis, & applicandis, citandi, monendi, & inhibendi, & in euentum non paritionis, ſententias, cenſuras, & pœnas huiuſmodi declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, excommunicandi, interdicendi, auxiliumque brachij ſæcularis, ſi opus fuerit, inuocandi, necnon perpetuum deſuper ſilentium, omnium, & quacunque appellatione, & recurſu remotis, imponendi, omniaque, & ſingula alia in præmiſſis, & circa ea neceſsaria, ſeu quomodolibet opportuna, faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi, iuxta conceſſionis Gregorij Papæ XIII. prædicti, ac aliorum Romanorum Pontificum prædeceſsorum noſtrorum, deſuper ipſis Hieronymo, & Auguſtino Cardinalibus, ac etiam Horatio reſpectiuè, vt præmittitur, factæ, tenorem concedimus, et impartimur.

30 Poſtremo tibi, vt omnes, et quaſcunque cauſas tam per te, quàm Locumtenentes tuos ſuper omnibus, et ſingulis articulis negocijs, et cauſis in Conſtitutione, ſeu Motuproprio per prædictum Pium prædeceſsorem pro pecunijs ad cambium, et recambium, vſurariè, et malo modo per Mercatores dictæ Vrbis accipiendis facta, contentis, et dependentibus ab eis, prout pro ſingulorum caſuum circumſtantijs, aliàs de iure tibi faciendum videbitur, non obſtante facultate, ſeu Motuproprio per eundem Pium prędeceſsorem in fauorem dicti Gubernatoris conceſſa partibus iuſtitiam miniſtres, ac in cauſis ipſis, non tanquam ſpecialis, Commiſſarius, ſed, prout ſolet in ſimilibus cauſis, iuxta tuarum facultatum tenorem, et ordinarium Curiæ tuę ſtylum, procedas, cum poteſtate citandi, et inhibendi, ac quaſcunque inhibitiones per dictę Vrbis Gubernatorem decretas reuocandi, et criminalitates contra Mercatores tollendi, aliaſque, et alia, quę in prę miſsis, et circa ea fuerint neceſsaria, et quomodolibet opportuna, faciendi, ac alias in omnibus, et per omnia, iuxta conceſſionum per prędictum Pium bo. me. clarę mo Cardinali Vrſino nuncupato, & deinde per ſanctæ me. Pium Papam V. etiam bo. me. Alexandro Cardinali Riario, & poſtremo per Gregorium, Hieronymo, ac etiam Sixtum prædeceſſores noſtros huiuſmodi Auguſtino, Cardinalibus & Horatio prædictis, tunc temporis Curiæ cauſarum eiuſdem Cameræ Generalibus Auditoribus, factarum, tenorem, authoritate, & tenore ſimilibus committimus, & mandamus.

31 Mandantes propterea, & diſtrictus inhibentes quibusuis Iudicibus,

bus, & perſonis quocunque nomine nuncupatis, & quouis priuilegio munitis, etiam ſi eiuſdem S. R. E. Cardinales fuerint, ſub indignationis noſtræ pœna, ac interdicti: necnon etiam excommunicationis ſententijs, quas, ſi ſecus fecerint eo ipſo incurrant, & à quibus præterquam in mortis articulo conſtituti, aliàs, quam à Romano Pontifice pro tempore exiſtente abſolui non poſſint, ne in obligationibus ſupradictis illarumque exequutionibus, aut alijs præmiſſis, contra earundem præſentium tenorem quomodolibet, niſi vt præfertur, ſe intromittere, aut te, vel Locumtenentes prædictos ſuper præmiſſis moleſtare præſumant.

32 Decernentes te, nullo vnquam tempore pro præſenti officij Auditoratus conceſſione, ad perſoluendum aliquod pretium, ſiue paruum, ſiue magnum, nobis, ſeu prædictæ Cameræ, nequaquam teneri, minuſque te, tuoſque hæredes, ſuper hoc, & alijs in præſenti gratia conten is, per nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, ipſamq; Cameram, & illius miniſtros moleſtari poſſe, neque debere, ſed prædictam ſummam ſexaginta millium ſcutorum, per dictum Horatium perſolutam, etiam pro præſenti conceſſione computandam eſſe, prout computamus, & computari volumus, & mandamus, ac ſi actualiter, & cum effectu per te perſoluta eſſet: neque tibi, & qui in hoc, ac etiam quoad fructus decurſos huiuſmodi conſentiunt, alijs dicti Horatij cohæredibus, de cætero ſuper pretio eiuſdem officij, ſeu dicta ſumma ſexaginta millium ſcutorum contra nos, & Cameram prædictam vllum ius, vllamque actionem competere; immo nos, & ipſam Cameram ab omni obligatione illius reſtitutionis dicti hæredibus faciendæ liberatō fore, & eſſe; nec præſentes litteras vllo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quouis defectu, etiam ex eo quod agentes pro dicta Camera, & alij forſan intereſſe habentes ad hoc vocati non fuerunt, vel ex quauis alia cauſa, quantumuis legitima vrgenti, & iuridica etiam neceſſaria exprimenda notari, & impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, & in ius, ac controuerſiam reuocari, aut aduerſus illas, etiam ratione enormis, & enormiſſimæ læſionis, quodcunque iuris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, minuſque ſub ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus per quemcunque Romanum Pontificem, ſub quacunque verborum forma pro tempore factis, ſeu quibuſuis conſtitutionibus, decretis, & declarationibus generalibus, & ſpecialibus quomodolibet editis, & edendis, ac factis, & faciendis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, verborumque expreſſionibus, quantumcunque prægnantibus, comprehendi, ſed ſemper ab illis excepta, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant, ſtatum, reſtituas, repoſitas, &

plenarie, etiam ſub quacunque data, per eligenda, reintegratas, & de nouo conceſſas, validaſque, & efficaces fore, & eſſe, vimque validi, & efficacis contractus inter nos, & ipſam Cameram ex vna, ac te ex altera partibus, rite, & recte initi, & ſtipulati, ac etiam vtrimque iurati habere, & perpetuo obtinere.

33 Sicque, & non aliter per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, ordinarios, vel delegatos, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinales, in quauis inſtantia, ſublata, eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere. Ac ex nunc irritum, & inane, nulliuſque roboris, vel momenti, quicquid ſecus ſuper his, & circa ea, quauis auctoritate, etiam à nobis, aut ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et inſuper litem, ſeu cauſam, vel moleſtiam inter Cameram ex vna, & hæredes prædictos ex altera partibus, tam ſuper emolumentis dicti officii Auditoratus, vt præfertur, decurſis, quam forſan officio Auditoratus huiuſmodi motam, ſeu mouendam, cuius ſtatum, & merita nominaque, & cognomina iudicium, ſi qui ſint, ſimiliter præſentibus haberi volumus pro expreſſis, harum ſerie ad nos auocamus, illaſque penitus extinguimus, ac Cameræ, hæredibuſque prędictis reſpectiue ſuper omnibus & ſingulis in præſenti gratia contentis, vna cum omnibus factis, dictis, proteſtatis, ac quomodocumque, & quandocunque ſubſequutis, ſeu faciendis, dicendis, proteſtandis, ſiue ante, ſiue poſt dat. pręſentium, etiam in plena Camera, ſeu alibi per quoſcunque noſtros, & Cameræ, prædictæ miniſtros, procuratores, & officiales vniuerſos, perpetuum ſilentium imponimus.

34 Quocirca prædicto Henrico Cardinali, & Camerario, per Apoſtolica ſcripta, motu pari mandamus, quatenus per ſe vel alium, ſeu alios te, vel procuratorem tuum, nomine tuo, in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem officii Auditoratus, et annexorum, iuriumque, et pertinentiarum, ac priuilegiorum, & facultatum prædictarum, ſeu quaſi auctoritate noſtra inducat, & defendat, inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ſcientes te, vel pro te procuratorem prædictum, ad officium huiuſmodi, eiuſque liberum exercitium, necnon honores, onera, ſalaria, regalia, iura, et emolumenta in ipſius Horatii locum admitti, tibique de emolumentis, et alus prædictis, vt ſupra, integre reſponderi. Contradictores dicta auctoritate noſtra, appellatione poſtponendas, compeſcendo.

35 Non obſtan. pręmiſſis, ac noſtris, quatenus opus ſit, de non tollendo iure quæſito, necnon reuocatoria facultatum percipiendi partium officiorum dictę curiæ, et gratiis ad inſtar non concedendis, aliiſque Cancellarię

Cancellariæ apoſtolicæ regulis etiam per nos, & prædeceſſores, ac ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices quoſcunque, quomodocumque & quandocumque editis, & edendis, & etiam præfati Pij Quarti prædeceſſoris, quod priuilegia, conceſſiones, & indulta, Cameræ prædictę præiudicium quomodolibet concernentia, in Camera prædicta intra certum tempus regiſtrari, intimari, inſinuari, & notificari debeant. Ita quod tu præſuntes noſtras litteras in eadem Camera nullo vnquam tempore præſentare, intimare, notificare, & regiſtrari, facere ac inſinuare tenearis, niſi, ſi & quando tibi videbitur, ac quibuſuis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam de rebus, & bonis Eccleſiæ, & Camerę prædictarum non alienandis, ac in illarum alienatione & ſeu conceſſione certas ſolemnitates, & formas ſeruari debere diſponentibus, ac Curia, & Palatii ſtylo, necnon Vrbis, & Cameræ huiuſmodi, & quarumcunque aliarum, ciuitatum, terrarum, et locorum, etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus, reformationibus etiam nouis, ac nouiſſimis, et decretis, et ordinationibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, quibuſuis Communitatibus, Vniuerſitatibus, Baronibus, Domicellis, Feudatariis, & aliis quibuſcunque eidem Sedi mediate, vel immediate ſubiectis, & quibuſuis aliis quacunque dignitate, etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriachali, & Cardinalatus honore fungentibus perſonis, vbiuis locorum exiſtentibus, ac etiam noſtri, & d. Sedis Nunciis, Legatis, etiam de latere, per nos, & Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam pro quibuſcunqne cauſis, etiam motu ſimili conceſſis, confirmatis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis, & in poſterum concedendi, confirmandis, approbandis, & innouandis. Quibus omnibus, & ſingulis, ac omnibus aliis hic non expreſſis: quæ forſan præſenti gratię obeſſe poſſent, etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, & certa exquiſita forma obſeruanda foret, illorum tenores preſentibns pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie, motu, & ſcientia ſimilibus ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac plene, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, & declaramus; ac omnibus illis, quæ in præmiſſis conceſſa fuerunt, non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

36 Per præſentes autem non intendimus reformationibus de Auditoratus huiuſmodi, & aliis dictæ, Curiæ officiis per Pium IV. & Pium V. prædeceſſores prædictos factis, necnon Concilii Tridentini decreti in aliquo derogare, vel alias præiudicare, ſed illas, & illi ſalua eſſe, & in ſuo robore permanere; eaque omnia per te, & alios. ad quos id quomodolibet ſpectat, omnino, & inuiolabiliter ſeruari mandamus.

37 Et inſuper volumus, quod tu, antequam officium Auditoratus cauſarum Cameræ huiuſmodi exercere incipias, de illo fideliter exercendo, in manibus Henrici Cardinalis Camerarij prædicti; ſeu eius Locumtenentis ſolitum præſtes iuramentum.
38 Quodque præſentium litterarum exemplis, ſeu tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, & adhiberi debeat, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ.
39 Tu igitur prædictum officium Auditoratus prompta deuotione ſuſcipiens, ſic illud diligenti ſtudio, cura, & integritate exequaris, vt ſua opera ad Dei laudem, & gloriam, ac earundem Eccleſiæ, & curiæ bonum publicum, priuatorumq; commoditatem, & exemplum laudabile cedant, teque apud nos, & Sedem prædictam, vt ſperamus, merito per amplius recommendet.
40 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionum, aſſignationis, dationis, elargitionis, conſtitutionis, deputationis, ſubſtitutionis, ſubrogationis, approbationis, confirmationis, commiſſionis, inhibitionis, computationis, auucationis, extinctionis, impoſitionis, indultorum, decretorum, mandatorum, ſtatutorum, ordinationum, voluntatum, derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo nonageſimo, Pridie Idus Decembris Pontificatus Noſtri Anno Primo.

L. DATARIVS.

M. Veſtrius Barbianus.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, Indictione quarta, die verò Veneris decimaquarta menſis Iunij. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Gregorij Diuina prouidentia Papæ XIV. Anno eius primo, Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris eſt illas ibidem per aliquod temporis ſpatium affixas dimittendo, per nos Io. Baptiſtam Bagni, & Catherinum Menandi eiuſdem S. D. N. Papæ Curſores.

Pompeius Guerra Mag. Curſ.

Regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

PRA-

PRACTICA
OMNIVM TERMINORVM
ROTAE,
ET ALIORVM TRIBVNALIVM ROMANAE CVRIAE
omnibus Curialibus neceſſaria, & vtiliſſima.

VNA CVM FESTA PALATII.

A FLAMINIO PARISIO I.V.D.

TRactaturi de modo practicandi in Alma Vrbe operæ pretium eſt, vt dipiſcamus primo quot, & qui ſint principaliores in forenſibus negotijs Iudices, & quæ ſingularum ſit facultas, ac iuriſdictio.

Quatuor igitur ſunt Iudices ordinarij Gubernator: hic autem facultatem habet procedendi etiam contra forenſes, & omnes tam ciuiliter, quam criminaliter, & pro quacunq. ſumma, ſoluſque vltimo ſupplicio delecta ipſa plectendi ius habet: Gubernatoris officium quale ſit, & quæ, & quanta ſit eius iuriſdictio, & in quibus vide per Veſtr. in ſua pract. lib. 2. cap. 5.

Auditor Cameræ, qui ſpecialiter eſt deputatus iudex curialium, & exequutor cenſurarum, & obligationum in forma Cameræ, iudicium criminale habet: vbi vero delinquentes puniendi ſunt pœna corporalis afflictiua, iudicio Gubernatoris imponi ſolet. In obligationibus in forma Cameræ habet iuriſdictionem, quacunque ſumma ſit contracta obligatio.

Auditoris Cameræ officium quale ſit, de eiuſque auditorio, & iuriſdictio, vide eundem Veſtr. lib. 2. cap. 4.

Vicarius S. D. N. Iudex eſt Monachorum, & Presbyterorum, monaſterium, locorum piorum, ac in ſpecie Hebræorum Vrbis incolarum ordinariam habet facultatem vſque ad ſummam ſexaginta aureorum. Ideo conſuetum eſt pro maiori ſumma procedere coram Gubernatore vſque ad ſententiam incluſiuè, qui, vt dictum eſt, pro quacunque ſumma ordinariam iuriſdictionem habet.

In obligationibus autem in forma Cameræ; ſi quis vellet procedere ad excommunicationem, declarationem, & publicationem, vigore dictæ obligationis, dubitaret, non poſſent Vicarius. & Gubernator pro-

cedere ad relaxationem litterarum declaratoriarum vigore dictæ obligationis in forma Cameræ. Ideo litterarum ipſarum ſolet dari mandatum exequutiuum.

Senatoris tamen limitata eſt iuriſdictio ad Romanos, & incolas tantũ Idcirco de eo ſeparatum infra erit agendum. De Senatore Vrbis, quod ſit eius officium, & quanta ſit iuriſdictio ipſius, & in quibus, vide per eundem Veſtr. lib. 2. cap. 15.

Accedunt etiam Reuerendiſs. Auditores Rotæ, qui ſunt duodecim ad hunc numerum fuerunt redacti à Siſto IV. cum prius eſſent plures; hi Auditores Rotæ vulgò appellantur nunc, cum prius Cappellani Papæ dicerentur, eo quod in Vrbem ſedentes controuerſias rotant, atque examinant: & iſti dicuntur habere iuriſdictionem ordinariam in cognoſcendo, iuxta notata in clementina Auditor, de reſcriptis tamen ſecundum Gomeſium in compendio ſing. pag. 158. ante præſentationem commiſſionis Auditor cognoſcere non poteſt duplici ratione, vt per eum, de his vide per Veſtr. in ſua practica lib. 2. cap. 17. & per Gomeſium in proem. regul. Cancell. pag 4.

Auditor datus ſuper cauſam appellationis, & deſertionis, ſi reperiat benè iudicatum, & malè appellatum, poteſt pronunciare benè proceſſum & malè appellatum, ſecundum Gomeſ. in reg. de triennali. 9. ℣. pag. 437.

Item Auditore in cauſam appellationis, abſque alia noua commiſſione poteſt deſertionem cognoſcere, vt per eundem Gomeſ. in citato loco.

Auditoribus à die præſentationis commiſſionum datur iuriſdictio, vide per Gomeſ. in compen. verb. ſing. pag. 258.

Auditor remittens cauſam ad Cancellariam dicitur remittere ad conciſtorium Papæ: non autem ad Vicecancellarium, quæ ſit ratio vide per eundem Gomeſ. in proem. reg. Canc. reg. 6.

Auditores habent ſolùm Romanam Curiam per &c. & quomodo id procedat, vide per Gomeſ. in compend. ſing. pag. 158.

Auditor proponens cauſam de more votum non profert; quia numerum non facit: à Rota tantùm aliquando conceditur propter difficultatẽ materiæ, & vt cauſa exitum habeat, ſec. Gomeſ. in reg. de trien. 9. p. 349.

Si quis ergo velit debitore conuenire pro quacunque ſumma curet hoc pacto, ac ordine conuenire.

Citetur N. exaduerſo principalis, ſi principalis eſt, aliàs procurator; & ita in omnibus citationibus obſeruatur, vt ſemper conſtet quis actor ſit, & quis reus: nam principales per ſe agant, vel per procuratores, ad reſpondendum primo pro prima dilatione ad primam diem; inſtante tali principali, vel procuratore tali.

Exequuta verò citatione principalis per mandatariũ curiæ faciat illam inſcribi in manibus actorũ notarij, ibiq; exprimat ſummam, quam petit.

Si debitor conſuetus primæ citationi non reſponderit, fiet ſecunda citatio hoc modo.

Cite-

Citetur N. exaduerſo principalis ad reſpondendum ſecundæ petitioni pro ſecunda dilatione, inſtante tali procuratore, talis, vel principali: & ſi adhuc reus teneat, fiet tertia citatio.

Citetur N. exaduerſo principalis ad reſpondendum tertio pro tertia dilatione, aliàs ad videndum decerni mandatum exequutiuum contra ipſum. Hoc autem expleto in contumaciam aduerſarij non reſpondentis, datur poſtea mandatum exequutoribus, qui afferunt pignora. De mandato Reuerendiſs. P. D. Almæ Vrbis Gubernatoris, vel D. ipſius Locumtenentis ad inſtantiam N. exaduerſo principalis auferatur de domo, & bonis N. exaduerſo principalis bona valoris centum, & expenſarum in quibus eidem tenetur prout in actis patet, & ablata ponuntur ſubhaſtanda, attento quod eſt citatus, relatus, & contumax. D. Presb. mandatum decreuit, Ideo.

Cum vero dicti mandati facta erit exequutio, & debitor perſeuerat in contumacia ſeruatis, ſeruandis, citandus eſt, hoc pacto.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum decerni, vel fieri mandatum de conſignandis pignoribus Mandatario Curię ad effectum ſubhaſtandi, à primam; inſtante parte; relatione poſita dictæ citationis in manuali notarij actuarij curiæ obtinet in ſcriptum mandatum de conſignandis pignoribus nuncupatum.

De mandato R. P. D. Gubernatoris Vrbis Romę, vel ipſius Locumtenentis, & ad inſtantiam N. principalis tibi exequutori Curiæ, & ad quem ſpectat, &c. ac mandatum, quatenus ſtatim viſis præſentibus ſub noſtri arbitrij pœna debeas, parti ablata cuidam N. exaduerſo principali vni ex curiæ mandatarijs ad effectum illa ſubhaſtandi realiter, & cum effectu conſignaſſe, attento quod ipſo citato D. ita mandat. Ideo.

Cum habueris in manibus dictum mandatum, tunc illud dabis exequutori, qui ſtatim conſignabit in manibus pignora ablata reo. Quo facto fias talis citatio.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum mandari ſubhaſtari pignora ad primam diem, inſtante principali.

Alia ſequenti die fiet alia citatio, cuius eſt forma.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum deliberari pignora ſubhaſtata plus offerenti, niſi infra decem dies illa reus reluerit, vel aliter cum creditore concordauerit, cum intimatione.

Intimetur N. exaduerſo principalis qualiter D. mandauit deliberari pignora plus offerenti, niſi infra decem dies reluerit, inſtante principali.

Elapſis decem diebus mandatarius dabit, & deliberabit pignora plus offerenti, & de ea pecuniæ ſumma ſatiſfaciet creditori, qui ſi non ſufficiet, fiet talis citatio.

Citetur N. exaduerſo principalis ad ſoluendum reſiduum, aliàs videndum decerni mandatum ad primam inſtante principali.

Facta relatione iudex decernet aliud exequutiuũ mandatũ pro ſumma reſtan.

reſtante, quod mandatum etiam præſentabitur excuſatori, eoque exequuto petet conſignari, pignora ſubhaſtari, & deliberari, ordine ſupradicto.

Hic eſt proceſſus contra contumacem.

*S*i verò debitor conuentus negauerit, vel aliàs reſponderit primæ, vel ſecundæ citationi, aduertendum eſt quomodo reſpondeat; cauilloſi enim ſolent hoc pacto reſpondere. Peto copiam petitionis cum termino, & tunc facias.

Citetur N. exaduerſo principalis ad recipiendum copiam petitionis, & reſpondendum affirmatiuè, vel negatiuè, aliàs tradi mandatum exequutiuum contra ſe, inſtante principali.

Quo facto, niſi alter reſponderit, habebit mandatum in contumaciam, vt ſupra dictum eſt.

Poſſet autem reus petere fieri calculum, & tunc ipſum citabis hoc modo.

Citetur N. exaduerſo principalis ad calculandum, calcularique videndum in iudicio hora audientiæ, ad primam, inſtante principali.

Relatione facta, dicas. Ego calculo prout in petitione, ſeu in tanta ſumma, quam ſpecificabis, eodem die facies eum citari hoc modo.

Citetur N. exaduerſo principalis ad ſoluendum iuxta formam calculi in actis facta, aliàs videndum tradi mandatum exequutiuum pro ſumma expreſſa in calculo ad primam diem, inſtante principali.

Relatione facta iudex decernet mandatum contra reum ſecundum calculum.

Sed ſi reus conuentus negauerit ſe teneri ad petita per actorem, oportet tunc probare debitum illius, aut per apocam aduerſarij prætenſi debitoris manu ſcriptum, & eam tunc producere in iudicium, & dare notario cauſæ. Deinde citabis aduerſarium hoc pacto.

Citetur N. exaduerſo principalis ad dicendum contra iura producta, & & repetita, & videndum iurare teſtes ſuper recognitione, & recognoſcendum manum ſuam, mediante iuramento, & videndum ſe aggrauari ad primam diem, inſtante principali.

Relatione facta, ſi teſte habueris cognoſcentes manum eius, qui ſcripſit apocam; eos notarios offeras, ipſiſque apoca oſtendatur, etſi illam pacto N. recognouit mediante iuramento, manu Antonij in forma.

Si non potueris habere teſtes aduerſæ partis, poſita relatione ſupradictæ citationis Iudex grauat reum in vno, vel duobus iulijs quolibet die, niſi recognouerit manum ſuam. Quo facto facias reum citari hoc pacto.

Intimetur N. exaduerſo principalis, qualiter D. grauauerit illum, niſi recognouerit manum ſuam, & citetur ad videndum alterari grauamen, & committi exequutionem ad primam, inſtante principali.

Rela-

Relatione facta Iudex alterabit grauamen, ad duplum, videlicet de duobus iulijs ad quatuor quolibet die, & dabit tibi mandatum talis tenoris.

De mandato Reuerendiſs. D. Gubernatoris, vel eius Locumtenentis, & ad inſtantiam N. principalis, grauetur N. exaduerſo principalis per exequutorem in quatuor iulios quolibet die, donec quouſque recognouerit apocam in actis productam manu ſua ſcriptam, vel ſuper ea affirmatiuè, vel negatiuè, mediante iuramento reſponderit, attento quod eſt citatus, relatus, Dominus ipſum grauauerit, grauamen alterauerit, & exequutionem commiſerit, &c. mandato exequuto pro quolibet die tollet iulios quatuor, eoſque in ſuam vtilitatem conuertet, ita vt reus cogatur comparere ad recognoſcendum manum ſuam: cum verò apoca fuerit recognita, fiet citatio, hoc pacto.

Citetur N. exaduerſo principalis, ad audiendum voluntatem Domini, & ſoluendum iuxta formam apocæ manu ſua conſcriptæ, aliàs ad videndum decerni mandatum pro ſumma petita, vel in eo contenta ad primam inſtante principali.

Iudex decernet mandatum, niſi ad primam; inſtante principali cum intimatione hoc pacto.

Intimetur N. exaduerſo principalis, qualiter D. decreuit mandatum contra ipſum, niſi ad primam diem; inſtante principali. Et ſic habebis mandatum exequutiuum nuncupatum ſeruatis ſeruandis, qui reuocari non poteſt, & facies illud exequi in bonis debitoris, & ſerua ſtylum citationum in conſignandis pignoribus, ſubhaſtandi, & deliberandi, vt ſupra contra contumacem in primo mandato de auferendo de domo cum ſeq.

Si debitor poſtquam conuentus fuit, vel ante ſuſcipiat terminum in iudicio, vel cenſuras, ſi ſumma debita excedit decem ducatos, poteſt debito ſuſcipere in iudicio cenſuras, qui ſunt triginta dies ad ſoluendum debitam ſummam: licet nec cenſuræ, nec tempus deberet concedi: reo tamen de ſtylo conceduntur: ſed ad decem ducatis infra conceditur ſolummodo terminus decem dierum, & non vltra, licet quandoque iudices concedant quindecim, vel viginti ex cauſa, ſi verò debitor ad decem infra, vel viginti dies prout ſibi viſum fuerit.

Finito termino cenſurarum; vel decem dierum, citetur hoc modo.

Citetur exaduerſo principalis, ad ſoluendum iuxta formam cenſurarum, vel termini, aliàs tradi mandatum, inſtante principali. Et ſic habebis mandatum exequutiuum, ad cuius exequutionem procedes, vt ſupra in primo mandato de auferendis de domo bonis, cum ſeq.

Nota, quòd ſi non poteris verificare tuum creditum aliter, quàm per teſtes duos, vel tres, qui viderint, vel interfuerint quando mutuaſti, vel vendidiſti, tunc facias articulos, in quibus concludenter narretur, quę vis probare, & illos in iudicium producas, & conſignes notario, citationemque facias hoc modo.

Cite-

Citetur N. exaduerſo principalis, ad dicendum contra articulos facto deductos, videndumque illos ad probandum admitti, iurare teſtes, & reſpondere ſingula ſingulis medio iuramento; alias ad aggrauari ad primam diem, & dandum interrogatoria per totam illam, & ſequentem diem, & intimetur eidem, qualiter materię medio iuramento ſunt ſpecificatæ ad primam inſtante principali, vel.

Citetur N. exaduerſo procurator, vel principalis ad dicendum contra articulos facto datos illoſque videndum admitti, ad probandum iurare teſtes, committique notario cauſæ receptionem iuramentum egregiarum & impeditarum perſonarum ad primam diem: & poſtquam commiſſum fuerit, videndum illos iurare, in eorum, vel notarij domibus aut vbi reperti fuerint per totam illam, vel tres ſequentes dies de mane vel de ſero, à tali hora, vſque ad talem, ad concordandum de interprete ſumptibus ſuis, alias examinabuntur ſiue, necnon ad dandum interrogatoria per totam illam, & ſequentem diem. Et intimetur eidem qualiter materiæ ſunt ſpecificatæ in actis, & teſtes examinabuntur ſuper illis, & tota cauſa inſtantibus.

Relatione facta, nobis teſtes examinandos, vel nominabis ipſorum à tergo articulorum deſcribe.

Nota quod in cauſis ordinariis, teſtes habentur pro iuratis in relatione inductionis eorum.

Elapſis autem diebus duobus facias examinari teſtes, quot vis, & eos quos nominaſti. deinde vnam cum articulis oſtẽdas Iudici eorum dicta, quibus viſis citabitur ad ſententiam hoc pacto.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, ad concludendum, & audiendum ſententiam, & loco ſententię decerni mandatum exequutiuum ad primam, inſtante principali.

Et Iudex dabit ſententiam, aut pronunciabit, prout in cedula, aut in loco ſententiæ mandatum exequutiuum relaxabit, ſeruatis ſeruandis, vt ſupradictum fuit.

Quod ſi tibi deficientibus probationibus viſum fuerit litem finire per viam partiti litis deciſiui poſt negationem factam ab ordinario, citabis illum hoc pacto.

Citetur N. exaduerſo principalis, ad videndum ſibi fieri partitum litis deciſiuum, & iurandum ſuper eo, alias mandari referri ad primum, inſtante principali.

Relatione facta, facias partitum hoc pacto.

Comparuit N. exaduerſo principalis, & fecit partitum infraſcriptum, qui vult eſſe litis deciſiuum, videlicet, quod iuret, vel neget, ſi tali die, commodaui ſibi talem equum, vel vendidi pro tali pretio, & non ſoluit ponendo caſum occurrentem.

Partito facto, ſi aduerſarius voluerit partiti copiam, ipſum citabis hoc pacto. Cite-

Citetur N. exaduerſo principalis, ad releuandam copiam, partiti, et ſuper illo iurare peremptorie, alias videndum mandatum referri in ſcripturis inſtante principali.

Elapſo die Auditorię, in quo poſueris relationem dictę citationis ſi pars aduerſa non iurauerit, compareas intu coram notario, et iures hoc modo.

Ego iuro contenta in partito fuiſſe, et eſſe vera, deinde facias citari partem aduerſam hoc modo.

Citetur N. ex aduerſo principalis ad ſoluendum iuxta formam iuramenti vel partiti iurati, alias videndum decerni mandatum exequutiuum iuxta illius formam, ad primam, inſtante principalis.

Et Iudex decernat mandatum exequutiuum contra reum pro ſumma contenta in partito, et erit mandatum ſeruatis, ſeruandis, et pro eius exequutione procedetur vt ſupra in primo mandato contra contumacem de auferendis de domo bonis.

Si reus iurauerit contenta in partito non eſſe vera non poteſt admitti vltra ad aliquas probationes ciuiliter contra ipſum: ſed poteris illum accuſare de periurio, procedendo contra ipſum criminaliter, ſi volueris probare per inſtrumenta, vel libros, vel teſtes ſeruandos in eorum productione formam productionis apoce ſupra datam.

Finita lite pro recuperandis expenſis in ea factis, citabit aduerſarium hoc pacto.

Citetur N. ex aduerſo principalis ad videndum taxari, et moderari expenſas ad primam diem, inſtante principali.

Relatione facta, dabis liſtam expenſarum Notario, qui quidem illic viſis faciet fidem iudici de ſumma illorum, et iudex illas taxabit. Quo facto citabis aduerſarium hoc pacto.

Citetur N. exaduerſo principalis ad ſoluendum expenſas taxatas, et moderatas: alias tradi mandatum ad primam inſtante principali, et ita mandatum debebis pro expenſis.

Nota modo, quod eadem forma procedendi ſeruatur in curia Vicarii Papæ, Sabellorum, Burgi, Ripę, et Ripettæ, licet in curiis Ripæ, et Ripettę ſummariæ procedatur, propter ipſorum ſtatuta ſtrictiſſima.

In Curia Auditoris Cameræ talis ſeruatur ſtylus.

IN cauſis ordinariis, ſi debitor eſt ſibi obligatus in forma Camerę, et inſtrumentum eſt in actis ipſius Auditoris non eſt opus citare debitorem ad dicendum contra: ſi vero inſtrumentum eſt in actis alterius notarii debitorem cures citari hoc modo.

Citetur N. ex aduerſo principalis ad videndum fieri, et admitti proteſtationem de reluendo inſtrumentum obligationis talis rei rogatum per notarium publicum ſumptibus ſuis; ad primam, inſtante principali.

Et fit huiuſmodi proteſtatio in reuelatione inſtrumenti ad effectum ponendi talem expenſam ad computum debitoris, lite finita: alias poni non poteſt, et producto inſtrumento citetur aduerſarius.

Citetur

Citetur N. exaduerſo principalis ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndumq; iurare teſtes ſupra recognitione, & confitendum debitum, & videndum ſe excommunicari ad primam inſtan. principali.

Relatione facta, & recognitione ſignata manu notarij rogati de dicto inſtrumento iudex mandabit confiteri debitum infra tres.

Elapſis tribus diebus incluſiuè citabis hoc pacto.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum ſe declarari, & contra ſe litteras decerni ad primam, inſtante principali.

Et ita obtinet litteras declaratorias, quarum vigore poſſunt affici cedulæ huius tenoris.

Dominus N exaduerſo principalis hic authoritate Apoſtolica denunciatur excommunicatus, & declaratus ob non ſolutionem ſcutorum centum, inſtante principali.

Aduerte, quod cum habueris litteras declaratorias iam datas à notario Cameræ ſigillatas, ac totaliter expeditas, oportet vt illas portes ad bancum curſorum, & illas ſibi facias publicari, retroſcribi, diemq. publicationis apponi: aliàs non potes cedulones affigere, nec ſæculare brachium habere, quod brachium habes poſt dies decem computandos à die publicationis, & integro decurſo, reproducta prius dicta publicatione Curſorum notario cauſæ vt iudici fiat fides, qui aduerſarius fuit poſt decem dies publicatus: tunc autem reus citetur.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum ſe grauari, & reaggrauari, & contra ſe brachium ſæculare decerni, taxari, & moderari expenſas ad primam, inſtante principali. Et ita habebis brachium ſæculare, quod eſt mandatum exequutiuum: cuius vigore poteris procedere ad affixionem cedulonum, & exequutionem realem, & perſonalem.

Brachium ſæculare eſt tormentum animæ, & corporis.

Ad introducendum autem, & proſequendum aliam litem in curia Auditoris Cameræ, quàm obligationis in forma Cameræ tunc ſtylus erit incipere à monitorio hoc modo.

De mandato R. P. D. N. A. C. vel eius D. Locumtenentis, & ad inſtantiam N. principalis.

Moneatur N. exaduerſo principalis, quatenus infra triduũ proximum ſub excommunicationis, & ducatorum centum auri pœnis debeat eidem inſtanti de tali ſumma, pro tali cauſa cum effectu ſatisfacere, & ſi ſenſerit ſe, &c. compareat, &c. alioquin, &c. Monitorium poſtea eſt ſubſcribendum à notario, & ſigillandum ſigillo Auditoris, & deinde per curſorem præſentandum aduerſario, & per eundem curſorem ſubſcribi.

Monitorio exequuto, principaliter ſi reus latitet, poteſt citari ad conſtituendum procuratorem reperibilem, & acceptantem; aliàs ad videndũ decerni proceſſum per contradictas, vel per affixionem ad valuas, & facta exequutione, & adhuc non cõpareat, obtinebis, à iudice admitti proceſſum per affixionem, niſi infra tres, cum intimatione, &c. hoc modo.

Inti-

Intimetur N. exaduerſo principalis quatenus Dominus mandat admitti proceſſum, & obſeruabis practicam, vt infra verſ. Nota ſi quis monitus in fine huius practicæ ſeruan. in curia Auditoris Cameræ.

Si verò timeas, quod aduerſarium fugam arripiat potes monitorio addere, & ſub eiſdem pœnis arreſtatur idem N. ne ab Vrbe, & Romana curia diſcedat, & recedere audeat, niſi prius ſatisfacto N. de ſumma, vel cum eo deſuper concordauerit; aliàs ſine licentia Domini, &c. quæ verba ponuntur in fine monitorij ante clauſulam, ſi ſenſerit.

Elapſis tribus diebus poſt præſentationem monitorij reum curabis, citari hoc pacto.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum ſe excommunicari quatenus non paruit monitorio, ac citationem hoc pacto.

Iudex ipſum excommunicabit, niſi ad primam cum intimatione, tu facias intimationem, ac citationem hoc pacto.

Intimetur N. exaduerſo principalis, qualiter Dominus ipſum excommunicauit, prout in monitorio, niſi ad primam, & citetur idem ad videndum ſe declarari, & contra ſe litteras decerni ad eadem primam diem inſtante principali. Intimatione facta, exinde citabis hoc pacto.

Citetur N. exaduerſo principalis per affixionem ad valuas, & aciem campi Floræ, ad dicendum contra articulos facto datos, illoſque videndum ad probandum admitti, iurare teſtes, committiq; notario cauſæ receptionem egregiarum, & impeditarum perſonarum ad primam diem: & poſtquam commiſſum fuerit videndum illos iurare in eorum, vel notarij domibus, aut vbi reperti fuerint per totam illam, vel tres ſequentes dies de mane, vel de ſero, à tali hora, vſque ad talem, & ad concordandum interprete ſumptibus ſuis: aliàs examinabitur ſine: necnon ad dandum interrogatoria per totam illam, & ſequentem diem.

Et intimetur eidem qualiter materiæ ſunt ſpecificatæ in actis, & teſtes examinabuntur ſuper illis, & tota cauſa, inſtante N. exaduerſo principali, vel eius procuratore.

Si verò monitorium negauerit, debes verificare contenta in ipſo, & citationem pro examinandis teſtibus, vnde ſupra in forma ſeruanda coram Gubernatore in citatione ad dicendum contra articulos, et teſtes.

Et in citationibus vſque ad ſententiam hoc caſu ſeruatur ordo, de quo ſupra in curia Gubernatoris.

Ad ſententiam citetur hoc pacto.

Citetur N. exaduerſo principalis, ad videndum reiterare omnes terminos ſubſtantiales, forſan male, nulliter, et inculcate ſeruatos vnica citatione, et audientia in vim Bullæ Innocentianæ, ac Pij IV. necnon ad videndum deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis quatenus opus ſit; abſolui dictum inſtantem à cenſuris, etc. necnon ad concludendum, et audiendum ſententiam, et loco ſententiæ reintegrari monitorium.

Quando

Quando verò procederes per viam monitorij citetur hoc modo.

Coram A. C. citetur N. exaduerſo principalis ad videndum deferri iuramentum in ſupplementum, &c. concludendum, &c. & audiendum ſententiam, & loco ſententiæ reintegrari monitorium, & ſe excommunicauerit ad primam, inſtante principali.

Iudex reintegrabit monitorium, vel illum excommunicabit, niſi ad primam cum intimatione.

Et nota, quod hic obſeruatur intimationes, & citationes retroſcriptæ, vt ſupra in principio huius formæ ſeruandum coram A. C. verti aduersè, quod cum habueris.

Quod ſi aduerſarius à confeſſione, vel declaratione, ſeu reintegratione, monitorij appellauit iudex ordinariè reponet eum, & antequam obſerues aliquem terminum, appella ab ipſa reſponſione aduerſarij, & Iudex etiam reponet te; ſtante ſua repoſitione obſerua terminum tuæ citationis factæ; aliàs dubitaretur, ſtante tua appellatione, & repoſitione, quod actus tuus ſubſequens eſſet nullus. Ideo aduerte.

In cauſis Commiſſarijs quomodo procedatur.

IN cauſis Commiſſarijs extat formularium in forma, & quando cauſa eſt cōmiſſaria tunc Auditor Cameræ, & alij Iudices ordinarij obſeruant ſtylum Rotę; ideſt prima dies Rotæ Lune, Mercurij, & Veneris, excepto ſi aretur in commiſſione facultas procedendi ſingulis diebus, iuxta ordinariam facultatem, tunc obſeruatur ſtylus ordinarius, excepto quod in omnibus cauſis commiſſarijs citationes fiunt per curſores: aliàs eſſent nullæ per motum proprium, in quo inhibet omnibus mandatarijs, nec citent in cauſis commiſſarijs, & quod huiuſmodi citationes nullæ ſint. Quod fallit in Curia Capitolina coram Senatore, vel ſuis Collateralibus, quod eſt proprium ciuium Romanorum, nec commiſſiones ipſius ſtylum alternat: quoniam ibi ſtatuta Almæ Vrbis obſeruatur. Idcirco qui vult fieri procurator Capitolinus, Vrbis ſtatuta perlegat, vel vrgente neceſſitate peritos notarios conſulat.

Dubium non eſt, quod à ſententijs, ſeu decretis diffinitiuis infra decem dies licet appellare: aliàs tranſeunt in rem iudicatam.

Et nota, quod quando appellabis à decreto, vel à diffinitiua, iudex dabit pro apoſtolis, aut terminum iuris, quandocunque, aut iuris ſimpliciter, aut reuerentiales, aut refutatorios, aut reponet.

Si ſumma, de qua agitur excedat decem, iudex dabit terminū iuris, aut reponet: ſi ſūma erit notabilis, dabit reuerentiales in forma, aut ſimpliciter

Nota quomodo debet proſequi appellationem, ſi iudex dat terminum appellandi iuris, & interim habes tempus triginta dierum excluſiuè ad reddendum per apoſtolos, ideſt antequam labantur triginta dies debet comparere coram eodem iudice cum notario, ac ita petere.

Comparet procurator, & nomine principalis ſui in termino iuris,

alias

alias ſibi appellandum dato, & petit reſponderi de apoſtolis, omni meliori modo.

Et tunc iudex dabit alium terminum iuris, & interim infra dictos triginta dies, debes redire, & petere vt ſupra: & ſi audias quod iudex dicat dò alium terminum iuris infra triginta dies computandos à die vltimi termini, debes redire pro apoſtolis.

Sed ad tollenda huiuſmodi faſtidia, ex quo triginta dies habes infra illum tempus, expedire commiſſionem, & illam iudici, ad quem præſentes.

Et aduerte, vt in commiſſione ponatur clauſula, non obſtante termino iuris orator appellat adeo vt amplius pro apoſtolis redire non teneantur cæteriſq. quibuſcumque.

Si verum iudex appellanti de terminum iuris ſimpliciter: debes infra triginta dies cauſam committere appellationis, & illam præſentare iudici ad quem; ſicut redire pro apoſtolis, niſi infra triginta die commiſeris deſertabitur.

Si vero iudex appellati dat reuerentiales in forma, ſignificat quod infra decem dies debes committere iudici ad quem: alias tranſit in rem iudicatam.

Si iudex dat litteras reuerentiales, ſimpliciter habes tempus committendi cauſam infra annum.

Si Iudex reponat appellantem, quod fieri ſolet quando eius appellat à confeſſione debiti, vel decreto litterarum, aut reintegratione monitorii ſiue decretis mandati loco ſententiæ à decem infra, aut ſupra, ſeu à præfixione termini, vel aliquib. decretis interlocutorii debetis contra quem eſt lata ſententia ſtatim committere cauſam, ſeu appellare à decreto diſfinitiuo, & facere inhiberi; alias iudex in omni audientia procedat ad vlteriora, ac ſemper reponat aduerſarium appellante ſua reſponſione.

Nota, quod ſi quis monitus, vel citatus ſemel perſonaliter compareat, & poſtea receſſerit ab Vrbe, vel latitaret, adeo vt eſſet difficile ipſum citare, fiunt diligentię contra ipſum.

Dabis citationem curſori illius actus ad quem citare intendis, committeſq. curſori, vt quam diligentiſſime fieri poſſit, curet ipſum citare, & tunc curſor omnem mouebit apicem, vt officium ſibi commiſſum, quam diligentiſſime expleat, omniq adhibita in hoc diligētia in calce citationis curſor adſcriberet adhibitam fuiſſe diligentiam, vt citandus reperiretur in Vrbe in locis publicis, domi ſuę, nec potuiſſe alicubi inueniri.

Relatione facta, dominus iudex eadem diligentiam mandat fieri per duos curſores, tuncq. dabis aliam citationem pręfato curſori, qui primam fecit diligentiam, & curſor alia ſequenti die reddet ſibi citationem ſubſcriptam per duos curſores, qui fecerunt diligentiam, vt ſupra, & tunc iudex decernet proceſſum, aut per contradictas, aut affixionum citationum ad valuas curiæ, & domus ſuæ habitationis.

Quando quis eſt obligatus in forma Cameræ, & habet domicilium

in Vrbe, poteſt citari domi, & valet, & tenet citatio: ſi vero domicilium non habet in Vrbe, & abſens eſt, potes iurare ſuper abſentia, & obtinebis facultatem citandi per officium contradictarum.

In Audientia Contradictarum.

AVdientia contradictarum eſt quoddam officium, quo ſingulis diebus iuridicis citantur ad omnes actus iudiciarios, illi qui ſemel citari perſonaliter in partibus, vel in Vrbe receſſerunt poſtea abſque conſtitutione procuratoris, vel domicili, vel illi qui obligati ſunt in forma Cameræ.

De officio contradictarum, eiuſque audientia, ac litterarum exceptione, vide per Veſtr. in ſua pract. lib. 1: cap. 5.

Forma autem huiuſmodi citationis ſcribitur in carta pergamena, & officio per deputatos, & ſubſcribitur, & ponitur dies per notarium eiuſdem officij, & ſigillo eius ſigillatur.

Mandat R. P. D. A. C. ſiue dominus eius Locumtenens in audientia publica litterarum contradictarum S.D.N. Papæ, vt moris eſt, citari, & citat q. N exaduerſo principalem, & omnes alios ſua intereſſe putantes, quatenus prima die iuridica compareat in iudicio coram eo ad dicendum contra litteras declaratorias reſeruationis annuæ penſionis viginti ſcutorum auri, ad dicendum illi ſe paruiſſe primo pro prima dilatione in cauſa, & cauſis coram eo pendentibus interdictos citatos & concitatos, & N. de epiſtorio agente deſuper certis paghis dictæ penſionis decurſis, & non ſolutis, certis pecuniarum ſummis, & rebus aliis. Dat. Romæ in præfata audientia, anno à Nat. Domini 1574. Indict. 2. die vero 9. Nouembris.

Et ſub hac forma poſſunt citari rei ad omnes actus, & huiuſmodi citatio reproducitur coram iudice in tempore, & vigore illius iudex facit decretum contra reum: & ſi reus eſſet perſonaliter citatus, ſolet iudex decernere monitorium extra curiam, contra reos ꝙ monitorium præſentatur per Notarium reo in partibus, & per notarium ipſum præſentantem ponitur fides præſentationis à tergo, & reproducto huiuſmodi monitorio coram iudice, ſi tempus in eo aſſignatum reo ad comparendum iam lapſum ſit; iudex decernit proceſſum per contradictas.

Et prima citatio poſt reproductionem eſt vt ſequitur.

Mandat ad dicendum contra monitorium ſpeciale contra eum ad partes decretas, & in eiſdem partibus legitime exequutum, illiuſque exequutionem ad videndum iurare teſtes ſuper illius recognitione, ac docendum ſe illis paruiſſe primo pro 1. dilatione in cauſa, & cauſis vt ſupra.

Quo termino ſeruato, citabis reum, durante eius contumacia pro alia die ad dicendum ſe paruiſſe litteris monitorialibus contra ipſum decretum exequtis, & reproductis ſecundo pro ſecunda dilatione. Item ad tertiam pro tertia. Item ad diem quartam pro quarta, & ſuprabundanti.

Nota, ꝙ in quarta citatione ponuntur illa verba, & ſuperabundanti.

Quibus

Quibus quatuor terminis ſeruatis durante contumacia rei citabis eundem per audientiam, videlicet ad concludendnm, & audiendum ſententiam, & litteras declaratorias in contumaciam rei quas litteras oportet publicare per curſorem de quo vide ſupra in materia oblig. Cameræ.

Elapſis decem diebus a die publicationis earum debes illas reproducere coram iudice, & citare partem ad videndum ſe grauari, & reaggrauari, & brachium ſęculare contra ſe decerni in cauſa, & cauſis.

Et obtento brachio ſæculari tranſmittas illud in partibus exequendum contra bona, & perſona contumacis.

Nota quod ſi pro parte rei citati quis compareat cum mandato procuratorio debes illum citare per curſorem ad omnes actus prędictos, & ad dicendum contra monitorium, ad docendum principalem, ſiue ipſum paruiſſe primo pro prima dilatione, inſtante principali. Item ſecundo pro ſecunda. Item tertio pro tertia, quarto pro quarta, & ſuprabundanti, & procedas ad vlteriora, donec negauerit, vel acceptauerit debitum.

Si negauerit producas ad iuſtificationem omnia neceſſaria, & in quolibet actu cures citari procuratorem rei, & ſerua ordinem ſupra traditum in forma ſeruanda coram Gubernatore.

Nota quod obligationes in forma Cam. vt ſup. datum eſt, iurata abſentia debitoris, vel ipſa per teſtes probata, aut per litteras miſſiuas obtinebis proceſſum per contradictas, & citabis eundem per dictam audientiam ad confitendum debitum, & videndum ſe excommunicari; & contra ſe litteras decerni. Item poſt decem dies ad videndum ſe grauari, & reaggrauari, & brachium ſæculare contra ſe decerni.

Nota quod volens exigere penſionem vigore litterarum Apoſtolicarum intimatarum reo debet dictas litteras ſic intimatas reproducere coram A.C. qui eſt in ſimilibus iudex ordinarius, & competens: & illis reproductis docere ſummarie per duos teſtes de abſentia rei, & iudex decernet proceſſum per contradictas hoc modo.

Mandat R. P. D. A. C. citari *N.* quatenus compareat ad dicendum contra litteras Apoſtolicas reſeruationis penſionis, ad dicendum illis ſe paruiſſe primo pro prima dilatione in cauſa, vt ſupra in formula extenſæ citationis in hac audientia dictum eſt. Item ſecundo pro ſecunda. Item tertio pro tertia. Item quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione. Item ad videndum ferri ſententiam declaratoriam, vt ſupra in monitoriis ad partes decretis.

Et ſi reus eſt in Vrbe, citandus eſt perſonaliter ad omnes prædictos actus, vt ſupra in proceſſum monitorii dictum eſt.

In ſummarijs cauſis ita proceditur.

Coram tali iudice citetur exaduerſo principalis ad ſoluendum infraſcripto inſtanti ſcuta 15. occaſione penſionis domus ſemeſtri incepti die 1. Oct. 1570. ad viden. contra ipſum decerni, & relaxari mandatum exequt. ad primam inſtan. N. exaduerſo principali, vel eius procuratore.

Datur poſtea hæc citatio, cum relatione notario, ipſeq. notarius eam legit domino iudici, decernit, & relaxat mandatum, niſi ad primam cum intimatione hoc modo.

Intimetur N. exaduerſo principalis qualiter Dominus decreuit, & relaxauit mandatum, niſi ad primam, inſtante N. exaduerſo principalis, vel eius procuratore.

Et ſi intimatus non reſpondeat, datur mãdatũ exequtorib. & fiet executio. Si vero reſpondeat, neceſſe eſt, vt reſpondeat vnum ex tribus, aut confitetur, aut negetur, aut petat calculari.

Si confiteatur aliquid ſibi remedium non erit quam terminum ſuſcipere, qui terminus eſt decem dierum: hoc autem termino elapſo citatur hoc modo.

Citetur N. exaduerſo principalis, ad ſoluendum iuxta formam termini, alias tradi mandatum ad primam, inſtante principali, vel eius procuratore.

Dominus Iudex viſa relatione, relaxat mandatum, niſi per totam, & aliqua exceptio non admittitur, niſi facto depoſito.

Si vero negabit debitum, aut debes probare per teſtes, aut per ſcripturas, ſi per ſcripturas ita citabis.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum productionem quorundam iurium, & admitti, ad dicendum contra, & ad viden. iurare teſtes ſup illorum recognitione, quatenus opus ſit ad primam diem inſtante, &c.

Relatione facta, producuntur ſcripturæ notario coram iudice: ipſe vero iudex admittit ſi & in quantum.

Si vero per teſtes citetur N. exaduerſo principalis, ad videndum iurare teſtes, & illos ſummarie examinare ſuper petitione, & tota cauſa: admitti & committi notario receptionem teſtium, & examen in forma ad primam diem, & dare interrogatoria ſi dare voluerit per totum mane, & ſequentem diem, inſtante N. exaduerſo principali, vel eius procuratore.

Nominantur poſtea teſtes notario, & dicitur ſuper quo examinari velit teſtes ad fundandum intentionem tuam, & verificandum petitionẽ tuã.

Examinatis poſtea teſtibus, illis viſis per dominum, ſeu viſis ſcripturis, quando per ſcripturas intendimus probare, ad ſententiam citatur hoc modo.

Citetur N exaduerſo principalis ad videndum deferri iuramentum in ſupplemento plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, & audiendum ſententiam, & loco ſententiæ decerni, & relaxari mandatum exequutiuum pro ſumma petita, et expenſis ad primam diem, inſtan. &c.

Si pars petet publicationem teſtium ei conceditur, & datur copia teſtium cum termino ad opponendum: qui terminus erit trium dierum vel quatuor, vel quinque arbitrio iudicis, quo elapſo citatur ad ſententiam vt ſupra.

Dominus relaxat mandatum exequutiuum loco ſententiæ, niſi ad primam cum intimatione.

Inti-

Intimetur N. exaduerſo principalis qualiter Dominus loco ſententiæ decreuit, & relaxauit mandatum exequutiuum pro ſumma petita; & expenſis niſi ad primam, inſtante principali, &c. & reus amplius non auditur, niſi forte appellet, de quibus infra.

In cauſis exequutiuis in foro Capitolino ita proceditur.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum productionem Inſtrumenti publici admitti, ad dicendum contra, iurare teſtes ſuper illius recognitione, quatenus opus ſit, & ſoluendum ſcuta quinquaginta in eo contenta: alias ad videndum mandatum exequi pro ſumma in eo contenta ad primam, inſtante N. exaduerſo principali.

Relatione facta per mandatarium datur citatio notario, ſedente Iudice, & producitur inſtrumentum, & dominus iudex admittit ipſum, ſi & in quantum, & committit in forma. Pars nihil aliud dicet niſi generalia contra inſtrumentum, & petet copiam illius cum termino ad opponendum, & pendente termino nihil fieri: alias de nullitate.

Poſtea expectantur decem dies vtiles, qui terminus datur vtrique parti ad probandum, & excipiendum, & illis elapſis iudex infra alios quinque dies vtiles, cauſam expedire debet. & ita citetur.

Citetur N. exaduerſo principalis, ad videndum deferri iuramentum in ſupplementnm plenę probationis, quatenus opus ſit, concludendum & audiendum ſententiam: & loco ſententiæ mandari exequi inſtrumentum in actis productum ad primam, inſtante principali.

Qui Magnificus D. Iudex ſedens, &c. viſis, &c. & loco ſententię mandat exequi inſtrumentum in actis productũ, & pro ſumma in eo contenta decreuit, & relaxauit mandatum, niſi ad primam cum intimatione omniũ.

Intimetur N. exaduerſo principalis, qualiter Dominus loco ſententiæ mandat exequi inſtrumentum in actis productum. & pro ſumma in eo contenta decreuit, & relaxauit mandatum, niſi ad primam cum intimatione omnium. Inſtante, &c.

Aduerte tamen, ꝙ ſi procurator partis aduerſę comparuit in iudicio ad ſententiam debes illum citare: alias erit ſententia nulla defectu citationis.

Si vero aduerſarius appellauerit apud iudicem ad quem, non auditur, niſi facto depoſito ſummæ contentæ in inſtrumento.

In cauſis ordinarijs ita proceditur.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum productionem libelli, admitti, dicendum contra, & reſpondendum illi ad primam.

Relatione facta, datur libellus in manibus notarij iudice pro tribunali ſedente, intentando quam actionem tibi competere videbis.

Pars dicet generalia contra, & petet copiam illius;

Dominus iudex admittet libellum, ſi & in quantum; & copiam decernet; deinde deſcendit ad litis conteſtationem.

Citetur N. exaduerſo principalis ad conteſtariq. videndum, litem, iurare, iurariq. viden. de calumnia: alias videndum pronunciari, litemque

haberi pro conteſtatá, iuramentumq. pro præſtito, iuxta formam ſtatutorum ad primam.

Relatione facta, litis conteſtatio fit pro parte actoris, & iuratur de calumnia, dominus Iudex decernit litem pro conteſtata haberi, & iuramento calumniç præſtito, niſi per totam.

Deinde accedit ad fundandum intentionem per probationes, quæ, vt ſupra dictum eſt, fiunt aut per teſtes, aut per publica inſtrumenta.

Si per teſtes citetur hoc modo.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum productionem articulorum, admitti dicendum contra iurare teſtes ſupra illis, & tota cauſa, & committi notario receptionem iuramentorum teſtium, & examen ad primam, & dandum interrogatoria ſi dare voluerit per totam illam, & ſequentem diem, & intimetur eidem qualiter materiæ nomina, & cognomina teſtium ſunt ſpecificata per ipſummet principalem medio iuramento, & teſtes examinabuntur ſuper illis, & tota cauſa, & concordandum de notario adiuncto: alias examinabuntur, niſi. Inſtante principali, exaduerſo vel eius procuratore.

Dantur notario articuli vna cum teſtibus, & Dominus admittit eos ſi & in quantum committit notario examen in forma, poſtea examinantur teſtes. Si vero producantur inſtrumenta ad fundandum intentionem.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum productionem certorum iurium, & actorum, admitti, dicendum contra, iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit ad primam inſtante principali.

Producuntur inſtrumenta, & alia iura, & dominus Iudex illa admittit ſi & in quantum interim cauſa diſcutitur, & præfiguntur dilationes ſtatutariç, quæ ſunt probandum, & probatum habendum per omne genus probationis; illiſque elapſis, nec reus nec actor poteſt aliquid probare, & ita fiunt citationes.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum ſibi præfigi primam dilationem ſtatutariam ad primam diem, inſtante, &c.

Relatione facta, dominus iudex dat pro prima dilatione ſtatutaria terminum quinque dierum vtilium, quibus elapſis fit ſecunda citatio.

Citetur N. exaduerſo principalis, ad videndum ſibi præfigi terminum ſecundæ dilationis ad primam diem inſtante, &c.

Relatione facta, dominus iudex dat terminum quatuor dierum, quibus per actis fit tertia citatio.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum ſibi aſſignari tertiam dilationem ſtatutariam ad primam diem inſtante, &c.

Relatione facta dominus Iudex dat terminum trium dierum vtilium.

Et durantibus iſtis dilationibus produci debet tam ab actore, quam à reo quicquid producendum eſt ad probandum vel excipiendum: alias illis iam elapſis neuter amplius auditur.

Præterea aduertat actor; quod durantibus iſtis dilationibus, aliud

non eſt agendum : alias nulliter fit.

Iudice autem bene inſtructo citatur ad ſententiam hoc modo.

Citetur N. exaduerſo principalis, necnon eius procurator, quatenus opus ſit, & ſi plures ſint omnes ſunt citandi, ad videndum deferri iuramentum plene probationis, quatenus opus ſit, concludendum, & audiendum ſententiam diffinitiuam ad primam diem inſtante N. principali, vel eius procuratore.

Relatione facta, inſtatur pro ſententia, & dominus Iudex ſedens pro tribunali pronunciabit ſic.

Qui Magnificus dominus iudex ſedens, &c. viſis, &c. pronunciauit, & ſententiauit prout in cedula, quam facto legit, & mihi notario regiſtrandum dedit tenoris.

Hęc cedula facienda eſt in ſcriptis per procuratorem vſque ad verba ſententiæ, quæ ſcribenda eſt, & ſubſcribenda per manum iudicis.

Pars infra decem dies poteſt appellare à dicta ſententia lata, vel appellatur à termino habito pro ſeruato, quatenus ſi ſententia contra principalem ſuum feratur, ſeu terminus declaretur, quod minime credit tunc ſcientis, ſe principalemque ſuum enormiter læſum magiſq. in futurum lędi dubitet, appellat, &c. & debetur in ſcriptis appellare, prout in cedula hoc modo.

Magnifice domine à quodam prætenſa diffinitiua, vt dicitur per M. D. V. lata, de qua in actis, ad quam relatio habeatur impugnatiue tamen in quadam cauſa Bononien. pecuniaria in fauorem N. ex vna, et contra N. ex altera, licet nulliter, inique prolata, et de facto, ſolito tamen honore, & reuerentia Magnif. D. V. &c.

N. procurator, et N. principalis ſentiens ſe à dicta ſententia enormiter læſum, et grauatum, timenſque in futurum magis lædi, et grauari à dicta prætenſa ſententia, et omnibus inde ſecutis ad S. D. N. Greg. xiij. eiuſq. ſanctam Sedem Apoſtolicam, Magnificum D. Capitaneum appellationum, et nullitatum Vrbis, omnemq. alium iudicem competentem, ſaluo, et reſeruato ſemper iure dicendum de nullitate in ſcriptis prouocat et reclamat, et appellat, petens primo, ſecundo, et tertio inſtanter, inſtantius, et inſtantiſſime ſępe, ſępius, et ſæpiſſime de apoſtolis reſponderi, non ſolum modo, et forma prædictis, ſed et omni meliori modo, &c. ſaluo iure, &c. proteſtatur, &c.

Qui magnificus dominus iudex ſedens, &c. viſis, &c. dictam appellationem admiſit, ſi & in quantum omni meliori modo, &c. præſentib. &c.

Prædictæ appellationis cum decreto iudicis fit publicum inſtrumentum per notarium cauſæ, illud infra quinque dies iudici ad quem præſentare, quod ſi infra dictum terminum minime feceris, ſententia contra te lata tranſibit iudicatum.

Reportato itaque inſtrumento appellationis iudici ad quem, cauſa durat ſpatio ſex menſium, & tranſponunt omnia acta per notarium

primæ inſtantiæ ad notarium ſecundæ inſtantiæ, & antea, vel poſtea citetur hoc modo.

Citetur N. exaduerſo principalis, ad videndum productionem inſtrumenti appellationis admitti, dicendum contra ad primam diem, & in vim illius inhiberi ſtatim, vel eandem primam.

Relatione facta,& data notario, iudex inhibet vigore dicti inſtrumenti appellationis, & tunc incipit eius iuriſdictio, & fit alia citatio.

Citetur N. ex aduerſo principalis ad videndum productionem ſeu repetitionem certorum iurium, & actorum admitti dicendum contra, iurare teſtes ſuper illorum recognitione ad primam diem inſtante N.

Relatione facta repetuntur omnia facta, & in ſcripturæ factæ in quantum faciant pro, & contra partem aduerſam, & non aliter.

Dominus iudex ad mittit, ſi & in quantum. Deinde ad ſententiam citatur hoc modo.

Citetur N.exaduerſo principalis, & procurator, quatenus opus ſit,ad deponen. deponiq; viden. ſportulas alias viden. deponi animo repetendi, viden. deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit concludendum, & audiendum ſententiam diffinitiuam ad primam diem. inſtante, &c.

Relatione facta coram iudice, ſedente pro tribunali, inſtetur pro ſententia, & iudex pronunciauit ita.

Quia Magnificus D. Capitaneus ſedens, &c. viſis, &c. pronunciauit, & ſententiauit prout in cedula, quam facto legit, & mihi notario regiſtran. dedit tenoris, vt ſupra in ſententia primæ inſtantiæ mutatis mutandis.

Si autem prima ſententia fuit informata per iudicem ad quem, ex duabus ſententiis conformibus naſcitur vigore ſtatutorum res iudicata, nec licet amplius appellare, ſed fit mandatum de parendo ſententiæ.

Elapſo termino octo dierum citatus ſuccumbens coram primo iudice, quod te ne menti hoc modo.

Citetur N. exaduerſo principalis ad videndum productionem, ſeu repetitionem certorum iurium, & actorum admitti, dicendum contra, iurareque teſtes ſuper recognitione, quatenus opus ſit, & videndum relaxari mandatum exequutiuum pro ſumma contenta in ſententia, inſtante, &c.

Relatione facta, producitur mandatum de parendo ſententiæ notario, et dominus iudex admittit prædicta omnia, ſi et in quantum, et relaxat mandatum pro ſumma contenta in ſententia per ipſum lata, niſi ad primam cum intimatione, et pars contra prædicta nihil opponere poteſt.

Intimetur N. exaduerſo principalis,qualiter D. relaxauit mandatum pro ſumma contenta in ſententia, niſi ad primam, inſtante, &c.

Si

Si verò continget, vt iudex ad quem reuocet ſententiam primi iudicis, & dicat bene appellatum & male iudicatum: propterea ſententiam dicti iudicis reuocandum fore, & eſſe, prout reuocamus.

Tunc pars quæ contra ſe reportauit ſententiam appellatam ad Senatorem, qui eſt iudex tertiæ inſtantiæ, & recognoſcit de ſententiis latis per iudicem ad quem, & ſeruatur idem ordo, qui ſeruatus eſt in prima appellatione cum reportatione inſtrumenti appellationis cum citatione ad repetendum dicta, vt ſupra.

Reliquum eſt, vt omnium quę ad iudicium ſpectant plenam habeamus notitiam videre, qui ordo ſeruetur in exequendis compulſorialibus.

De hac materia vide late per Veſtr. in ſua pract. lib. 6. cap. 5.

De remiſſione autem ad partes, quæ datur pro examinandis teſtibus in partibus, ac illius proceſſu, & executione, vide per eund. Veſtr. in d. pract. lib. 6. cap. vlt. vbi late de hoc agit ad compulſoriales.

Præſentabuntur litteræ compulſoriales iudici compulſori, & ad illarum executionem procedi inſtabitur.

Et tunc iudex deputabit notarium ad ſcribendum, nuncium ad citandum, locum, & horam audientiæ.

Deinde citabitur pars ſeu procurator, ſi aliquis procurator fuerit nominatus ad dicendum contra litteras compulſoriales, videndum mandari ad illarum executionem procedi, & intimabitur qualiter Dominus N. Compulſor deputauit in notarium N. ab ſcribendum in nuncium N. ad citan. locum audientiæ, &c. & horam, &c. & citatio erit facienda ad primam diem.

Poſtea iudex Compulſor faciet pręceptum detinenti ſcripturas Compulſoriales, quòd infra biduum, vel triduum, vel alio breuioris temporis ſpacio exhibere debeat iura N & pars compulſorias exequi inſtans cum notario concordabit.

Deinde fiat citatio contra partem, vel procuratorem ad dicen contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper iurium recognitione, & facta recognitione mandari, tranſumptari, & exemplari iura deſignanda ad primam diem.

Qua adueniente procurator comparebit, & tunc ſcripturas detines illas exhibebit, & ſollicitans exemplationem ex protocollo, vel ex libris vel ex ſcripturis exhibitis illas. quam compulſare intendit, deſignabit & repetet, & poſt receptionem, & deſignationem nominabis teſtes ſuper iurium recognitione.

Quibus præſentibus iudex deferet iuramentum, & poſtquam iurauerit, recognoſcet ſcripturas, libros protocollos, vel alias ſcripturas videlicet eſſe, vel fuiſſe N. notarii publici, & legalis, & quod illius, ſcripturis in iudicio, & extra fidem adhiberi vidit, & in cauſa Illuſtris D Equitis de Mareſcottis bonum erat, ſi fieri poterat, recognoſcere manus quondam Scipionis de Fantutiis, & Franciſci de Maluaſia, & aliorum te-

teſtium , & ſi non omnium manus recognoſci potuerunt, recognoſcantur illorum manus, quę recognoſci potuerunt.

Facta recognitione iudex ſcripturas recognitas mandabit exemplari, tranſumptari, & compulſari , quæ tranſumptio poterit fieri quolibet die, etiam feſtiuo .

Adnotandum erat in caſu D. Equitis, ut recognoſcatur, & tranſumptetur apoſtilla in margine , ſeu annotationes Vincentii de Tiberis , vbi dicit inſtrumentum dediſſe publicum .

Facta tranſumptione, citabitur pars, ſeu Procurator ad videndum iura tranſumpta , exmplata , compulſata cum ſuis originalibus collationari, & auſcultari, nec non auſcultationi, & collationis intereſſendum, ſi intereſſe voluerit.

Ac facta collatione , & auſcultatione , iudicis auctoritatem , & decretum interponi, ac iura in Rotulo claudi, & clauſula ſigillari, & obſignari & ſigillata ad Ro. Cur. tranſmitti ad primam diem, & etiam fieri poterit ad hodie per totam .

Adueniente hora , Iudex cum ſuis originalibus exempla collationari mandabit, & ſi intereſſe velit, bonum eſſet .

Facta auſcultatione; Iudex decretum, & auctoritatem interponet ac in Rotulo claudi , & ſigillari , ac clauſa , & ſigillata potiori conſignari mandabit .

Dies decretorum erunt Lunæ, Mercurii, & Veneris, aliis diebus facta non valebunt Citationes factæ ad primam diem fieri poterunt Exempli gratia, ſi prima dies erit Lunæ in die Veneris, Sabbati, & Dominicæ : ſi prima dies erit Mercurii , die Lunæ , & die Martis ; ſi prima dies erit Veneris, die Mercurij, & Iouis .

Aduertat quod relationes nuncij fiant per extenſum , & notarius extendat citationes, quæ poterunt dari in ſcriptis nuncio , & nuncius eaſdem reportabit poſtquàm parti, vel procuratori eas pręſentauerit.

FESTA OBSERVANDA PARTIM DE PRECEPTO S.R.E. partim ex deuotione, & conſuetudine Almæ Vrbis Romæ partim Sacri Apoſtolici Palatij & partim Curiæ Capitolinæ .

IANVARIVS habet dies 31.

P. 1 Circuncisionis Domini in qua die intrant etiam officiales Incl. Pop. Rom.
P. 6 Epiphania Domini .
D. 17 s. Antonij Abbatis :
A C. 18 Cathedra Ro. s Petri Ap.
D. 20 ss. Fabiani, & Sebaſtiani .
A C. 21 s. Agnetis v. & m.
A. 22 ss. Vincentij, & Anaſtaſij mm.
A.C. 25 Conuerſio s. Pauli Ap.
C. 29 Indulgentiarum ad aquā Saluiam.

FEBRVARIVS habet dies 28. ſi erit biſſextus 29.

P. 2 Purificatio B. Mariæ Virg.
A.C. 3 s. Blaſij Epiſc. & Conf.
A.C. 5 s. Agatæ v. & m.
A.C. 22 Cathedrę Antiochenæ s Petri Ap.
P. 24 s. Matthiæ Ap. in anno biſſex 25.

MARTIVS habet dies 31.

A.C. 7 s. Thomæ de Aquino .
C. 9 s. Franciſcæ Romanæ .
A.C. 12 s. Gregorij Papæ, & conf.
P. 19 s. Ioſeph ſponſi B. Mariæ Virg.

C. 20 Dedi-

C. 20 Dedicatio Capellę s. Helenæ nuncupatæ Hieruſalem in Eccl. s. Crucis. In qua dies mulieres poſſunt intrare dictam Capellam.
A. 21 s. Benedicti Abbatis.
P. 25 Annunciationis B. Mariæ Virg.
C. Omnes dies Veneris illius menſis ſunt feriati.

APRILIS habet dies 30.

C. 1 Introitus officialiũ Incl. Pop. Rom.
A. 12 s. Iulii Papæ.
C. 21 Natalis Vrbis.
A.C. 23 s. Gregorii m.
D. 25 s. Marci Euang.
C. 26 Manifeſtationis B. Mariæ Virg. in regione montium Vrbis.

MAIVS habet dies 31.

P. 1 ss. Philippi, & Iacobi Apoſt.
P. 3 Inuentionis s. Crucis.
A.C. 6 s. Ioãnis Ap. ante portã Latinam.
A.C. 8 Apparitio s. Michaelis Archang.
A. 19 s. Yuonis aduocati pauperum.
C. 20 s. Bernardi Confeſſoris.

IVNIVS habet dies 30.

A.C. 11 s. Barnabæ Apoſt.
A.C. 12 Translationis s. Gregorii Nazianzeni ad Capellam Gregorianam in Baſilica s. Petri.
C. 13 s. Antonii de Padua conf.
P. 24 Natiuitas s. Ioannis Baptiſtæ.
P. 29 ss. Petri, & Pauli Apoſt.
A.C. 30 Commemorationis s. Pauli Ap.

IVLIVS habet dies 31.

C. 1 Introitus officialiũ Incl. Pop. Rom.
A.C. 2 Viſitationis B. Mariæ Virg.
A. 7 Translationis s. Thomæ Cantaur. Cancellaria tamen non ſeruat.
C. 9 Ab iſta die incluſiue vſque ad diem 14. Auguſti, ob æſtiuos calores, & meſſes ſunt feriæ in cauſis ordinariis in prima inſtantia.
C. 17 s. Alexii conf.
D. 22 s. Mariæ Magdalenæ.
P. 25 s. Iacobi Apoſtoli.
C. 26 s. Annæ Matris B. Mariæ Virg.

AVGVSTI habet dies 31.

D. 1 s. Petri ad Vincula.
A.C. 4 s. Dominici conf.
D. 5 Dedicationis Eccleſiæ B. Mariæ Maioris aliàs ad Niues.
P. 10 s. Laurentii m.
C. 14 Ab iſta die, vſq ad diẽ 22. incluſiue ſunt feriæ in honorem B. M. V.
P. 15 Aſſumptionis B. Mariæ Virg.
D. 16 Rocchi conf.
A.C. 19 s. Ludouici Epiſc. & conf.
P. 25 s. Bartholomæi Ap.
A.C. 28 s. Auguſtini Epiſc. & conf.
D. 29 Decollationis s. Ioannis Baptiſtæ

SEPTEMBER habet dies 30.

C. 1 s. AEgydii Abbatis.
P. 8 Natiuitas B. Mariæ Virg.
A.C. 14 Exaltationis s. Crucis.
P. 21 s. Matthæi Ap. & Euang.
C. 27 ss. Coſmæ, & Damiani.
P. 29 Dedicationis Eccl. s. Mich. Arch.
A.C. 30 s. Hieronymi presb. & conf.

OCTOBER habet dies 31.

C. 1 Introitus officialiũ Incl. Pop. Rom.
P. 4 s. Franciſci conf.
A.C. 18 s. Lucæ Euang.
P. 28 ss. Simonis, & Iudæ Ap.
A. 31 Vigilia omnium Sanctorum, Cancellaria tamen non ſeruat.

NOVEMBER habet dies 30.

P. 1 Feſtum omnium Sanctorum.
A.C. 2 Cõmem. oĩum fidelium defunctorũ
C. 6 s. Leonardi conf.
A.C. 9 Dedicationis Baſilicæ Saluatoris iuxta Baſilicam s. Ioan. Laterani.
P. 11 s. Maatini Epiſc. & conf.
A.C. 18 Dedicat. cappellæ ss Petri, & Pauli
C. 21 Præſentationis B. Mariæ Virg.
A.C. 22 s. Cæciliæ virg. & m.
A.C. 23 s. Clementis Papæ, & m.
C. 24 s. Chriſogoni m.
D. 25 s. Catharinæ virg. & m.
P. 30 s. Andreæ Ap.

DECEMBER habet dies 31.

A.C. 6 s. Nicolai epiſc. & conf.
A.C. 9 s. Ambroſii epiſc. & conf.
D. 8 Conceptionis B. Mariæ Virg.
D. 13 s. Luciæ Virg. & m.
P. 21 s. Thomæ Ap.
A.C. 24 Ab iſta die incluſiuè vſq. ad feſtum Epiphaniæ ſunt feriæ Cancellaria habet tamen ferias per totam diem 29. tantùm.
P. 25 Natiuitas Domini.
P. 26 s. Stephani protomart.
P. 27 s. Ioannis Apoſt. & Euang.
P. 28 ss. Innocentium mm.
P. 31 s. Silueſtri Papæ, & conf.

FESTA MOBILIA.

A.C. Cinerum cum decem præcedentibus, & in Curia Capitolii, & in aliis Curiis.

Curijs tantummodo duobus.
Cancellaria tamen fit die Lunæ ante Cineres.
C. Stationum ad s. Marcum.
P. Paſchæ Reſurrectionis Domini.
A. C. Septem dierum præcedentium, & ſeptem ſequentium.
Cãcellaria tamen fit die Lunæ in hebdomada ſãcta, & poſtea initiatur die Iouis hebdomada ſequẽtis
C. Lunæ, & Martis poſt octauã Paſchæ
C. Rogationum.
A. Vigiliæ Aſcenſionis Domini ſi erit mutatio capparum in cappe Papæ Pontificis.
P. Aſcenſionis Domini.
P. Pentecoſtes.
P. Corporis Chriſti.
C. Veneris immediatè ſeq. propter proceſſionem in Eccleſia ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam.
C. Octaua Corporis Chriſti.
P. Omnium dierum Dominic.
A. Omnium dierũ Iouis in curia A. C.
A. C. Creationis Pontificis viuentis.
A C. Coronationis eiuſdem.
A. Anniuerſarij exequiarum Pontificis immediatè defuncti.
Cancellaria autem non ſeruat.
A. Anniuerſarij exequ. Cardinalium.
Cancellaria autem non ſeruat.
C. Vindemiarum in cauſis ordinarijs in prima inſtantia feriæ petentibus conceduntur arbitrio iudicis ſi principalis, vel procurator in vindemijs ſit impeditus.

INCERTA.

A. Quando Pontifex ab Vrbe proficiſcitur vltra 40. milliaria, & ſecum ducit officiales.
Cancellaria tamen fit ſemper vbi Pontifex moratur.
A. Quando venit publicè aliquis Orator ad præſtandum obedientiam Pontifici.
Cancellaria vero non habet hoc feſtum, neque infraſcripta.
A. Quando publicantur noui Cardin.
A. Quando nouus Cardinalis Vrbem prima vice publicè intrat.
A. Quando aliquis legatus de latere reuertitur publicè ad Vrbem.
A. Quando fit conſiſtorium publicũ.
C. Quando fit conſilium publicum.
C. Ingreſſus Senatoris cum duob. ſeq.

Omnia feſta ſupradicta, quæ habent P. in margine ſunt obſeruanda de præcepto S. R. E. & quæ habent D. ſunt ex deuotione, & conſuetudine Almæ Vrbis Romæ, & quæ habent A. ſunt Apoſtolici Palatij, & quæ habent C. ſunt curiæ Capitolinæ, Quæ verò inſimul habet A. & C. ſunt Apoſtolici Palatij, & curiæ Capitolinæ

Cancellariæ tamen non ſeruat quædam feſta Apoſtolici Palatij, prout ſuis locis annotatum fuit.

Cancellaria fit qualibet die Martis, Iouis & Sabbati non feriata, & quando dies Cancellariæ eſt feriata fit die præcedenti non feriata.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS VERBORVM, ac rerum practicabilium ſcitu, & notatu dignorum, quæ in hoc A.C. praxis nouiſsimè impreſſo libello continentur, miro ordine, & Alphabetica ſerie in legentium gratiam digeſtus.

ABſolutio à iuramento neceſſaria non eſt in contractu ſimulato, nu. 3. fol. 17. Et quando neceſſaria ſit, ibi. fol. 18.

Abſolutio à iuramento datur ad effectum agendi, ſed exequutio non retardatur, n. 5 64

Abſolutio à cenſuris latis in curia quomodo datur, nu. 24 287

Abſolutio à cenſuris poteſt concedi a iudice à quo. 288

Abſolutio excommunicationis ab A. C. aliàs abſolutionis comm. 434. alia 435

Actio ſpolij quãdo hæredi competat, nu. 11. 12. 137 Et cõpetit etiam Eccleſiæ, & eius ſucceſſori, ibi n. 13. 138 Et quanto tempore præſcribitur. n. 23. 171

Actor quãdo tenetur ſpecificare remediũ quo vti velit. 6. & ſeq. 141

Actor tenetur exhibere iura ſi illa non habet, n. 16 206

Actor nõ poteſt ſumere arma de domo rei, n. 17 Et alia de iurium exhibitione, 18 207

Actor de conſuetudine non tenetur ſatisdare de iudicio ſiſti, 12 220

Actoris conſtitutio, 1 327

Actus non debet operari vltra intentionem agentis, 7 56

Aditio hæreditatis, & inuentarij cõfectio intra quod tempus fiant, 1 119 Et illorum requiſita cũ illorum formula, 10 121

Aditio hæreditatis paternæ quomodo ſit ſcribenda, 5. 325 Cum formula legit. tut. 325

Alia aditionis hæreditatis cum benef. l. inuentarij, 1 329

Adminiſtrator quilibet tenetur librũ exhibere, 9. 205 Et aliqua alia de libri exhibitione, 11. 142

Agens ad repetitionẽ ſocietatis perſonam in cuius eſt periculum vita ſuperſtitem docere tenetur. fol. 26. & 27

Agens ad exequutionem inſtrumẽti actoris, & rei perſonas legitimare tenetur, 3. 98

Secus parte non opponente, ibid.

Agens non auditur, niſi tranſportato integro proceſſu, 1. 235. Et ibi aliqua de pertinentibus ad hunc articulum, 2. & 3

Agens poſſeſſorio de ſuo titulo docere non tenetur, 4. 278 Et debet in eo eſſe nominatus ibi, 8. 106. Et plura alia requiſita ante exequutionem inſtrumenti. ibi

Agens via ordinaria, cenſetur renũciare extraordinaria, & exequut. n. 1. & 4 320

Aggrauatoria cum brachio ſac. 397

Aggrauatoria, & interdicta quomodo conceduntur. 15. 73. Et differentia inter excommunicatione, & interdictum, ibi n. 14.

Appellatio ab exceſſiua liquidatione admittitur ad effectum ſuſpẽſiuum. 24. 66. Et duo tantũ ſententiæ ſufficiunt ibi n. 25, 67. Et quo-

quomodo appellatio fiat, ibi n.26
Appellatio quando non conceditur à decreto mandati de manutenendo, 11 166
Appellatio denegatur actori in iudicio poſſeſſori ſuccũbenti, 22. 170
Appellatio vſq. ad quam ſummam conceditur, 11. 12 181
Appellatio conceditur ſequeſtratario condemnato, 15. 181 Secus ſi ſequeſtratarius debitor ſit vigore obl. cam. & proceſſus faciendus, num. 17 182
Appellatio non admittitur à decretis mãdatorum, quæ fiunt contra mer. vigore cedularum depoſitarum ſeu litterarũ cambij, 2. 210 Secus in alijs cedulis, ibi n. 3.
Appellatio vnius prodeſt alteri habenti cauſam communẽ, 16. 223 Et ibi plura de prorogatione fatalium, & proſequutione appellation.
Appellatio non recipitur ab exequutione, 17. 228 Secus à pronuncia de exequendo, ibi n. 18. Et quod pronuncia illius deſertionis neceſſaria non eſt, ibi n. 20. 229 Et plura alia de appellationib. 241
Appellatus poteſt appellantem citare per contradictas, & quando, 27. 230 Et ibi aliqua de exequutione rei iudicatæ, ibi 28. 39. 230
Appellatio à ſententia licet cõditionali tamen infra decendiũ interpon. eſt, 1 236
Appellatio à ſententia interloquutoria quando valeat, & quæ dicitur interloquutoria, 3 236
Appellatio non admittitur à ſentẽtia decreta per iuramentum litis deciſiuum, 2 251
Appellatio admittitur à ſententia de euacuando, & quare, 2. 258 Et modus procedendi ad euacuationem, 1 258
Appoſitio manus Iudicis in Broliardo, cuiuſcunque notarÿ, & quare, 1. & 6 8
Articuli poſitiuè non autem interrogatiuè fiunt, 21. 187 Et alia de modo citandi pro habenda illorum reſponſione, 23. 24. 25. 188 Reliqua de reſponſione articulorum, & reuocatione reſponſionis habet ibi, n. 12. 13. 14. 185 186. Et aliqua alia 239. Et de illorum impertinentia, 5
Articuli fiunt loco libelli, 6 211
Articuli dandi ſunt in actis, nu. 1. cum ſeq. 240
Aſſecuratio dotis, quõdo fiat, 8. 239
Audientia contradictarum quid ſit, & plura de citationibus per contradictas, & edictum publicum, num. 5. 99
Auditor Cameræ ſolus eſt conceſſor termini menſis ad ſoluendum, num. 6 68
Auditor Cameræ quo pacto reuocat inhibitiones debitoribus in ſuo tribunali conceſſis, ibi n. 7 68
Auditor Cameræ reponit appellantem quandocunque in cauſis exequutiuis, 114
Et etiam à decretis diffinitiuis in cauſis ordinarÿs, ibi num. 5.
Modo non fuerit pronunciatum per cedulam in ſcriptis latam, ibi num. 7
Auditor Cameræ quarum cauſarum ſit iudex competens, num. 1. vſque ad num. 7 181
Auditor Cam. concedit monitoria per edictum publicum, 1. 201. Et earum litterarum Apoſtolica ipſe ſit exequutor, 2. & 3 201

Auditor Cameræ eſt iudex competens quarumcunque appellationum, 1 221
Auditor Cam. eſt iudex exequutor quorumcunque ſententiarum in Rom. cur. latarum, 2 238
Auditor Cam. decernit monitoria contra quoſcunque vigore Bullæ Eugenianæ, & litterarum Apoſtolicarũ ſeruata ſemper forma ſacri Conc. Trid. ibi n. 3 239
Auditor Cam. quomodo appellanti mandat pignora reſtitui, & appellantem abſoluit, 31 287
Auditor Cam. quomodo exequutionem litterarum Apoſtolicarum procedit, 5. 309
Auditor Cam. non exequitur ſententias extra Roman. cur. latas niſi vigore commiſſionis, 3. 310
Et quando aliquando illarum exequutio conceditur, & quando denegatur, ibi nu. 4.
Auocatio poſſeſſionis, quæ interpretes contenditur, quomodo a iudice fiat, 6 156
BRachium ſæculare, quod hodie mandatum exequutiuum dicitur, 6 6
Breuia Apoſtolica duplici forma concedduntur, 2 280
Et plura alia de illorum proceſſibus, ibi cum ſeq.
CAncellaria Apoſtolica organum eſt Papæ, 3 275
Capitulum per nominationem intruſi non liberatur, 29 287
Cauſis obitus in ſocietatibus exceptus, 1. & ſeq. 24. 25
Caſſatio inſtrumenti ex decreto iudicis quomodo fiat, 9. 10. 11 214
Cauſa appellationis quando non dicitur legitimè deuoluta ad Romanam Curiam, 13 223
Cautiones, quæ iudicialiter dãtur, Notarij periculo recipiuntur, num. 6 214
Et quando notarius non teneatur, ibi.
Cautio fideiuſſoria an expiret lata ſententia 8 219
Cauens de ſtando iuri coram iudice competente poteſt declinare forum, eodem c. ibi.
Cautio quomodo præſtatur à creditoribus in cauſis diſcuſſion. 4 316
Cedens quando poſt ceſſionem poſſit agere, & exigere, 14 168
Cedula ſuſpenſionis petitorij poſt num. 5. 140
Ceduloni excommunicationis formula, 3 6
Cedulonus aggrauatoria, ibi n. 5
Cenſuræ non relaxantur niſi præuio decreto iudicis, 1 8
Cenſuræ plus debito relaxatæ, reuocantur in totum, 3 84
Cenſura non dãtur iudicio incboato cum procuratore, 3 208
Cenſus quid ſit, & quare inuentus, & quare Pius V. nouum creandi cenſum modum inuenerit, nu. 1. 2. & 3 47
Et illius formula, num. 1. & ſeq. 48. & ſeq.
Cenſus non dicitur extinctus pro reſtitutione ſortis principalis loco damnorum, & intereſſe, num. 3 58
Cenſus non eſt extinctus, niſi conſtet de legitima diſdicta, num. 1. & 3 58
Circuitus eſt euitandus, 2 255
Citatio debet præcedere depoſitum ad hoc, vt cenſus extinguatur, num 2. & 3 155. & 156

Citation.quæ præmittŭtur pro exequutione oblig.cam.in cur.celeb n. 1.cum ſeq. 73.& 74
Citationes,quæ fiŭt in proceſſu obl. extra cur. celebratur contra debitores præſentes, 1. cumſeq. 76
Citatio contra debitorem petentem calculari, 14 79
Citat.1.ſuper calculo faciĕda,1 80 Et plura de calculis faciendis intra collitigantes, ibi.
Citatio pro obtinendo mandatum de deliberando, 11 92
Citatio A.C.per illius obitŭ vel aſſumptionem ad Cardinalatus nõ expirat.1 103
Citatione,vel monitorio,ante crediti toris obitum exequuto, & reproducto non eſt opus noua citatione ſeu monitorio,& quare, 1.2.& 3 104 Et plura alia de citationib. tă ordin.quàm cõmiſſ.& illarum exequutionib.ac relationib. 111
Citationes neceſſariæ pro deputatione curatoris, 1. 115. Et plura alia requiſita circa d. curatoris deputationẽ,ibi n.2. ſ.115.cŭ ſeq.
Citatio pro exequutione clauſulæ conſtituti,1. 124 Et plura alia circa illius exequutionẽ,ibi n.2. & ſeq. Et plura alia de citationibus impreſſis, quæ fiunt extra curiam, 14 128
Citation. quæ fiunt in cauſis ordin. à 20.duc.&c.ſup. n.24 25 189
Citatio nulla nullum producit effectum, 10 202
Citatio nulla conualidatur per comparitionẽ citati,c.eod.n.9. Et ibi plura de citation.10.11.13 203
Citatio ad videndum taxari intereſſe,& adſententiam, 13 206
Citationes faciendæ, tam in curia, quàm extra, & aliqua alia de admiſſione iurium, 1 252
Citatio per exequutionem obl.cam. extra cur. 343. Et de citatione ad dicendum contra commiſſionẽ & ſeruationem termini ad dicẽdum contra cõmiſſionem termini ad dicendum cõtra.25 3 Et quod ea ſufficit ad firmandam iuriſdictionem in terminis ſubſtantialibus. 254
Citationes,quæ fiunt in proceſſu diuiſionis bonorŭ,& alia circa hŭc articulum,& modum procedendi nu.2. & 3 254
Citationes, quæ præmittuntur pro exequutione litterarum compulſorialiŭ,& remiſſorialiŭ.1.cŭ ſeq
Citatio cum inhibitione vigore appellationis, 420. alia 438
Clauſula apponenda in actu conſignationis teſtamenti in ſcriptis, num 3 123
Clauſulæ ſine præiudicio legitimæ exequutionis,& ſi quid exequendum fuerit,& illarum importătia, & differentia, 4 63.210
Clauſulæ ſummariæ,& manu regia quid importat, 5 211
Clauſula annullatiua ſummam inducit,quæ non omittitur,3. 275
Clauſula ſi foret grauatum ſenſerit in monitorio vigore breuis videtur citanda, 3 280
Clauſula abſque vitio ſpolij intellectus 6 296
Clauſulæ apponendæ in fine monitorij, & vtilitas, quæ ex eis habetur 1 316
Commiſſio quando ſit redimenda à banche curſorum, 11. 228. Et quoad illius præſentationem tempus vacantiarum nõ habetur in

conſideratione, 1 2 ibid.
Et quod fatalia interim non currunt, ibi nu. 13
Commiſſio ſanatoria nullitatis examen teſtium, 1 237
Commiſſio, vt littera inſertæ afficiant, ac ſi originaliter præſentarentur, 8 255
Compulſoria generalis. 393
Compulſoria ſpecialis. 395
Conſenſus mutuus requiritur in contractu ſocietatis, 4 20
Conſtitutum, & precarium quomodo exercetur contra tertium poſſeſſorem, 9 126
Conſtitutarius hēt remedium poſſeſſorium recuperãdæ, ibi n. 10. 127
Conſtitutum eſt minoris efficacia precario, & quare ea eod. 11. ibid.
Conſtitutum an lapſum temporis habeatur pro delicto, 1 240
Conſtitutio actoris, 1. 327. Et non poteſt conſtitui à tutore ante litis conteſtationem, ibi n. 2 328
Conſuetudo non inducitur, & ſententijs difformibus, 20 42
Conſuetudo nõ ſuffragantur in materia vſurarum, 21 ibid.
Cõſuetudo concedendi monitoria cũ inſertione litterarum, 7 264
Conſules vniuerſitatis poſſunt capi pro illius debitis, & quare, cap. 36 fol. 82
Conſuetudo ab alleganti debet probari, 2. & 3 319
Conſuetudo loci attenditur in confectione inuentarij, 4 329
Contractum impugnãs ex eo iuuare non poteſt, 8 28
Creditor ſocietatis ſi moritur intra tempus diſdicta pecunia ſunt ſuperlucrata, 1 19
Creditor in pignore conuentionali habet ciuilem, & naturalem poſſeſſionem. 16. 19. Et habet interdictũ vti poſſidetis, 17. 92. Et in hoc pignore dicitur procurator debitoris, ibi nu. 18 92
Creditor ad cuius inſtantiam bona ſubhaſtãtur nõ tenetur de euict. ibi 15. 93. & 316. Et quid creditor tenetur verificare, ibi. Et ibi aliqua alia de venditione officij.
Creditor prius comparens ante perfectam exequutionem quando eũ impediat, 1. 69. Et quod poſt perfectam exequutionem nonniſi iudicio ordinario aget ibi nu. 3
Creditor, qui vigore mandati exequutiui facit ſe immitti in poſſeſſionem bonorum male agit, 6. 96
Creditor nõ tenetur facere generalem quietantiam, 40 147
Creditore ſatisfacto vigore remedij ſalu. interd. amplius ad eum non pertinet, 3. 102 Et quam plura alia de ſalu. interd 8. cum ſeq. 1 41
Cura data in teſtamento confirmatio. 333
Cura quæ datur ventri, 1 333
Cura, quæ datur bonis filij familie. 334
Curatoris, & actoris ad litis deputatio, & plura alia de deputatione curatorum minorum furioſi bonorum mercat. decocti, & aliorum, cap. 25 per tot. 335
Et in cap. 26. & 27 339 340

Debitoris, vel creditoris perſona mutata citatio exequutionem præcedit, cap. 26. n. 2. 61. 98
Qua ſufficit eam fieri domi dimiſſa copia hæredum, ibi nu. 3. 98
Debitor citatur ad cauendum de ſoluendo in fine termini an cauere tenetur, 13 69

Debitor vbi poſſit conueniri, 1 134
Debitor quando excuſatur à mora, ibi, num. 2 ibid.
Debitore condẽnato ſtatim cõtractũ committere exequutio, 30 230
Deciſio Rotæ in artic præſcriptionis actionis ſpolij. 321, alia in materiam ſocietat. à fol. 35. vſq. ad 46 alia quatuor deciſ. Rotæ in materia cenſus à fol. 52. vſque ad 56 alia deciſio Rotæ circa nullitatem contractus minoris. 130
Declaratio viduis proficua, 9 120
Declaratoria non conceditur, niſi prius legitimæ intimatis litteris, & quare c. 11. n. 11. 296. & quo modo proceditur litteris non intimatis, ibi. 297
Declaratio ſuper exequut. litterarũ reſeruation. penſion. ibi eod. 267
Declarntoriæ teſtamentũ contra c. vel vniuerſitatem, cap. 10 306
Declaratoria quando datur & pro expẽſis, 306 & quod dimiſſio verbalis nõ excuſat condemnatũ, ibi
Decreta diffinitiua in ſcriptis fiunt num. 3 8
Decretum, quod abſtineatur à fulminatione cẽſurarum, 1. Et quomodo ad eas ſit procedendum, ibi num. 2 68
Decreta in exequutiuis quoad iudicem nunquam tranſeunt in iudicatum, 2 113
Deliberatio pignorum fit in præſenti pecunia, 16 95
Depoſitum non integrum nullius eſt effectus, 13 60
Differẽtia exequut. obligat celebrat. in curia, & extra eam, 1 9
Dilatio conceditur debitori comparenti, & ſolutionem alleganti, num. 5 71
Dilatione pendente officium iudicis conquieſcit, ibi nu. 6
Dilatio ad partes quando ſit concedenda, 1 133
Dilatio conceditur procuratori generaliter conſtituto, 1. 207. Secus procuratori ſpeciali, ibi, nu. 4
Dilationes in exequutiuis non conceduntur, 33. 288. Et quando conceduntur, ibi, nu. 34. & ibi, nu. 50. differentia inter iudicem & exequutorem.
Dies termini ad appellandum non putatur in termino, c. 34. infi. 140
Diſdicta ſocietatis quomodo debet intimari, & illius forma, 1. 2. 20
Et plura alia de diſdicta ſocietatis in cap 16. nu. 3. & ſeq. 11
Et plures alij modi diſſoluendi ſocietates, c. 17 n. 1. cum ſeq. 22 23
Dominium bonorum dotalium poſt mortem viri reuertitur ad vxorem, c. 35. nu. 4 244
Dotis repetitio diſſoluto matrimonio, & illius proceſſus, eodem cap. ibid.
Ecclesia hæres inſtituta tenetur de proprio non confecto inuentario, c. 45. n. 15, 101. Eſt tamen in integrum reſtituenda, ibi in fine. 102
Emptor cenſus non poteſt cogere venditorem poſt bimeſtre, niſi facta ab eo noua diſdicta, 9 59
Emptorem non reperiri, vel iuſtum pretium non offerri paria ſunt, cap. 44. nu. 5 96
Exceptio non numeratæ pecuniæ nõ admittitur ad probandum, ſecus ſi eſt probata, cap. 14. nu. 3 17
Exceptio requirens altiorem indaginem, quæ dicatur, cap. 34. nu. 4 in fine. 79

Exce-

Exceptio excuſſionis principalis debitoris, quando ſit opponenda à fideiuſſore, c. 23 il 2. n. 9 219
Exceptio rei, quando nõ admittitur ad impediendam exequutionẽ litterarum Apoſtol. c. 12. n. 6 309
Excõmunicatio quomodo, & quando conceditur contra debitores, cap. 31 nu. 7 72
Excommunicatio cõtra Epiſcopos, Prælatos, & magnates non conceditur in curia, niſi de mandato Papæ, ibi num. 21. Et quomodo exequutio concedatur, ibi nu. 2. eodem fol. & 367
Excõmunicatio non conceditur contra inopes debitores, c. 33. n. 2 74
Secus contra doloſos debitores, ibi
Excommunicandus eſt perſonaliter citandus, eod. nu. 3 75
Et quando debitor excommunicari poſſit nulla monitione præcedente, eod. cap. nu. 4. ibid.
Excommunicatio cõceditur etiam pro incerta ſumma, c. 7. n. 27. 2 87
Et quando conceditur contra canonicos tanquam ſingulares, c. eod. poſt num 28 ibid.
Exequutio obligationis Cameralis pro intereſſe de ſui natura liquido datur, cap. 38 85
Exequutio obligationis quarantigiatæ, & illius proceſſus, c. 39 87
Exequutionis Rotæ antiquitus exequebantur nullo præcedente monitorio, contrarium hodie ſeruatur, cap. 13. num. 1. & 2. 310. & aliæ contra intruſum.
Exequutio fieri poteſt in bonis alienatis lite pendente, c. 44. n. 7 97
Exequtoribus creditur in concernentibus eorum officium. 72
De exequutione facienda in nomine debitoris, cap. 58. nu. 4. verſ. iam diximus. 131
De exequutione facienda contra obligatum præcisè ad factum ad impl. d. c. 58. n. 3. verſ. verum, ibid
Exhibitionis iudicium contra quem intentatur, c. 18. nu. 1. 204. Et plura alia de modo procedendi in hoc exhibitionis iudicio, ibi, & ſq. ad num. 9. eod. fol. 205
Exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem agit litteris non expeditis, c. 3. n. 1 268
Experientia eſt rerum magiſtra, cap. 1. num. 1 2
Expenſæ quæ debentur iure actionis debentur etiam nulla de eis facta condẽnatione, c. 15. poſt n. 12. 200
Expenſarum condemnatio, & illarum taxatio, ac proceſſus deſuper facien. ac plura de eiſdem expenſis, c. 44. n. 1. & ſeq. 257
Extẽſio formæ Cameræ, c. 6. n. 2. f. 9 & quod neceſſaria eſt pro validitate proceſſus, ibi, nu. 3 9
Expulſus à poſſeſſione beneficij, qualiter ſit reſtituendus, n. 1 296
Extenſionis forma Cameralis decretum neceſſarium ante illius exequutionem, c. 19. 70. Cuius extenſio non fit cũ iuramento, ſi ibi non eſt appoſitum, ut ibi in fine.
Extenſio clauſulæ, &c. quomodo ſit facienda ſi notarius eſt mortuus, cap. 40. nu. 3 87
Et quando notarius corriget errata, 4 88

F

Fatalia vnde dicantur, & quare, cap. 25. nu 2 325
Et plura alia de exequutione rei iudicatæ, ibi nũm. 2. vſque ad num. 10 226. & ſeq.
Fideicommiſſario quãdo remedium l. fin.

l.fin.C.de edict.Diu.Adr.n.8. c.5 157. Et cum plura alia in hoc remedio requiſitas. ibid.

Fideicommiſſario vniuerſali competit actio hypothecaria, eod cap. num. 9. ibid. Et competit etiam Salu. interd. ibi 158

Fideiuſſor quando non dicatur idoneus, licet diues ſit, cap. 25. il 1. num. 7 214

Fideiuſſor in forma depoſiti obligatus exceptionem nullitatis, cap. 23. il 2. nu. 8 218

Fideiuſſor de repræſentãdo reũ, quo caſu liberetur, c.10. 11 220

Fideiuſſor, in quibus caſibus agit contra principalem antequam ſoluat, cap. 48. num. 13 109

Formulæ obl cam. antiquitus magis vſu recept. 11. f. 4. & n. 2 5

Formula vetus ſubſcriptionis iudicis, num. 2

Formulæ oblig. cam ex reform. Pij Papæ V. adinuentæ. 11

Formula ex. quutionis mandati facta ſuper domo 9 91

Formula mandati de aſſociando, 4. 125. Alia exequutione illius, ibi, num. 6. cum recognitione inquilini, ibi num. 7

Formulæ monitoriorum in curia in triplici remedio poſſeſſorio, 1 cum ſeq. 135

Fructus non debetur poſt venditionem officij, 1 36

Et plura alia de fructibus non exigendis poſt venditionem officij, ibi num. 5. & ſeq. 37

Fructus non debentur poſt ſuſceptum mandatam pro reſtitutione ſortis principalis. 2. 54. & quare, ibi nu. 3. & ſeq.

Fructus dotis deſeruiunt pro oneribus matrimonij, 7 245

GRaduatio quomodo fiat in cauſis diſcuſſionis bonor. 2 416

Grauamine iuſtificato in iudicio interloquutorio deuoluitur tota cauſa ad iudicem appellationis, 11. 222. Non grauetur quomodo, & quando concedantur, num. 21. & 22 66

HAEres, qui ſimpliciter hæreditatẽ acceptauit realiter, & perſonaliter conuenitur, 12 101

Hæres cum beneficio l. & inuentarij de illius confectione legitimẽ docere debet, aliàs tenetur de proprio, ibi nu. 17. 102. *Et in alio etiam caſu, in quo tenetur de proprio, ibi nu. 16. & 17* 102

Hæres, & defunctus vna, & eadem perſona cenſentur, 4 104

Hæres debitoris non cõuenitur intra tempus conficiendi inuentarium, 74 119. *Secus ſi non opponatur ante litem conteſtatam, & quando lis dicitur conteſtatam, ibi d. n. 7 & 8.* 119 *Et an dictus hæres pendente dicto termino poſſit alios conuenire, ibid. nu. 8*

Hæres hæredis dicitur hæres primi teſtatoris, 6. 154 *Requiſita ad hoc, vt quis dicatur legitimus contradictos, ibi eod. fol.*

Hæres cum benef. l. & inuent. quo caſu tenetur de proprio, in fi. 104

Hypotheca præſcribitur ſpatio decennij contra tertium poſſeſſorem. 1 147

IGnorantia facti fallit etiam prudentes, 5 2

Ignorãtia vẽditionis officij nõ operatur, quod ſocietas duret, 3 36

Ignorans quis ſit hæres, agit contra bonorum poſſeſſores, 14 216

Iabi-

Inhibitio A. C. in curia. 436
Inhibitio vigore litis pendentiæ extra curiam. 373
Inſtitutio beneficij quando ſpectat ad capitulum. 296
Inſtrumentum quarantigiatum habet viam, c. 39. n. 1. & 2. 86. *ſecus ſi tale inſtrumentum ſit aliquo modo offuſcatum, 3* 87
Inſtrumentum iuratum non habet exequutionem paratam, ibi n. 4
Inſtrumentum ſi habet aliquã dubietatem, & notarius ſuperuixit ſtatuti illius declarationi. 1 67
Inſtrumenta qualia debent eſſe exequenda, 4. vſq. ad 10 105
Inſtrumentum declaratum nullum per ſententiam non exequitur, & quando exequitur. vide deciſionem, de qua in fol. 322
Inſtrumẽtis remiſſoriæ cum illius rotulo. 355
Aliud prorogationis termini remiſſoriæ. ibid.
Aliud reſponſionis ad artic. 356
Aliud admiſſionis per procuratorem. ibid.
Aliud prorogationis termini ad comparendum. 356
Aliud ſententiæ diffinitiuæ. 356
Aliud ſẽtẽtiæ declaratoriæ 357
Aliud ſimile, 358
Aliud ſubdelegationis iudic. 360
Aliud reintuſionis in primas cenſuras. 361
Aliud appellationis. ibid.
Aliud repoſitionis. 362
Aliud remiſſionis cauſæ. ibid.
Aliud reuocationis ſequeſtri ibid.
Aliud reuocationis exequutionis
Aliud examini teſtium. 363
Aliud intimationis litis. ibid.
Aliud extenſionis oblig. cam. 364
Aliud citationis reaſſumptionis cauſæ. 375
Aliud deputationis curator. 380
Aliud deputationis cõmiſſar. 382
Aliud tranſumpti inſtrumentorum per A. C. 382
Aliud litterarum Apoſtolic. 385
Aliud in forma vidimus. ibid.
Aliud per notarium. 386
Interdictum quorum bonorum, & illius effectus, 1. 153. Et aliqua alia de illius proceſſu, ibi.
Interdictum quorum legatorum cõpetit etiam haredi, & quando, 1. 162. Et aliqua alia de illius proceſſu, ibi.
Interdictum quorum legatorum cõpetit etiam haredi, & quando, 1. 192. Et aliqua alia de interdicto quorum legatorum, ibi.
Interdictũ vnde vi, cui detur, 2. 167
Interdictum generale. 388
Interdictum ſpeciale. 392
Intimatio ceſſionis per contradictas fit pro fideiuſſore, ſecus pro tertio non obligato. 12 107
Intimatio mandati procura, quando eſt parti facienda, 20 271
Inuentarium tutorum, & illorum requiſita, 2. 3. 328. *Aliud Baldi de Peruſio, 11* 329
Iudex apponit in broliardo cuiuslibet notarij in quolibet die iuridico, & quare id faciat, 5 75
Iudex ordinarius quo cognoſcatur à iudice delegato, 4 113
Iudicio Medici recurrẽdum eſt an infirmitas ſit periculoſa, 6 45
Iudex ordin. quando efficiatur iudex delegatus, poſt nu. 16 224
Iudex parte petẽte in primis pronunciat ſuper nullitate, 5 234
Iudiciũ põt incboari cum procuratore

teregeneraliter cōſtituto, 1. 207

Iura non recognita remanēt tanquam ſcartafaſcia, 7. 77. Secus parte non opponente. 314

Iuramentum eſt tranſitorium ad hæredes quoad illius obſeruantiā 14 101. *Secus quoad pœnam periurij, & cenſurarum, ibi.*

Iuramentum calumniæ debet præſtari etiā procuratore, & aduocato, & plura alia de eodē iuramento, 2. 3. 4. 133 *Et quando dicitur ſufficienter præſtitum, ibi num. 5* 133

Iuramenta teſtium quomodo ſint recipienda, 1 148

Iuramentum litis deciſiuum qualiter intelligitur fieri, 1 251

Iuriſdictio delegata derogat ordinariæ iuriſdictioni, 17 224

Iuribus extractis parte non citata quando fides adhibeatur, 1 314

Iura non dicuntur eſſe de actis niſi præmiſſa citatione ad dicendum contra 314 Aliqua alia de iuriū & articulorū admiſſione 4 314

Iuriū recognitio quando debet præcedere ſententiam, 8. 282

Iuriſdictio iudicis ordinarij per mortem Papæ non expirat, 7. 381

Iuſtificatio grauamine in iudicio interloquutorio tota cauſa deuoluitur ad iudicem appellationis, 11 212

L*Egatarius capit legatū de manu hæredis, 2* 162

Legitimatio perſonarum facta in uno iudicio prodeſt etiam in alijs poſt nu. 3 98

Legitimatio perſonarum in iudicio ordinario requiritur etiā parte non opponente, 4. Aliqua alia reſpicientia legitimationem perſonarum, ibi eod. nu.

Legitimus contradictor quis dicatur, poſt nu. 6 154

Libellus non requiritur in cauſis ſummarijs, 4 8

Licitatores, licèt impunè penitere, 10. 94. *Cum remedio, quod non poſſit penitere, ibi.*

Lis dicitur introducta per impetrationem citationis, & illius decretum reſpectu impetrantis, 5. 104

Litteræ Ap. non dicūtur expeditæ niſi poſtquam ſunt plūbatæ, 5. 276

Litteræ compulſariales qualiter decernantur, 45. 291. *Differentia inter compulſoriales, & ſpirituales, ibi nu. 44*

M*Ale captus an ſit liberandus, vel confirmādus, 10. 11.* 198

Maior natu tenetur facere partes in diuiſione, 1. 155. *Secus ſi minor diu adminiſtrauit.*

Mandatū pro ſummā indebita obtentū ſubſtinetur pro ſumma debita, ſed non pro expenſis, 4 84. *Plures caſus, quib. in mandata ex capite nullitat. reuocātur, 5.* 156

Mādata exequutiua per quoſcunq. exequutores exequi poſſunt, n. 1. Hodie iudices aliter ſentiunt, ibi & plura alia de realib. & perſonalibus exequutionibus ibi 4. 83

Mandatum de deliberandis pignoribus, & officium, 13. 14 94

Mandatum conceditur fideiuſſori contra fideiuſſorem vigore ceſſionis dempta illius rata, 11 106

Mandata exequutiua in vim Cam. obl in cur. Capit. & Vic. aliquādo extra cur. relaxantur, 1 109

Mandata hæc nequeunt extra Vrbem vltra quadrageſimum ab ea lapidem exequi, & quare, 2. Pro exe-

exequutione huiuſmodi mandatorum quenam citatio coram A. C. ſit facienda, ibi n. 3.
Mandatorum hanc exequutionem A. C. interdum negat, & nouus proceſſus requiritur, 4 110
Mandatum pro fructibus decurſis datur parte non opponente ſecus parte opponente, 1. 2 112
Mandatum vigore ſententiæ latæ in Saluiano interdicto, 31. 145. Et quomodo illud exequitur, 31.
Mandatum de immittendo vigore remed. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. nu. 1 155
Mandatum de manutenēdo in cur. 3. 164. Et plura alia requiſita in hoc iudicio retinendi circa modũ procedendi, 3 164
Mandatum de manutenēdo tuetur poſſeſſorem, etiam ſi ciuiliter tantum poſſideat, 10. 165
Et in deciſione Rotæ. 322
Mandata ſuſpicionis fugæ qualiter concedantur, Et plura de illorũ conceſſione, 1. vſque ad 8 117
Mandatum procuræ quandocunq. producitur parte non opponente, num. 2 134
Mandatum in decretum cũ intimatione ſi de ea non apparet nullum eſt cũ omnib. inde ſequutis, 2. 236
Mandatum de deliberando pignora in exequutione ablata, 13 94
Mandatum de deliberando officium num. 14 94
Mandatum ſi eſt relaxatum cum intimatione, ſi de ea non conſtet, eſt nullũ cũ inde ſequutis, 4. 319
Mandatum contra bona per tertiũ poſſeſſa qñ non exequitur, 1 319
Mandatum relaxatum pro ſumma debita, non ſubſtinetur etiam pro ſumma debita, & reuocatur cum omnibus inde ſequutis, vt in deciſione Rotæ, de qua in fol. 221. ex deductis in ea n 1. & ſq. ad vlt.
Mater an ſit admittenda ad curã filij, 2 234
Mandatũ exequutiuum vigore obl. cam. 364. Aliud loco cenſurarum 365. Duplicata mãdatorum, ibi.
Mandatum contra bona hereditaria. 365
Mandatum exequutiuum cum excommunicatione in ſubſidiũ, 366 Et cedulonus in pede annotãdus, ibi. Et illius excommunicatio à mandato diuiſa cũ cedulone. 366
Mandatum de aſſociando. Aliud de conſignando fructus ſequeſtratos. 368. aliud de tranſportando 369 aliud de manutenendo. aliud de reponendo in poſſeſſione domus, 370. aliud poſt tres ſententias latas, 371. aliud de immittendo vigore remedij l. fin. C. de edict. Diu Adr. toll. 372. aliud in quaſi poſſeſſione exigendi penſionẽ. 377 aliud de immittendo in poſſeſſionem prouiſum Apoſtolicum. 379 aliud ſimile cum declaratoria vigore ſententiæ, & cedulono in pede ſcribendus. 421. 423
Menſis triginta dierom, 6 93
Mercator cogitur libros exhibere, num. 5 80
Minor excluditur à beneficio reſtitutionis in integrum ſi iurat ſe maiorem, 4. 130. ſecus in cauſis ſtatuti Vrbis, ibi nu. 5
Minor maior factus ratione doli, quandocunq. poteſt dicere de nullitate eius obligationis, ibi nu. 7.
Mobilia infra decem dies ſtabilia verò, & officia infra menſem in

intimatione deliberantur, 2. 93. Quæ intimationes quandocunq; ante expeditum mandatum reproduci poſſunt, ibi n. 4. Et quare bis terminis debitori concedītur, ibi nu. 5

Menſis triginta dierū, ibi. Et plura alia in hoc proceſſu deliberationis bonorum, ibi nu. 6. 7. 10. 11. 13

Monitorium vigore Salu. interd 5 147. Aliud de deſiſtendo à moleſtijs in vim remedij retinendæ, 7. 136. Aliud in eodem iudicio pro exigen penſion. eod. cap. nu. 8. 136. Aliud ſimile contra ſucceſſorem in beneficio, 9. 173. Aliud ex remedio recuperandi, 10 ibid.

Monitorium vigore interdicti quorum legatorū, 3. 162. Et de clauſula ſi quis, ibi. Aliud contra legatarium pro reſtitutione legati, 5 164

Monitorium, & commiſſio habentur loco libelli, 11 168

Monitorium de reſpōdendo articulis, & aliqua alia de reſponſione articulorum, 12. cum ſeq. 185

Monitoria per edictum cōceduntur ab A. C. eius ordinaria authoritate, 1. Et quomodo concedantur ibi nu. 4 Et quomodo exequantur, ibi nu. 5 201

Monitorium cum areſto quomodo reuocetur, 12 215

Monitorium contra tutores ſuſpectos, 2. 240. Et illius proceſſus, qui contra eos fit, ibi n. 3. ibid. Et effectus illius ſentētiæ, ibi n. 4. 250

Monitorium quod præmittitur contra ſucceſſorem in beneficio pro ſolutione pēſionis, 1. 264. Et quæ ſint neceſſaria verificanda, 2. Et quod inſertio litterarum ſufficiat neceſſaria eſt commiſſio, ibi nu. 4. Et huius commiſſionis formula, 8

Monitorium in iudicio exigendæ penſionis contra ſucceſſorem in beneficio, 3. 268. Et plura de illius proceſſu, ibi.

Monitorium contra procuratorem de acceptando, vel refutādo onus procuræ potius ſit ex benignitate, quam neceſſitate, & quare, n. 20. 271. Aliud de deſiſtendo à moleſtijs extra cur. 344. Alium pro ſolutione penſionis. 345

Aliud ſuper manutentione poſſeſſionis exigendæ penſionis. 343

Aliud de redden. adminiſtrat. 364

Aliud vigore Bullæ Eugenianæ, 346

Aliud pro exequutione litterarum collation. benefic. Aliud pro obſeruat. decreti Sac. Conc. Trid. 348

Aliud vigore Salu. interd. 349

Aliud ſuper ſpolio. 350

Aliud ad perſonaliter cōparen. 250

Aliud pro libertatis donatæ conſeruatione Aliud pro exequut. litterarū reuocat priuilegiorū. 351.

Aliud vigore breuis de capien poſſeſ. nom. Cam. 352. Aliud vigore breuis ad fauorem litterarum, 354

Aliud pro exequutione litterarum Apoſtolic. in forma dignum, 376

Aliud in vim bullæ Alexandrinæ, ſol. 385

Aliud pro repetitione dotis, 398

Aliud pro obſeruatione limitum, & terminum, 399

Aliud per edictum, 400

Aliud ad perſonaliter comparendum, 402

Aliud contra debitores Mercatoris decocti, 403

Aliud pro marito cōtra uxorē, 404

Aliud de dote reſtituenda matrimonio non ſequuta. 405
Aliud de deſiſten. à moleſtijs ſuper penſion.& illius reductioni. ibid.
Aliud ad perſonaliter comparendū cōtra inſordeſcētē in cēſuris. 406
Monitor. in curia pro petitione hæreditatis delata ab inteſtato. 407
Aliud in actione confeſſoria pro ſeruitutibus. 408
Aliud in negatione negatoria. 409
Aliud pro reſciſſione contractus læſiui. 410
Aliud pro subminiſtratione alimentis. ibid.
Aliud pro adminiſtratione redditione tutelæ. 411
Aliud pro obſeruantia pactorū. ibi,
Aliud pro reſtitutione pecuniæ cum arreſto. ibid.
Aliud in actione iniuriarum. 412
Aliud de eximendo à fideiuſſione. ib.
Aliud in actione reali. 413
Aliud in actione hypothecario. ibid.
Aliud pro traditionis domus donatæ. 414
Aliud pro reſtitutione rei locatæ, ac ſolutione affictus. 415
Aliud pro reſtitutione feudi. 415
Aliud pro diuidenda re. ibid.
Aliud pro hæreditatis deletæ ex teſtamento. 416
Aliud vigore interdicti quorum bonorum. ibid.
Aliud pro rei vendicatione. 417
Aliud in actione noui operis. ibid.
Aliud pro conſequenda hæreditate ex fideicommiſſo. 418
Aliud ſimile pro fideicōmiſſarijs. ib.
Aliud pro diuiſione bonorum. 419
NOtarius eſt oculus iudicis, & non alia de officio notarij, num. 1. 2. & 3 105
Notario aſſerenti teſtes iuratos nō creditur, 2 237
Notario mortuo quō ſit extendēda clauſula, &c. 1. & ſeq. 87
Et quando notarius ſuperuiuit,
Nūcio, & notario referētibus adeſ- ſecitationem creditur, 8 59
OBlatoribus licet impune pœnitere, 8 93
Obligatio cābij hactenus obſeruata 1. 14. Et alia requiſita de cambiorum obligatione. Et liquidatione intereſſi, ibi 15
Oblig. cam. non admittit exceptiones extrinſecus à contractu, & requirentes altiorem indaginem. poſt num. 3 7
Obligatione principalis annullatæ non annullantur obligatio fideiuſſoris, 1 229
Obligatio minoris aſſerendi ſi maiorem cum iuramento nulla eſt, nu. 2. eod. cap. 29
Obligatio vulnerata per ſentētiam, non habet exequutionem paratam, 17. 212. Et quomodo in hoc artic. aliquādo ſignatur reſcribit
Oblig. caſſata quādo reuiuiſcit. 316
Obligationis cameralis extenſio, ſiue illius formula, 432
Officia, & loco montium quomodo ſubhaſtantur, 2 93
Officium ſubſtituti diligentis quale ſit, 2 105
Oris aperitio quando neceſſaria ſit, num. 25 294
PActa in contractu cenſus appoſita circa accidentalia, licet illicita vitiantur, 6. 35. Secus quando ſunt contra ſubſtantiam ibi nu. 6. Papa mortuo non expirat iuriſdictio iudicis delegati, 17 223

Penſionarius non agit pro penſionibus decurſis contra nouum ſucceſſorẽ niſi factis diligentijs contra hæredes; 24. 173 Et quod contra hæredes beneficiales datur tantùm pro cenſus ordinarius, ibi. Et quando penſio ſit ſoluenda. ibi.

Penſio non exigitur litteris non expeditis, 1 274

Penſio non exigitur niſi docto de illius reſeruatione, 6 268

Pœna, qua mulctatur diffamator, num. 4 209

Petitorium quandocunq. ante ſententiam ſuſpenditur, 5 140

Pignora conuention quæ dicantur, num. 16 91

Proceſſus illorum ſubhaſtationum ibi nu. 19 92

Pignora ſubhaſtata quando ſint creditori adiudicanda, 4. 95

Pignora magni, vel pro paruo credito, vt plurimum denegatur, 91

Poſſeſſio aſſequuta appellatione deſerta non dicitur attentata, 14. 228. Et quædam alia de attentatis, ibi nu. 6

Poſſeſſio non transfertur ex precario, vel conſtituto appoſito in contractu nullo vel ſimulato, 12. 127

Poſſeſſori datur retẽtio, & denegatur actio pro melioramentis, & plura alia de melioramẽtis, 2. & ſeq 148. Et ibi deciſ. Rot. coram R.P.D. Orano in vna Rom hæreditatis de Beuilaqua ib. alia cor. Penia, 149. alia cor. Fabio, 152

Poſſeſſio momentanea quare dicatur, 3 237

Poſſeſſio bonorum quomodo apprehendatur ſi fuerit vacans, 2. 244 Et quando ſit plena quomodo ſit petenda, ibi nu. 3

Precarium non ſe extendit ad propria hæredum debitoris, 11. 127

Pretium debet ab oblatore ſolui in præſenti pecunia, nu. 15 in fin.

Prædo eſt manutenendus donec diſcutiatur de iuribus ſuis, 4 234

Præparatorio quõ fiant, 15. 218

Præparatoria, quæ dantur contra hæredes, quibus ipſi tenentur reſpondere, 4 99

Præparatorijs quomodo ſit reſpondendum, & plura alia de eiſdem præparatorijs, 36 192

Prior in tẽpore potior in iure, 3. 316 Et quando non attenditur talis prioritas, cap. eod. nu. 6. ibid.

Proceſſus exequutionis oblig. cam. in qua conſenſum eſt in mandatum exequutiuum, 1. 2 7

Proceſſus exequutionis oblig. cam. cenſurata annexa contractibus extra curiam celebratis. 10

Proceſſus excõmunicationis contra obligatos in forma cam. 13

Proceſſus recuperationis ſocietatis vigore fides, ſeu memoriæ non datur niſi contra officialem, qui eã ſubſcripſit, 1. 127. Secus ſi ſubſcripta ſit à notar. principali, 152

Proceſſus exequutionis inſtrumentorum ante reformationem Pij Papa V. extra curiam celebratorum, 1. 61. Reliqua de proceſſu exequutionis inſtrumentorũ Romæ celebratum ante dictam Pij V. reformationem, 4 68

Proceſſus exequutionis inſtrumentorum, quæ poſt reformationem Pij V. ſub camerali obligatione circa procuratoris conſtitutionẽ mandatiq. ſuſceptionem in tribunali A. C. recepta ſunt. 62. Citatio

tatio prima num. 1. tum ſeq. & plura alia concernentia dictum proceſſum, ibi.

Proceſſus exequutionis ſimplicis camer. oblig. inſtrumentis tã extra curia celebratis adiecta contra debitores in curia repertas. 73

Alius proceſsus pro ſimilibus inſtrumentis contra debitores ab Vrbe abſentes, in quibus ſolutio deſtinata in curia, cap. 30. 70. Alius proceſsus contra debitores abſentes in exequutione inſtrumentorum extra curia celebratorum, in quibus ſolutio in curia deſtinata non eſt, 1. & ſeq. 71

Proceſsus exequutionis inſtrumen. contra communitatem, & ſingulares perſonas, & qui nam capi poſſint pro debito vniuerſitatis, cap. 36. pet tot. 82. 83

Proceſsus exequutionis oblig. cam. pro intereſſe ex ſui natura liquido, 85

Proceſsus ſubhaſtationis pignorum num. 1 50

Proceſſus apcritionis, & exequutionis teſtamẽti in ſcript. s, 5. 6. 156

Proceſſus in remedio l. fin. C. de edi. Diu. Adr. toll. quo ad bona exiſtẽtia extra iudicis iuriſdictionem, & quomodo tunc ſit facienda citatio, 9 158

Proceſſus faciendus in iudicio recuperandæ, 167. Et plura alia in hoc iudicio, 1. & ſeq. 173

Procurator debet habere ſpeciale mandatum ad petẽdam reſtit. in integr. 1. 178. Idem quoq. ad appellandum ab exequutione, n. 2.

Proceſſus examinis teſtium, 1. 184

Proceſſus in cauſis ordinarijs à 200 duc ſupra, & illarum differentia 200. infra nu. 1. hac terminorum ſubſtantialium ſeruatione, ibi, vſque ad nu. 7 196

Proceſſus contra arreſtatum ſine iudicis licentia recedentẽ, 1. 3. 215

Proceſſus vigore obl. cam. nõ datur contra tertiũ poſſeſſorem, 16. 216

Proceſſus cauſæ appellationis, nu. 2. vſque ad 9 222

Proceſſus de aliquibus pertinentibus ad cauſas criminales. 231

Proceſſus litterarum remiſſorialiũ quomodo ſit faciendus, coram illarum exequutoribus, 1 238

Proceſſus, qui ſit contra maritum pro repetit. dotis, 6. 144. Et alius proceſſus contra tertium poſſeſſorem, 12 245

Proceſſus faciendus vigore litterarum reſeruationis penſionis contra conſentientem, & plura alia neceſſario verificãda, 1. et ſeq. 259

Proceſſus exequutionis litterarum Apoſt antiquitus ſeruari ſolitus, 1. 308. Et aliqua alia de proceſſu fulminato, vt ibi nu. 2.

Proceſſus in cauſis diſcuſſionis bonorum, 1 315

Procurator in actu exequutionis monitorij conſtitutos non niſi ex benignitate citatur, 14 383

Pronunciatio iudicis non eſt neceſſaria ſuper excuſſionẽ bonorum mariti, 14. 247. Et modus articulandi inopiam mariti, 15. 247. Et quod ſuperueniẽtibus diuitijs mariti adminiſtratio dotis remittitur in manibus ipſius viri, 17. 247. Et quomodo fructus dotis taxetur, & debeantur ibi.

Proteſtatio qualiter ſit repetenda in quolibet actu pro conſeruatione iuris proteſtantis, 26 230

Pro-

Propoſitio contra tutorem ſuſpectum, 1 249
Pupilli reſtituuntur aduerſus negligentiam procuratoris, 2 234

QVaſi poſſeſſio dicitur de his, quæ actu non retinentur, num. 2 164
Quaſi poſſeſſio releuat penſionarium ab onere verificandi narrata in litteris, 15. 269. Et plura alia requiſita circa proceſſum deſuper faciendum, & etiam quoad probationes. 270
Quaſi poſſeſſio per vnicam ſolutionem acquiritur, 24 273
Qui iure ſuo vtitur nemini facit iniuriam, 3 45
Quis plus debitore, & tempore petit condemnatur in expenſis, & mandatum reuocatur, 1. 83. Et quando mandatum pro ſumma incerta valet, 2 83. Sed ſi vltra debitum exequitur creditor in expenſis condemnatur, ibi.
Qualibet inſtantia tranſit in heredes, 3 104
Qui expeditionem cauſæ deſiderat integrum proceſſum producat, 12 222. Et reliqua de transporta tione proceſſus. 234

RAtificatio ſocietatis ſatis eſt inducta per ſolutionem pecuniarum, 4 18
Recognitio apocæ, quomodo ſit facienda, & plura alia de recognitione iurium, & de modo eam faciendi per comparationem, 4. 76. 77. Differentia recognitionis apocarum, & litterarum cambij, & miſſiuarum. 12. 79. Et reliqua de recognitione iurium, quorũ recognitio iudici notoria eſt, vt ibi num. 13 79
Remedia, quibus vtimur in iudicijs poſſeſſorijs, 1. cum ſeq. 135
Remedium Saluiani interdicti interdum actione reali intentatur, & plura alia de hoc remedio Saluiani interdicti, 1 140
Redditio pro Apoſt. neceſſaria non eſt, 13 191
Remedium reſtitutionis in integrũ quomodo poſt tres ſententias conceditur, 22 229
Remiſſoria non conceditur pro liquidatione obligat. niſi principali legitime citato. 1. 108. Et plura alia de proceſſu facien. ſuper hac liquidatione. 109
Remiſſoria in iudicio recuperandæ, quando detur, & quando denegatur, 19. 170. Et alia de remiſſorijs, ibi, nu. 20 ibid.
Remiſſoria in exequutiuis, quando, & cui conceditur, 34. 288. Et plura alia de remiſſorijs, & illarum exequutionibus, ibi, vſq. ad nu. 24. 45. 46. 47. & 48
Repoſitio debitoris non tollit ſententiam latam, ſed tantùm illius eexquutionem ſuſpendit, 12. 64. Quæ repoſitiones minantes exequutionem ſemper fiunt cum intimatione, 18. 65. Secus ad impediendam exequutionẽ, vt ibi.
Repudiatio hereditatis. 332
Requiſita in remedio l. 2. de reſcind. vend 1. 341. Et illius depoſitio procedit etiã quoad bona ſubhaſtata, 3 Et etiam quoad bona mobilia, ibi nu. 4. Et etiã quoad diuiſionem bonorũ, ibid. poſt n. 4 Cum forma petitionis ſex monitorii deſuper facien. ibi in fin. 342

Reſolutio ſignaturæ qualiter opponente ſe exequutioni breuis remiſſoria non conceditur, 295.
Cum pluribus informationibus aduocatorum, & deciſionibus Rotalibus à fol. 297. *vſq. ad* 306
Reſtitutio in integrum quado debet peti à procuratore habent ſpeciale mandatum, 172. *Et plura alia de proceſſu reſtitutionis in integrum*, 1 179
Reſtitutio in integrum non impedit exequutionẽ cœptam, 3 *Et quando dicatur cœpta exequutio, ibi nu.* 4 179
Et ibi deciſio Rotæ.
Reſpõſio articulorum recipitur quãdocunq. ante ſententiam, 14. *Aliqua alia de iuramento, & examine procuratoris, n* 15. *vſque ad num.* 20 186
Reus recipiẽdo dicatur actor, 8. 11 4
Romani quando poſſunt declinare forum A.C. 7. & 8 180
Rota nõ exequitur ſententias latas extra Rotam niſi guitata ſtatus iuſtitia, 3.
Secus poſt lapſum quadrienniũ, ibi poſt nu 4. 239

SAlui num interdictum competit fideicommiſſo, & illius requiſita, 9 158.
Deciſiones Rotæ hoc iudicio factæ, 173 159. 161
Sententia nulla qu ndo poſſit reuocari a iudice ordinario. 3 113
Sententia formula, quæ fertur in Saluiano interdicto, 24 145
Sententia ſemper præſumitur lata ex cauſa, quæ valere poteſt, 1. 161
Sententia quomodo formetur poſt mortẽ principalis, poſt n. 28. 190
Sententia cedula notario à iudice coſingnanda, 8. 196. *Aliqua alia de inualiditate ſententia ad fauorem citati contra citantem poſt num.* 8
Sententia lata parte non petente nulla eſt, poſt nu. 8
Sententia nulla licet æqua ſit infirmatur, 10 198
Sententia contra adminiſtratorem doloſum, 15 206
Sententia, quæ fertur contra diffamatorem, 2 208
Sententia ab obſeruatione iudicij qualis dicatur, 6. 209. *Et quomodo contra actorem comparentem feratur, ibi nu.* 7
Sententia. & res iudicata non exequitur ſine proceſſu, 23 229
Sententia, quæ fertur contra maritum, & alia contra tertium poſſeſſorem, 11. 13 235
Sententia exuſationis à tutela num 5 248
Sententiæ, quæ feruntur in iudicio ſolutionis p ſionis, 13 & *ſeq.* 262
Sententia quæ fertur in iudicio manutentionis exigendæ penſionis, 9 268. *Et plura alia in hoc iudicio retinendæ, & recuperandæ, & illorum proceſſu, ibi.*
Sententia declaratoria contra intruſum in beneficio, 18. 264
Alia contra Capitulum, & Canonicos, 19 284
Sequeſtrum conceditur lata ſententia, 2 285
Et quando etiam aliud datur, ibi num. 22
Sententia quomodo formetur quando ſolutio penſionis non eſt in curia deſtinata, 14 263
Sententia contra breue Apoſtolicũ, quomodo, & quando fertur, num.

n.53.293. Et aliàs, 3 294

Sententia lata in exequutione breuis pro prouiſo Apoſtolico non citato commiſſario Cameræ valida eſt, 4 295

Sententia non præiudicat ei, qui ius ſuũ in iudicio nõ deduxit, 2. 319

Stylus vim legis obtinet, & iuri cõparatur 96. Et quam plura alia de ſtylo, & illius efficacia, 4. & ſe.

Sequeſtra, quæ fiunt ad effectum agendi quomodo reuocantur, n.1 212. Et qũo reuocẽtur, ibi 2. & 3

Subhaſtatio facta fide de pretio nulla eſt, 1.318. De ſocietatibus officiorum, & illarum forma f.15 & 16. De ſocietatem contractuũ fide, ſeu memoria fieri conſueta, num. 1 17

Societatis non diſdicitur durante tempore, quo fructus ſunt percepti, 3.20. Aliqua alia de ſocietatibus ſuper officio vltra medietatem ære alieno grauato contrahentis, 1.2.28. Et plura alia de ſolutione fructuum ſocietatis, 1. cum ſeq. 28.29 30.31

Societas diſſoluitur per venditionẽ officij, 2. 36

Societate diſſoluta remanet purum mutuum, 3. ead. fol.

Statutum Vrbis ligat etiam clericos Romanos, 26 67

Stylus notariorum ſuper exhibitione librorum mercatorum, 6. 80 *Et quam plura alia de librorum exhibitione, ibi, n.8.9. 81. Et an vna partita librorum verificata cæteræ cenſeantur verificatæ, ibi poſt nu. 8* 80

Stylus admitti iura poſt concluſionem cauſæ videtur damnandus, cum aliquibus alijs circa dictorũ iuriũ adminiſtratione, 1.2.3. 252

Subhaſtatio rei magni valoris non permittitur pro paruo credito, num. 15 91

Sententia nulla quando poſſit reuocari à iudice ordinario, 3. 113

Suſpenſio petitorij, & aliqua alia de petitorio poſt nu 5 141

Taciturnitas in iudicijs habetur pro confeſsione, 13. 186

Terminus ad ſoluendum cenſura antiquitus nuncupatæ, 1.68. Et plura alia de termini ſuſceptione vt ibi, nu.3.4. & 8. & ſeq.

Terminus ſimpliciter, & ſine vlla conditione ſuſcipitur, ibi 12. 69

Termini ſubſtantiales, qui ſeruantur in iudicio poſſeſſorio, 3. & ſeq.167. Et plura de terminorum ſubſtantialium obſeruatione, ibi vſque ad nu.10. Et de illorum reiteratione, 9 197

Termini ſubſtantiales non ſeruantur in iudicio attentatorum, 7. 168 *Cum formula ſententiæ, in eodem iudicio, 23* 171

Terminus ad appellandum currit à die ſententiæ, & plura alia de modo appellãdi, 29. vſq. ad 34. 191

Termini ſubſtantiales non poſſunt totaliter omitti, licet ſine illis procedendi facultas iudicis data ſit, 9 198

Termini, qui diffamanti præfiguntur, 1 208

Termini ſubſtantiales non ſeruantur inter, & contra mercatores, num. 4 211

Termini extra curiam conſeruantur ita exactæ, prout in curia, num. 10 222

Termini ſeruandi in exequutionem rei iudicatæ, 14 223

Ter-

Terminus ad appellandum eſt decendium, & quando incipiat currere, 1 225
Terminus, qui aſſignatur proponenti cauſat excuſationis illius, 8. 249, Et de tutoris officio cũ ſeq.
Terminus remiſſoriæ quando incipiat currere. 307
Teſtamenti inſcriptis publicati, & illius requiſita in illius publicatione, 1. 123. Et illius formulæ aſſignatio, 2 123
Teſtator non poteſt facere, quod leges in caſibus ſuis locum non habeant poſt nu. 3 123
Teſtis inductus, & iuratus pro vna parte poteſt cogi adſe examinandum pro alia parte, 10 185
Teſtes in tempore iurari, quandocunque examinantur, 1. & aliqua de teſtibus, & illorum publicatione, 2. vſq. ad 8 193
Translatarius poſſidens nõ tenetur iuſtificare habilitates ſuas, neq. transferentis, 4. 277. Et plura alia de translatione penſionis, ibi
Teſtes non recipiuntur poſt rem iudicatam, 25 225
Titulus non eſt neceſſarius in iudicio poſſeſſorio, ibi
Tutor, licet non ſolemniter omnia fecerit nihilominus geſta per eũ remanent valida, 4 58
Tutelæ ſuſceptio, & illius requiſita, num. 33 122
Titulus in beneficialibus quando requiritur, 9 359
Tutor onus tutelæ ſuſcipere tenetur 1. 247. Et qualiter excuſetur à tutela, ibi n. 2. Et propoſitio cauſarum illius excuſatione, ibi num. 3 248
Tutela teſtamentaria, 1 324
Tutor teſtamentarius non tenetur ſatiſdare, & plura alia requiſita de tutore, 3. & ſeq. 324 alia tutela, 325. alia tutela, qua datur ad inſtantiam matris, ſecundo nubentis, 1. 336. & quando mulier tutelã recuperat, 2. 327. aliqua de anomalis tutoribus, nu. 1. cum ſeq. eod. fol. 326
Tutores ad hoc, vt legitime adminiſtrare valeant inuentariũ, 1 328
VAgabundus quomodo citetur, 14 20 3. & quis dicatur vagabundus, ibi.
Venditor cenſus qui reſtituit emptori partem cenſus videtur recedere à contractu, 5 56
Venia agendi contra petentes petenda erit, 37 162
Verificanda in interdicto recuperando, 13 168
Verbũ cauere quid importet, 4. 213
Via exequutiua non datur contra tertium poſſeſſorem, 1. 318 Et cui incumbit onus probandi bona tertii eſſe debitoris, 3 518
Via exequutiua quando competit emptori cenſus pro reſtitutione pretij, 0 54
Vigilantibus, & non dormientibus ius commune ſcriptum eſt, 2 96
Vniuerſitas non excommunicatur num. 13 73
Votum R. P. D. Fabij Accoramboni tunc Rotæ Decani ſuper fructib. poſt diſſolutam ſocietatem, & ibi plura, num. 1 32
Votum Eminentiſs. D. Card. Seraphini, vbi quod mortuo reſeruatario abſque ratificatione principalis ſocietas eſt ſuperlucrata, 41. Aliud votum Eminentiſs. D. Card. Seraphini tunc Rotæ Au-

ditoris, vbi quod qui nonſubiacet periculo mortis non lucratur fructus ſocietatis, & ibi plura, num. 1. & ſeq. 47 & 48
Vſura poſſunt repeti etiam, quod fuerint ſponte, ac ſcienter ſolutæ, 7 37
Vtilitas conficiendi inuentarium cum beneficio l. & inuentarij, num. 2 319

ELENCVS LIBRORVM ET CAPITVM in hac A.C. Praxi contentorum.

Ex Libro Primo. Cap. 1.

PRoœmium. folio 1
De variis antiquarum Camerarium obligationum formis. Cap. II. 4
De proceſſu ſimplicis Cameralis obligationis inſtrumẽtis in Vrbe celebratis appoſitæ antiquitus ſeruari ſolito. Cap. III. 5
De proceſſu exequutionis obligationis antiquę cenſuris munitæ. Cap. IV. 7
De appoſitione manus Iudicis in libro actorũ Notarii. Cap. V. 8
De proceſſu exequutionis Cameralis obligationis inſtrumentis extra Curiam celebratis adiectæ Cap. VI. 9
De proceſſu exequutionis obligationis Cameralis cenſuratę, annexæ contractibus extra curiam celebratis. Cap. VII. 10
De modo procedendi ad fulminationẽ cẽſurarum, qui olim ſeruabatur hoc ſublato. Cap. VIII 10
De duabus obligationis Cameralis formulis ex reformatione Pii V. adinuentis. Cap. IX. 11
De nouis Cameralis obligationis formulis. quæ hoc tempore ſunt in vſu. Cap. X. 12
De modo procedendi ab excommunicationem contra obligatos in forma Cam. cap. XI. 12
De cãbiorũ obligationibus, ac intereſſe liquidatione. Cap. XII. 14
De ſocietatibus officiorum, & illorum forma. Cap. XIII. 15
De fide ſeù memoria contractũ ſocietatũ fieri cõſueta. Cap. 14 16
De lucro pecuniarum Societatum tempora illas diſdicendi, & requiſitis ſuper earum contractu. Cap. XV. 19
De ſocietatũ diſdictis. Cap. 16 20
De diſſolutione ſocietatis. Cap. XVII. 22
De caſibus mortis in ſocietatibus exceptis. Cap. XVIII. 24
De caſu obitus hominis, qui poſt lethale acceptum vulnus mortem ſibi conſciuit. Cap. XIX 25
An agens ad pecuniarum ſocietatis conſequutionem perſonam in cuius vitæ periculũ ſunt, ſuperſtitem eſſe docere teneatur. Cap. 20. 26
De perdito, aut in actis non redacto originale ſocietatis inſtrumentor, quomodo procedatur. Cap. 21. 27
De ſocietatibus ſuper officio vltra medietatẽ pretii ære alieno grauato contrahendis. Cap. 22. 28
De ſolutione fructuum ſocietatis. Cap. 23. fol. eod.
De cenſibus. Cap. 24. 47

De forma inſtrumentis cenſus poſt conſtitutionem Pij V. de illis creandis, C. 25. 48.
De exequutione antiq. oblig. cam. poſt editam à Pio V. tribunalis A.C. reformationẽ. Cap. 26 61
De modo procedendi ad exequutionem inſtrumentorũ, quæ poſt reformationem Pii V. ſub camerali obligatione citra procuratoris conſtitutionẽ, mandatique ſuſceptionem in tribunali A. C. recepta ſunt. Cap. 27. 62
De cenſuris, ſeu termino ad ſoluendum concedendo. Cap. 28. 67
De exequutione ſĩplicis cameralis obligationis inſtrumentis extra tribunali A.C. vel Romanę Curię celebratis adiectæ contra debitores in cur. repertos. C. 29. 70
De exequutione ſimplicis cameralis obligationis adiectę inſtrumẽtis in c. riã celebratis in quibus tamen ſolutio Romæ deſtinata eſt, contra debitores ab Vrbe abſentes. Cap. 30 70.
De modo exequutionis inſtrumẽtorũ ſimplici cam. obl. vallatorũ extra curiã receptorũ in quibus ſolutio alibi, quã in Vrbe deſtinata, contra debitores extra Vrbẽ degentes. Cap. 31 71
De modo procedendi ad exequutionẽ obligationis cam. in tribunali A.C. receptę in qua in mãdatũ, vna, vel bina citatione pręcedẽte, cõſenſũ ſ it, cõtra debitores in cur. apprehẽſos C. 32. 73
De cenſuris fulminandis contra debitores. Cap. 33. 75.
De proceſſu exequutionis ſimiliũ inſtrumentorum extra tribunal. Aud Cam. factorũ contra debitores pręſentes. Cap. 34. 75.
De calculis, qui inter colliti gantes fiunt. Cap. 35 82
De modo procedendi ad exequutionem inſtrumenti contra communitatem, Cap 36 82
De nullitate, & reuocatione mandati, & exequutionis cap. 37. 83
De exequutione obligationis cam. pro intereſſe ex ſui naturã liquido, Cap. 38. 85
De exequutione obligationis quarentigiatæ, Cap. 39 86
De proceſſu exequutionis inſtrumẽti, in quo Notarius omiſit ponere, ſub qua forma debitor ſe obligauerit, cap 40. 87
De exequutione mandatorum exequutiuorum. Cap. 41. 88
De ſubhaſtatione pignorũ c. 42 89
De deliberatione pignorũ c. 43 92
An ante addictum pignus, primus creditor cõparens deliberationẽ impediat; cap. 44. 96
De proceſſu exequutionis cameralis oblig. qũ facta eſt mutatio ꝑſonarum cap. 45. 97
De validitate citationis ꝑ A:C. decretę poſt illius obitum, vel aſſumptionem ad Cardinalatum, Cap. 46. 103
An mortuo creditore poſt monitorium exequutum, & reproductũ aliud requiratur, cap. 47 103
De aliquibus ad exequutionem oblig. cam. attinentibus quæ Notarii officium concernere videntur. cap. 48 105
De Remiſſoria ꝑ liquidatione camer. oblig. cõcedẽda C. 49 108
De mandator. extra tribunal. A.C. relaxator. exequut. extra Vrbem facienda. c. 50. 109
De

De citationibus, & illarum exe-
quutione. Cap. 51 110
De ſumis in petitione relaxationis,
mandati exprimendis c. 52 112
De repoſitionibus cap. 53 112
De deputatione curatoris, c. 54 114
De aditione hæreditatis, & confe-
ctione inuentarii, cap. 55 118
De aperitione, & publicatione te-
ſtamenti Cap. 56 123
De exequutione clauſulæ conſti-
tuti, Cap. 57. 12
De exequutione obtinenda contra
fideiuſſorem, vti principaliter
obligatam, cap. 58 129
De dilationibus debitoribus citatis
concedendis cap. 59. 132
De debitore conueniendo, vbi re-
peritur. Cap. 60 133

Ex libro Secundo.

DE modo procedẽdi in iudiciis
poſſeſſoriis, Cap. 1. 135
De modo procedẽdi vigore ſaluia-
ni interdicti Cap. 2. 138
Alia eodem titulo cap. 3 147
De modo procedẽdi in remedio in-
terdicti quorũ bonorũ, C. 4 133
De remedio l. fin. C. de edict. Diui
Adr. tollendo, cap. 5. 154
De proceſſu in remedio interdicti
quorũ legatorũ, cap. 6 162
De interdicto retinendę, C 7 164
De remedio recuperãdę, C. 8 166
De modo procedẽdi in cauſis reſti-
tutionis in integrũ, Cap. 9. 172
Alia eodem titulo, Cap. 10 173
Aliqua alia de reſtit. in integrum,
Cap. 11 178
De iudiciis ordinariis à 20. duc.
vſque ad 200. cap. 13 182
De aliquibus ad teſtium examen
attinentibus Cap. 14 192
De proceſſu in cauſis ordinariis à
200. ducat. ſupra, cap. 15 195
De monitoriis per edictum, & illo-
rum exequutionẽ, Cap. 16 200
De iudicio exhibitionis, C. 18 204
De iudicio cum procuratore in-
choando, Cap. 19 207
De iudicio diffamationis, c. 20. 208
De proceſſu inter, & contra mer-
catores. Cap. 21 210
De ſequeſtris, & arreſtis; illorumq.
reuocatione, Cap. 22 211
Mandato ſuſpicionis fugę, quomo-
do & quãdo cõcedãtur c. 23. 217
De cauſis ad A. C. per viam appel-
lation. deuolutis, & illarum pro-
ceſſu. Cap. 24 221
De exequutione rei iudicatę.
Cap. 25 224
De aliquibus pertinentibus ad pro
ceſſum cauſarum criminalium
Cap. 26 231
Aliqua de nullitatibus, C. 27 233
De tranſportatione proceſſus,
Cap. 28 234
De appellatione à ſententia con-
ditionali. Cap. 29 235
De teſtibus nulliter examinatis,
Cap. 30 236
De exequutione ſentẽtiarũ in Ro-
mana Curia latarũ, cap. 31 238
De reſpõſione poſitionẽ, c. 32 239
Aliqua alia de clauſula conſtituti
Cap. 33 240
Plura alia de appellationibus,
Cap. 34 241
De modo procedendi in cauſis re-
petitionis dotis Cap. 35 243
De excuſatione à tutela, & illius
proceſſu, Cap. 36 248
De ſuſpectis tutoribus, & illorum
proceſſu, Cap. 37 249
De officio tutoris, Cap. 38 250
De iuramento litis deciſiuo, & il-
lius

illius proceſſu. Cap. 39 251
De iurium admiſſione,& poſitione illorũ ad partes. Cap. 40 251
De citationibus præmitten. illarumq. exequution:, ac iurium admiſſione, Cap. 41 252
De obſeruatione termini ad dicen. cõtra cõmiſſionem, cap. 42 253
De diuiſione bonorum hæreditatis paternæ, Cap. 43 255
De expen. litium, & illorum proceſſu, Cap. 44 256
De modo ꝑcedẽdi ſuper expulſione inquilini, ſeu coloni 45 258

Ex libro terito.

De modo procedendi ad exequutionem litterarum reſeruationis penſionis cõtra illum, qui conſenſit Cap. 1. 259
De modo procedendi vigore litterarum reſeruation. pẽſion. cõtra ſucceſſoré in beneficio. c. 2 263
De forma proceſſus pro conſequutione pẽſionis vigore poſſeſſ. exigendæ, Cap. 3 267
De modo procedendi ad aſſecutionẽ penſion. reſeruatæ, cũ clauſula vigore litterarũ, &c. c. 4 274
De declaratione Papæ ſup exequutione litteraru pẽſionis, 5 276
De trãſlatione pẽſionis c. 6 277
De proceſſu exequutionis litterarum in forma breuis, c. 7 278
De earum exequutione Breuis, Cap. 8 294
De eadem exequutione Breuis Apoſtolici, Cap. 9 198
De eadem exequutione Breuis, Cap. 10 305
De termino remiſſoriꝰ, C. 11 307
De exequutione litterarũ Apoſtol. in forma gratioſa expeditarũ, & fulminatione proceſſuum ſuper illis, Cap. 12 308
De exequut. exequutorialiũ Rotę, & aliarũ ſentẽtiarum C. 13 320
De modo ꝑcedẽdi ad exequutionẽ litterarũ compulſorialiũ 14 311
De extractione iuriũ, & inſtrumentorũ parte non citata, c. 15 313
De modo procedẽdi in cauſis diſcuſſionis bonorũ, cap. 16 315
De clauſulis monitoriũ 17. 316
De tutela teſtamentaria. 18 324
Alia forma leg. timę tutelę eod. Cap. 325
De tutela quę datur ad inſtantiam matris, Cap. 19 326
De anomalis tutoribus c. 20 326
De conſtitutione actoris, c 21 327
De inuentario conficiendo à tutorib. C. 22 328
De aditione hęreditatis, 23 329
De repudiatione hęredit. eo. c. 332
De curatore dato in teſtamento. eod. cap. 333
De curatore dãdo vẽtri, 24 333
De curatore dando bonis fil. fam. eod. Cap. 334
De deputatione curatorum, & actorum ad lites, Cap. 25 335
Alia de deputatione actoris, 3 39
Plura alia requiſita in deputatione curatoris dãdi in bonis iacentib. ad inſtãtiã creditorũ 27 340
De modo procedendi pro reſtitutione rei venditę ex remedio l. 2 de reſcinden. vend. c. 28 341

Ex libro quarto.

De formis diuerſarũ expeditionũ extra Romanã curiam: fol. 343 cum ſeqq.
Practica oĩum terminorũ Rotę 471
Breuis modus examinãdi in cauſis criminalibus. 493

F I N I S.

BRACCIANI,

Apud Andream Phæum Typographum Ducalem. M. DC. XLIII.

SVPERIORVM PERMISSV.